UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Corpus Juris Canonici

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

V. Institutiones Juris Canonici, à Paulo Lancellotto Perusino conscriptæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62915

Visual Library

# INSTITUT. JURIS
# CANONICI,
## QUIBUS JUS PONTIFICIUM SINGULARI METHODO LIBRIS IV. COMPREHENDITUR.

A' JOAN. PAULO LANCELOTTO PERUSINO
conſcriptæ: & in Aula Romana, mandato Pont.
Max. ab illuſtribus viris olim recognitæ.

*Nunc primùm rejectis ad finem cujuſq; columnæ locis, unde ſumpti ſunt.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PIO PONT. MAX. JOAN. PAULUS LANCELOTTUS JURECONSULTUS PERUSINUS, S.

*Pontificii Juris Inſtitutiones proximis annis ſuperiorum Pontificum juſſu & nos conſcripſimus, & ſummi viri caſtigarunt, quæ quidem optandum ſanè erat, ut iis in lucem prodirent auctoribus, quorum mandato & ſcriptæ & recognitæ fuiſſent, vel ea ſaltem ratione quod auctores ipſi munera nobis gratiora ac pretioſiora facere conſueverint, & ſæpè non tam quid, quàm à quibus accipiant, homines ſoleant perpendere. Sed quando id vel ratio temporum, vel alia quæcunq; cauſa fieri non ſinit, illud certè nulla ratione committi debet, ut juris ſcilicet Pontificii Inſtitutiones ſub alterius, quàm ipſius Pontificis nomine appareant, à quo Pontificia omnia jura emanant: velut enim ab Oceano deducta flumina in ipſum tandem refluunt, ita hoc, quicquid eſt operis, quod totum de Romanorum Pontificum Conſtitutionibus derivatum eſt, ad ipſum Romanum Pontificem, quaſi ad fontem proprium, redibit. Ad te autem eo juſtiùs, quòd magnis aliis animi dotibus, quibus ad Pontificatum tibi aditum paraſti, exactiſſimam adjunxiſti Juris hujus cognitionem. Unde perbellè nunc accidit, ut quæ facultas optimum te meliorem reddit, & ad moderandam difficillimis temporibus Chriſtianam Rempubl. inſtructiorem, eam nunc tu contrà, cùm Canonum conditor evaſeris, beneficium reponens meliorem ſis redditurus: cujus rei non dubia jam apparent indicia, cùm ad reſtituendos antiquos Chriſtianorum mores, atque hæreſes extirpandas, ſanctiſſimas quotidie Conſtitutiones edere non deſiſtas, quæ dubio procul Chriſtiano gregi non minus futuræ ſunt ſalubres iis ipſis quæ juris Pontificii, quod nunc tenemus, libros implent, ad illas autem Inſtitutiones hæ noſtræ gradum fortè rudioribus facere poterunt. Accipies igitur eas placido ac benigno animo: nam ſi ita contingere ſenſerimus, ad alia promptiores reddemur, & alacriores. Deus Opt. Max. te nobis diu incolumen, felicemq; ſervet.*

# INDEX TITVLORVM,

## ET PRIMUM PRIMI LIBRI.


I. DE Iure Canonico.
II. De Iure Divino, Conſuetudine, & Conſtitutionibus.
III. De Eccleſiaſticis conſtitutionibus.
IV. De Iure perſonarum.
V. De Epiſcopis, & ſummo Pontifice.
VI. De Electione.
VII. Qui eligere, eligive poſſunt.
VIII. De Poſtulatione.
IX. De Confirmatione Electionis.
X. De Conſecratione.
XI. De receptione, & auctoritate Pallii.
XII. De vita & honeſtate Prælatorum.
XIII. De officio Archidiaconi.
XIV. De officio Archipresbyteri.
XV. De officio Vicarii.
XVI. De Coadjutore.
XVII. De Chorepiſcoporum uſu ſublato.
XVIII. De Translatione.
XIX. De Renunciatione.
XX. De Depoſitione, ſeu Degradatione.
XXI. De Sacerdotibus in inferiori gradu conſtitutis.
XXII. De eis, qui in ſacris ſunt conſtituti.
XXIII. De iis, qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti.
XXIV. Communia tam majorum, quàm minorum ordinum.
XXV. Qui promoveri non poſſunt.
XXVI. De Præbendis & aliis beneficiis.
XXVII. De Collationibus.
XXVIII. De Inſtitutionibus, & Iure Patronatus.
XXIX. De Clericis non reſidentibus.
XXX. De regularibus, ac Monarchis.


### SECVNDI LIBRI.


I. De Rerum diviſione, atque illarum adminiſtratione.
II. De Sacramentis.
III. De Baptiſmo, & ejus effectu.
IV. De Sacramento Chriſmatis.
V. De Pœnitentiis & Remiſſionibus.
VI. De Euchariſtia.
VII. De Extrema Vnctione.
VIII. De Sacramento Ordinis.
IX. De Sacramento Matrimonii.
X. De Sponſalibus.
XI. De Nuptiis.
XII. Quæ Matrimonium impedire poſſunt.
XIII. De Triplici cognatione.
XIV. De Clandeſtina deſponſatione.
XV. Qui matrimonium accuſare poſſunt vel contra illud teſtificari.
XVI. De Divortiis.
XVII. De Rebus ſacris, ſanctis, & religioſis.
XVIII. De conſtruendis, conſecrandis, & reparandis Eccleſiis, & Altaribus.
XIX. De Vnionibus Eccleſiarum.
XX. De immunitate Eccleſiarum & ſubjectione.
XXI. De Cenſibus, Exactionibus & Procurationibus.
XXII. De Capellis Monachorum.
XXIII. De Religioſis domibus.
XXIV. De Sepulturis.
XXV. De Canonica portione.
XXVI. De Decimis.
XXVII. De Rebus Eccleſiæ alienandis, vel non.
XXVIII. De Peculio Clericorum, Relictis, & Succeſſionibus eorum.


### LIBRI TERTII.


I. De Iudiciis, & illorum diviſione.
II. De Procuratoribus.
III. De Pactis, & Tranſactionibus.
IV. De Arbitriis.
V. De In jus vocando.
VI. De Dolo, & Contumacia, & in Poſſeſſionem miſſione.
VII. De Libelli conceptione, & oblatione.
VIII. De Exceptionibus & Replicationibus.
IX. De Mutuis petitionibus.
X. De Reſtitutione ſpoliatorum.
XI. De Litis conteſtatione.
XII. De Iuramento calumniæ.
XIII. Vt lite pendente nihil innovetur.
XIV. De probationibus.
XV. De Sententiis, & Re judicata.
XVI. De Executione rei judicatæ.
XVII. De Appellationibus.
XVIII. De Reſtitutione in integrum.


### LIBRI QVARTI.


I. De Accuſationibus, Denunciationibus & Inquiſitionibus.
II. De Duplici purgatione.
III. De Simonia.
IV. De Hæreticis, & Schiſmaticis, & Apoſtat.
V. De Sortilegis, Maledicis, & Sacrilegis.
VI. De Furtis.
VII. De Vſuris.
VIII. De Adulteriis, & aliis conjunctionibus illicitis.
IX. De Crimine falſi.
X. De Homicidio.
XI. De Injuriis, & damno dato.
XII. De Eccleſiaſticis Cenſuris.
XIII. De ſententia Excommunicationis.
XIV. De Eccleſiaſtico Interdicto.
XV. De Suſpenſione.


FINIS.

INSTI-

# INSTITUTIONUM JURIS CANONICI LIBER PRIMUS INCIPIT.

Jo. Paulus Lancelottus J. C. Peruſinus, Juris Pontificii Candidatis, S.

## PROOEMIUM.

*LIbros Juris Pontificii diligenter intuentibus facilè apparebit, eos ad quandam imitationem illorum, qui in jure Civili extant, fuiſſe conſcriptos, atq; digeſtos. Nam ut illi Romani Imperatoris, ſic hi Romani Pontificis authoritate potiſſimùm nituntur: ac velut illi Romanorum Imperatorum cõſtitutionibus, Senatus, aliorumq; magiſtratuum placitis, & Juriſconſultorum reſponſis conſtant, ſic in hoc Pontificum itidem Romanorũ ſanctiones, ſacrorum Conciliorũ decreta, & ſanctiſſimorum virorum haud diſſimili ordine congeſtæ ſententiæ conſpiciuntur: quæ omnia tam pari poſtmodum ſtudio poſteritas amplexa eſt, & tam eodem ſtylo interpretata, ut inter bonas artes nullæ prorſus ſint, quæ tanta ſimilitudine ſeſe invicem contingãt. Non parva hinc nos interdum cepit admiratio, quánam ratione contigerit, ut veluti Imperatorio nomine Cæſarei Juris in certos libros redacta ſunt elementa, non ita etiam ad uſum ſtudioſæ juventutis ad jus Canonicum ab ipſis Pontificibus compoſitæ Inſtitutiones reperiantur, cùm id, ſi, ut quidem nunc eſt, contem-*

plemur, ædificii cujuſdam referat ſpeciem, januis atque omni
propemodum aditu carentis, & una hac tantùm diſſimili-
tudine à jure Civili ſejungatur. Accedit, quòd, cùm nemo ſit
mortalium qui gloriæ cupidine non tangatur, hoc non ſine
magna ſua laude facturi videbantur. Sed Veteribus qui-
dem facilè id ignoſci poterit, in jaciendis & ſtruendis hujus
Juris fundamentis videlicet occupatis, & quaſi materiæ de-
fectu impeditis: at Recentioribus, ejus facultatis tractati-
bus ad juſtum corpus excreſcentibus, Inſtitutiones inde eli-
cere, & quaſi de rudi marmore ſtatuæ cujuſdam effigiem du-
cere non difficile fuiſſet: & quæ noſtrorum eſt felicitas tem-
porum, non modò in ea re illuſtrium virorum opera uti, ve-
rùm etiam per ſe id præſtare nonnulli potuiſſent. Sed &
horum quidem vitæ brevitate, quidam multiplicium hære-
ſium, bellorumq́ tam civilium, quàm externorum procel-
lis facilè excuſari poſſunt. Quis enim in ſacri Apoſtolatus
faſtigio univerſæ Eccleſiæ præſidens, atq; orbem ipſum prin-
cipum diſcordiis fluctuantem, bellorumq́ incendiis æſtuan-
tem circumſpiciens, ad ocium literarium variè agitatum a-
nimum facilè poſſit appellere? Sed hoc nos parum aliquandò
perpendiſſe videri poſſumus: nam cùm in aula Romana dif-
ficilimis temporib. degeremus, de Inſtitutionibus juris Cano-
nici Pontificio nomine conſcribendi, Juſtiniani Imperatoris
exemplo, ipſi Romano Pontifici ſuggeſſimus: & quãvis mi-
nùs fortè opportunè, de his tamen conſcribẽdis ab eodẽ man-
datum accepimus, & quantum in nobis fuit, etiam explevi-
mus: ſiquidem intermiſſo ſuperioribus annis prælegendi ac
patro-

*patrocinandi munere, impenſè operam dedimus, ut per nos hujuſmodi Inſtitutiones componerentur, quæ, ut Pontificio nomine exirent, non indignæ judicarentur: quòd quidem ex ſententia nobis ceßiſſe, ita locupletißimum ſummorum virorum probavit teſtimonium, ut illæ jamjam de manu Pontificis in manus veſtras venturæ crederentur. Sed uſq; adeò poſtmodum, cùm Romæ ob eam unam rem diu fuiſſemus, ſupremæ manus impoſitio differebatur, ut qui graviſſimis, ac multiplicibus undiq; ad ſedem Apoſtolicam confluentibus negociis admodũ ſummum Pontificem, & natura ipſa (ut ajebant) valde cunctatorem, diſtentum fuiſſe ignoraverit, magnam illo tempore in curia rerum harum incuriam fuiſſe facilè ſuſpicari potuerit. Itaq; diutius ſuſtinere non valentes in patriam conceſsimus, Pontifex paulò mox in fata. Sed hæc commentariolo ſufficiat nos aliquando fuiſſe complexos. Ergo ſi cui fortè audentiores viſi fuimus, qui tantam rem aggredi tam imbecilli auſi fuerimus, maximis authoribus, atq; adeò mandato ipſo Pontificio hanc temeritatis culpam redimere poſſumus: vel certè id non impunè tulimus, qui ob eam rem magnos labores, & impenſas, atq; invidorum obtrectationes, neſcio an dicam, fruſtrà ſubierimus, utinam non amplius ſubituri. Sed hæc omnia æquißimo feremus animo, ſi, quod vehementer ſemper optavimus, noſtra hæc ejuſmodi ſit ſcriptio, quæ ſtudiis veſtris commoda videri poßit: quòd ſanè his temporibus futurũ non deſperamus, quibus ut nonnullos fortè ſacroſancti Pontificii juris ignoratione in errores aliquos, atq; hæreſes faciliùs prolabi*

*potuiſſe, ita nunc expeditiore quadam, ejus tractatione non tam facilè juvenum hoc jure imbutos animos aberraturos veriſimiliter exiſtimare debemus. Unde quamvis non iiſdem, quibus inchoatus fuit auſpiciis, liber hic noſter in lucem prodeat, in communi ſaltem periculo non fuiſſe nos ocioſos, ſed quoquo modo tuliſſe opem, juvabit. Accipite igitur privati quidem hominis, Pontificio tamen mandato ad jus Canonicum & ſcriptas, & caſtigatas Inſtitutiones: Cumq́ eis nihil ſit comprehenſum, quod (ni fallimur) ſacris Canonibus penitus non conſentiat, ita exiſtimate, ſi de Pontificis manu eas accepiſſetis, fuiſſe id perinde futurum, ac ſi vobis vaſis aureis, ac longè ſplendidiſſimis menſis fuiſſent fercula ſubminiſtrata: nunc cùm de manu noſtra, ac ſi fictilibus illa quidem, atq; exoticis, in ſapore tamen nullam fore differentiam.*

DE

# DE JURE CANONICO,

## TITULUS PRIMUS.

*Dividitur in tres partes. In prima ponit, unde dicatur Jus Canonicum. In ſecunda, quid ſit. In tertia, ex quibus conſtet. Partes patent. h. d.*

IVRI Canonico daturum operam noſſe oportet, unde talis denominatio deſcẽdat. Et quidem Ius, generale eſt nomẽ: Canonicum verò, dicitur à verbo Græco Κανὼν, *a* quod Latinè idem ſignificat, quod regula: unde jus Canonicum, Ius regulare non malè dixeris: quam denominationem ex eo accepit, quòd ex regulis priſcorum Patrum ad rectam vivendi normam inſtitutis deductum fuerit. Eſt igitur Ius Canonicum, quod civium actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit. Conſtat verò in primis id Ius, divinæ legis præceptis, conſuetudine, & conſtitutionibus: quæ ſingula qualia ſint, diligentiùs diſpiciamus.

### DE IVRE DIVINO, CONSVETVDINE ET CONSTITUTIONIBUS.

### TITVLVS II.

*Ius divinum eſt, quod continetur in Lege & Evangelio, & eſt immutabile. h.d.*

IVs divinum eſt, quod in Lege continetur & Evangelio *b*, atque immutabile ſemper permanet. Sunt *c* enim Legis & Evangelii præcepta, aut moralia, aut myſtica. Moralia præcepta nullam omninò mutabilitatem recipere poſſunt: Myſtica verò, etſi quantum ad ſuperficiem mutata videantur, ſecundùm moralem tamen intelligentiam nullam mutationem recepiſſe comperiuntur.

*Quid ſit conſuetudo, & unde duxerit originem, & quam vim habeat. h.d.*

IVs *d* conſuetudinis, poſt naturalem legem ſumpſit exordium, ex quo homines in unum convenientes cœperunt ſimul habitare: quod ex eo tempore factum creditur, quo Cain civitatem ædificaſſe legitur. Eſt autem conſuetudo *e*, Ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur: in iis enim rebus, in quibus nihil certi divina ſtatuit ſcriptura *f*, mos populi Dei, & inſtituta majorum pro lege tenenda ſunt: & ſicut prævaricatores divinarum legum, ita contemptores Eccleſiaſticarum conſuetudinum ſunt coërcendi.

*Prava conſuetudo non ligat.*

HÆc tamen de ea conſuetudine intelligere oportet, quæ neque divino Iuri, neque Canonicis contradicit inſtitutis: ſi quid autem contra fidem Catholicam uſurpare dignoſcitur, non tam conſuetudo, quàm vetuſtas erroris eſt appellanda.

*Quid ſit conſtitutio, & quotuplex: &, civiles conſtitutiones, quæ non ſunt contra Evangelium & Canones, ſunt honorandæ, licet ipſis Eccleſia non ligetur.*

COnſtitutio *a* eſt lex ſcripta. Conſtitutionum autem *b* aliæ Civiles, aliæ Eccleſiaſticæ. Civiles ſunt, quas Princeps, aut Magiſtratus, aut populi ſibimetipſis ſanciunt: quæ quidem, ſi Evangelicis, atque canonicis decretis non ſint contrariæ *c*, ſunt omni reverentia dignæ, atque eis Eccleſia ſæpe contra *d* hæreticos, contra Tyrannos, & quoſcunque pravos utitur: alioquin nullius ſunt momenti. quod uſque adeò obtinet, ut etiam ſi quid in eis ſtatutum fuerit, quod Eccleſiarum reſpiciat commodum, nullius firmitatis exiſtat, niſi ab Eccleſia fuerit comprobatum. Sed nos ad Eccleſiaſticas conſtitutiones ſtylum vertamus, earum originem, ſpecies, & authoritatem breviter referentes.

### DE ECCLESIASTICIS CONSTITVTIONIBUS.

### TITVLVS III.

*Canones quibus conſtent, & quotuplicia ſint Concilia, & quæ Concilia univerſalia.*

CAnonum *e* quidem alii ſunt ſtatuta Conciliorum, alii decreta Pontificum, aut dicta ſanctorum. Conciliorum verò alia ſunt univerſalia, alia provincialia, alia verò Epiſcopalia. Vniverſalia ſunt, quæ ſancti Patres ex univerſo orbe *f* in unum convenientes, juxta fidem Evangelicam & Apoſtolicam condiderunt.

*Initium univerſalium Conciliorum celebrandorum poſt Apoſtolos cœpit temporibus Conſtantini: & ipſorum celebrandorum eſt apud ſedem Apoſtolicam authoritas.*

QVorum *g* celebrandorum initium poſt ſanctiſſimos Apoſtolos à temporibus Conſtantini magni cœpit. ipſe enim primus, cùm fervente perſequutione docendarum plebium commoditas minimè daretur, Chriſtianis, ut liberè congregarentur, facultatem præſtitit. Legitima *h* verò Conciliorum univerſalium aggregandorum poteſtas & authoritas eſt penes ſedem Apoſtolicam: quæ *i*, ſi Romanus Pontifex intereſſe impediatur, unum vel plures ſpeciales ad hoc legatos conſtituere ſolet.

*Quatuor ſunt principalia Concilia: Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Chalcedonenſe.*

INter *k* cætera autem concilia quatuor ſunt, quæ totam principaliter Chriſtianam fidem complectuntur, quaſi quatuor Evangelia: Nicænum ſcilicet, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe. in quibus velut in quadrato lapide ſanctæ fidei ſtructura conſurgit.

*Inter diſcordantia concilia præponetur ſententia ejus quod eſt majoris authoritatis.*

---

a *Ca.1.diſt.3.* b *diſt.1.in ſum.* c *can.fi.§.his itaq. diſtinct.6.* d *can.fi.§.jus verò conſuetudin.diſt.6.* e *can. conſuetudo.1.diſt.* f *can.in iis rebus.11.diſt.*

a *Canon.conſtitutio.2.diſtinct.* b *3.diſt.in ſum.* c *gl. p.canon.cum ad veram.96.diſt.* d *canon.1.in fin. & can. ſequ. diſt.10.* e *can.2.§ porrò.diſt.3.* f *can.1.in prin.verſ.ſub hoc. diſt.15.* g *can.1.in prin.diſt.15.* h *diſt.17.in ſum.in fin. & can.1.& ſeq.d.diſt.* i *quib.fortè.* k *can.1.§.inter cætera.& can ſeq.diſt.15.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ALia vero concilia, quæ ductu Sancti Spiritus congregata & celebrata fuerint, proximum ab iſtis ſibi locum vendicant. Quòd ſi quando inter ea diſcors ſententia inveniatur, illius ſententia magis eſt tenenda, cujus antiquior & major eſt authoritas.

*Provincialia conſilia quæ ſint, & quam authorit. habeant.*

PRovincialia *a* concilia ſunt, quæ propter Eccleſiaſticas cauſas, & altercationum ſedationes per ſingulas Provincias, convocante Metropolitano Epiſcopo omnes provinciales Epiſcopos, & cathedralium Eccleſiarum capitula, celebrari placuit. Hæc autem neque diffiniendi *b*, neque generaliter conſtituendi vim aliquam habent: ſed tantùm curandi, ut id ſervetur, quod aliàs ſtatutum eſt, & quod generaliter ſeu ſpecialiter obſervari præceptum eſt: licet interdum & quæ ab his rectè ſtatuta ſunt, etiam Catholica Eccleſia ſuſcipiat.

*Quæ ſint Epiſcopalia concilia, & qui ipſis ligentur.*

EPiſcopalia concilia ſunt, quæ Epiſcopus in ſua diœceſi ſingulis annis *c* convocat, dum inter ſuos Abbates, Presbyteros & Clericos cognoſcit. In iis, ſi quid ab Epiſcopo ſtatutum fuerit, nec ſubditi extra Diœceſim conſtituti, neque ignorantes (niſi ſit ignorantia ſupina) ligantur. Quamobrem paſtoralis officii cura poſtulat, ut, quæ in illis conſtituta fuerint, Epiſcopus ſuis plebibus nota facere non omittat.

*Decreta Pontificum Romanorum æquipollent decretis conciliorum.*

DEcreta *d* quoque Pontificum Romanorum Canonibus Conciliorum pari poteſtate exæquantur. Nam ſi id demum hodie probatur, quod ſedes Apoſtolica probavit, & quod illa repulit, rejicitur: multò magis quæ ipſa pro Catholica fide, pro ſacris dogmatibus diverſo tempore ſcripſit, debent ob omnibus reverenter recipi.

*Scripta ſanctorum non inſerta Iuri communi, ſecundum poſt decreta Pontificum Romanorum locum obtinent.*

ALia *e* ſanè eſt cauſa eorum, quæ ſancti viri, vel ſacræ paginæ interpretes ſcripta reliquerunt: nam quæ ſacris canonibus interſerta comperiuntur, parem cum eis obtinent firmitatem, cætera verò poſt ſcita Pontificum authoritatem tenent: nam licet divinarum ſcripturarum interpretes ſcientia Pontificibus interdum præcedant, quia tamen ſtatuendi poteſtate deſtituuntur, in ſcripturis quidem exponendis illis quandoque præponuntur: in cauſis verò diffiniendis, ſecundum poſt eos locum habere merentur. Aliud eſt *f* enim cauſis terminum imponere, aliud ſcripturas diligenter interpretari, cùm in negotiis diffiniendis non ſolùm neceſſaria ſit ſcientia, verùm etiam poteſtas.

*Ius Canonicum verſatur circa perſonas, res, & judicia.*

VErſatur autem Ius Canonicum circa tria: circa perſonas, res, & judicia. Verùm quia poſteriora duo ad perſonas referuntur, videamus priùs de perſonis: parum enim eſſet illa noſcere, ſi perſonæ ignorentur, quarum cauſa illa ipſa conſtituta ſunt, & per quas ea omnia adminiſtrantur.

## DE IVRE PERSONARVM.
### TITVLVS IV.

*Chriſtianorum quidam ſunt laici, quidam clerici: & clericorum quidam ſunt in ſacerdotio conſtituti, quidam in ſacris, non in ſacerdotio, quidam nec in ſacerdotio, nec in ſacris.*

PErſonarum *g* genera duo ſunt, unum laicorum, alterum verò clericorum. Laici, qui & populares dici poſſunt, ſunt, quibus licet temporalia poſſidere, uxorem ducere, cauſas agere, inter virum & virum judicare. Clerici ſunt, qui divinis officiis mancipati ſunt, & quos ab omni ſtrepitu ceſſare convenit. Videamus igitur de iis, qui divinis officiis ſunt aſcripti: nam ſi cognoverimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt, ſimul etiam & qui laici ſint, intelligemus. Horum autem quidam ſunt in ſacerdotio, quidam in ſacris, quidam nec in ſacerdotio, nec in ſacris. Rurſus eorum qui in ſacerdotio conſtituti ſunt, quidam ſunt in altiore gradu vel ordine poſiti, quidam verò in inferiore. Videamus igitur primùm de his ſacerdotibus qui in altiore gradu poſiti ſunt, proximè de his qui in inferiore, ac ſubinde de his qui tantùm in ſacris ordinibus conſtituti ſunt, viſuri, & demum de his, qui nec in ſacerdotio nec in ſacris reperiuntur.

## DE EPISCOPIS ET SVMMO PONTIFICE.
### TITVLVS V.

*Epiſcoporum ordo eſt tripertitus, & Patriarchæ primum poſt Papam locum tenent.*

IN altiori gradu conſtituti ſunt Epiſcopi. Eſt autem *a* Epiſcoporum ordo tripertitus: Alii enim ſunt Patriarchæ, ſive Primates: alii Archiepiſcopi: alii ſimpliciter Epiſcopi. Patriarchæ *b* ſunt, qui primum poſt Romanum Pontificem tenent locum: quales Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Hieroſolymitanus, Antiochenus. Appellantur autem Patriarchæ, quia ſummo honore funguntur, quaſi patrum Principes: unde ob dignitatis excellentiam, & crucem *c* iis deferre, & ab Epiſcopis & Archiepiſcopis appellationes recipere jure permittitur.

*Archiepiſcopi ſunt præſules Epiſcoporum unius Provinciæ.*

ARchiepiſcopi *d* ſunt unius Provinciæ Epiſcoporum Principes & Præſules. Provinciæ ſiquidem *e* longo ante adventum Chriſti tempore, maxima ex parte diviſæ erant: quæ diviſio poſtmodum ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus renovata eſt. Itaque ubi dudum Primates erant ſeculi, noſtros Patriarchas vel Primates lege Eccleſiaſtica poni juſſerunt. In civitatibus autem Metropolitanis, quæ minores Iudices habebant, illi hodie præſunt, qui Metropolitanorum, aut Archiepiſcoporum nomine deſignantur. Ad hos igitur inter ſuos ſuffraganeos cognoſcere pertinet: à quibus tamen ſi durius illi habiti & accepti fuerint, ad Primates, aut ſedem Apoſtolicam appellare poterunt.

*Epiſcopi ſunt, qui præſunt majoribus populis, & Latinè ſpeculatores appellari poſſunt, & magna eſt ipſorum in Eccleſia authoritas.*

SImpliciter autem Epiſcopi ſunt *f*, qui majoribus populis & frequentioribus civitatibus præſunt. Ii ſpeculatores Latinè dici poſſunt: Epiſcopus enim quaſi ſpeculator in Eccleſia præpoſitus eſt: Mores enim & vitam populorum infra ſe poſitorum ſpeculatur & perſpicit. Horum autem non modica in Eccleſia eſt authoritas: nam præter ligandi ſolvendique poteſtatem, & viſitandi diligentiam, ſoli ſacrum chriſma conficiunt *g*, ſoli Dei altaria & Eccleſias conſecrant, & pollutas repurgant, Clericos ordinant, ſuſpendunt & deponunt: ad hos pertinet excommunicatio, purgationis indictio, diſpenſatio, ſolennis pœnitentiæ impoſitio.

*Quod inferiori conceditur, multò magis conceditur & ſuperiori.*

QVod autem diximus prædicta ſolos Epiſcopos efficere poſſe, non eum habet intellectum, quaſi Archiepiſcopi & Primates non eandem habeant poteſtatem:

a *Diſt.17.per totum. & can. propter. diſt. 18* b *d. diſt. 18. c.18.in ſum.* c *can.pen.in Palea 18.diſ.& c. ſicut olim. extrà, de accuſ.* d *can.1.per totum, diſt.19.* e *diſtinct. 20. per totum.* f *§. ſed aliud.in ſum.d.diſtinct.20.* g *Can.duo ſunt genera. 12. quæſt. 1.*

a *Can.1.verſ.ord.diſt.21.* b *d.can.1.§.Patriarcha.* c *C. antiq.Patriarchalium.ext.de priv.* d *Can.1.diſt.21.* e *Ca.1. diſt.99.* f *Can.1.§.Epiſcopus.diſt.21.* g *Can.1.verſ.ad Epiſcop.diſt.25.can.quamvis.diſt.68.& 26.quæſt.6. per totum.*

tem:

tem : ſed, quòd Presbyteris & cæteris inferioribus illa non conceduntur. Ridiculum enim eſſet cogitare, Epiſcopis illa quidem permitti, Archiepiſcopis & Primatibus qui Epiſcopis præſunt, eadem denegari.

*Papa eſt ordinarius omnium ordinariorum, & Eccleſiæ Romanæ omnes eccleſiæ ſubſunt.*

SIcut autem Petrus Apoſtolus primus fuit Apoſtolorum, ita & Eccleſia ſuo nomine conſecrata, Domino inſtituente, prima eſt & caput cæterarum : & qui illi præeſt, cæteros Epiſcopos antecellit: unde ad eam, tanquam ad matrem *a*, atque apicem, omnes majores Eccleſiæ & Epiſcopi recurrunt, à qua quaſi à quodam capite dona velut in corpus omne diffunduntur. Ipſa autem tanquam omnium magiſtra, celſiore ſede reſidens, à quoquam judicari non poterit. Quinimò velut tempore Noë omnes extra arcam poſiti diluvii vaſtitate conſumpti ſunt; ſic extra Petri naviculam conſtituti, æternæ damnationis fluctibus obruentur.

## DE ELECTIONE.
### TITVLVS VI.

*Duobus modis creantur Epiſcopi.*

PRomoventur autem tam Epiſcopi, quàm prælati cæteri, aut per electionem, aut per poſtulationem.

*Quid ſit electio, & quòd ad unum jus eligendi habentes citari debent, aliàs non valet electio : & non citatus poteſt habere ratam electionem.*

CÆterùm, ut priùs de electione dicamus, Electio nihil aliud eſt, quàm hominis alicujus ad dignitatem, vel fraternam ſocietatem Canonicè facta vocatio : nam cum viduatæ providendum eſt Eccleſiæ, debent cuncti, qui eligendi jus habent, legitimè citari, ut electioni interſint. Quòd ſi vel in unius perſona fuerit id omiſſum, irritam reddit electionem talis omiſſio. Sæpe etenim reſcriptum eſt, magis hac in re unius obeſſe contemptum, quàm multorum contradictionem *b*: planè ſi is, qui citatus non fuerit, ratam adveniens habere velit electionem, confirmanda erit electio. *c*

*Abſens poteſt uni de capitulo votum ſuum demandare. h.d.*

SEd & ſi quis caſu aliquo ad electionem accedere fuerit impeditus, votum ſuum uni vel pluribus de capitulo demandare minimè prohibendus erit.

*Procurator ad eligendum non poteſt unum procuratorio, alium proprio nomine eligere, niſi habeat mandatum de eligenda certa perſona.*

ET *d* ſi tantùm uni votum ſuum quis demandaverit, & is unum ſuo, alium mandantis nomine in ſcrutinio nominandum duxerit, nihil agit, niſi de certa eligenda perſona mandatum acceperit : quo caſu in illam mandantis, in aliam ſuo nomine jure conſentire poterit.

*Duobus procuratoribus ad eligendum datis in ſolidum, non poſſunt ambo eligere, ſed erit melior conditio occupantis : & ſi non appareat de prioritate in occupando, præponitur electus à capitulo, vel primò nominatus in procuratorio. h. d.*

QVòd ſi pluribus *e* in ſolidum vices ſuas quis commiſerit, non quidem omnes reddere votum poterunt (quia vota dirigere poſſent in diverſos, ſicque res non haberet exitum) ſed erit occupantis melior conditio : & ſi ita concurrant, ut inter eos prior non appareat, is admittetur duntaxat, quem vel capitulum vel pars major elegerit: vel ſi concordare nequeant, is qui primus in inſtrumento vel literis procurationis nominatus fuerit.

*Non poſſunt plures deputari ad eligendum non in ſolidum. h.d.*

SIn autem plures non in ſolidum conſtituti fuerint, eadem ratione nullus eorum admittendus erit, ſibique mandans imputet, qui ſic eos imprudenter conſtituerit.

*Non poteſt votum in electione reddi per literas.*

SEd cùm abſens reclamante capitulo extraneum conſtituere nequeat, videamus an ſi nullus de collegio velit eſſe procurator, ſaltem per literas votum ſuum reddere valeat? & ſanè, cùm non ante electionem, ſed in ipſa electione ſecretè & ſigillatim duntaxat ſingulorum vota ſint exprimenda, per literas reddi non poterunt.

*Superiùs dicta non habent locum in electione Papæ, in qua multa ſunt ſpecialia. h.d.*

SEd hæc quidem in aliorum Epiſcoporum, non in Romani Pontificis electione obtinent. In hujus enim nec ulla neceſſaria eſt citatio, nec alii quis abſens votum ſuum demandare permittitur. Alia quoque in eo ſpecialiter conſtituta ſunt, quæ ex Decretalium libris decentius eſt quàm hîc, accipere.

*Electio celebratur tribus modis, & quomodo per inſpirationem: & quòd laici non per inſpirationem, ſed per conſpirationem dicuntur eligere. h.d.*

CElebratur autem electio tribus modis *a*, per inſpirationem, per ſcrutinium, & per compromiſſum : per inſpirationem, ut cùm electores nullo præcedente tractatu, quaſi divini Spiritus impulſu ſimul omnes in unum repentè conſentiunt, & ſimul unum nominant. quòd ſi fortè laici prece vel precio *b* corrupti aliquem concordibus clamoribus petant, is non tam per inſpirationem, quàm per nefariam conſpirationem nominatus, omni penitùs electionis fructu meritò carere debet.

*Quomodo dicatur celebrari electio per ſcrutinium, & qui ſint ſcrutatores. h.d.*

PEr ſcrutinium fieri dicitur electio, cùm præſentibus omnibus, qui debent, volunt & poſſunt commodè intereſſe, tres de collegio fide digni aſſumuntur, qui ſecretè & ſigillatim vota cunctorum diligenter exquirunt, & demum in ſcripturam redacta publicant. Quo facto collatione habita, is demum cenſetur electus, in quem vel omnes, vel major & ſanior pars capituli ſtatim conſenſerint.

*Pars minor eligentium, ad infringendam majoris partis electionem, poteſt opponere de propria authoritate ac zelo, & de meritis electi. h.d.*

QVòd ſi eligentium vota ita ſe diviſerint, ut hinc quidem electorum pars numeroſior conſiſtat, inde minor, ſed quæ non minùs ex authoritate eligentium, quàm ex meritis electi ſanior appareat, ad infringendam partis numeroſioris electionem facultas erit minori, & de authoritate ipſorum eligentium, & de meritis eorum qui electi fuerint, opponere.

*Contra electionem factam à duabus partibus non poteſt opponi, niſi de nullitate voti alicujus earum dictarum partium. h.d.*

HOc tamen tunc obtinebit, cùm non magnus in altera parte contigerit exceſſus : cæterùm ſi quando *c* duabus electionibus celebratis, pars altera eligentium, alia duplo major numero deprehendatur, contra hujuſmodi electores ad extenuationem meriti vel authoritatis ipſorum, paucioribus, vel electo ab eis opponendi facultas non erit : quanquam, ſi quid opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum ipſo jure redderet, id eis minimè cenſetur interdictum. Vocantur autem viri tres de collegio ſumpti, ſcrutatores, eò quòd ſingulorum vota diligenter ſcrutentur.

*Quomodo per compromiſſum celebretur electio, & quod arbitri non ſervantes formam compromiſſi nulliter eligunt. h.d.*

PEr compromiſſum celebratur electio, cùm plures idonei viri eliguntur, in quos omnium vice eligendi certo modo facultas & poteſtas transfunditur, qui arbitri compromiſſi fines diligenter cuſtodire debent, ſcituri, ſi quid non ſecundùm demandatam formam egerint, nullum habiturum eſſe juris effectum.

a *Ca. antiq. ext. de privil.* b *Ca. quod ſicut. in ſi. prin. d. tit. de elect.* c *d. c. quod ſicut. in ſi. prin.* d *C. ſi quis juſto. §. porrò. de elect. in 6.* e *C. ſi quis juſto. in princ. de elect. in 6.*

a *C. perpetuo. ubi præſumpt. §. Hiſtia. de elect. in 6.* b *Can. ſi ergo 8. q. 1. & c. 2. de electio. extra.* c *C. ſi quando contigerit. de elect. in 6.*

*Poteſtas arbitrorum non expirat re non integra, etiam non ſecuta electione. h.d.*

QVòd *a* ſi intra terminos conſtiterint, quod ab eis geſtum fuerit, uſque adeò ratum habendum erit, ut etiam non ſecuta electione, re tamen non integra, demandata ſibi poteſtas revocari non poſſit. Oſtendimus quibus modis electio celebretur: conſequens nunc eſt ut videamus, & qui poſſint eligere, & in quos cadere poſſit electio.

## QVI ELIGERE, ELIGIVE' POSSUNT.

### TITVLVS VII.

*Quibus jus eligendi competat. h.d.*

IVs igitur Prælatum eligendi ad Canonicos hodie, & ad viduatæ Eccleſiæ pertinet collegium. Sed & ſi qui conſuetudine, vel præſcriptione, pacto, vel privilegio fuerint muniti, ab electione minimè ſunt excludendi.

*Impuberes, & non conſtituti in ſacris non poſſunt eligere. h.d.*

SEd neque in pupillari ætate conſtituti, neque ii qui ſacris ordinibus non ſunt decorati, ſunt admittendi. Abſurdum enim eſſet, ſi ad tanti ponderis res explicandas, ii quorum nullum eſt animi judicium, & ad ſacra tractanda, ii qui nondum illa attigerunt, aſſumerentur.

*Excommunicatus minore excommunicatione eligit: ſecus majore.*

ILlud quæſitum eſt, an excommunicati ad eligendum admitti poſſint? Et ſanè, ſi minoris excommunicationis vinculo tantùm fuerint innodati, ab electione arcendi non ſunt: Anathemate autem percuſſi, ab omni penitus eligendi facultate repelluntur.

*Suſpenſus à canone eligit: ſecus ab homine.*

IN ſuſpenſo quoque non abſimilis obtinet diſtinctio. Si enim quis per ſolam Canonis diſpenſationem ſuſpenſus ſit, electioni intereſſe minimè prohibetur: ſi verò per Judicis ſententiam, anathematizato ſimilis habebitur.

*Eligere à ſuperiore prohibiti, abſentes, hæretici, non poſſunt eligere.*

HIs quoque & illi annumerari debent, quibus à ſuperiore, ne eligant, interdictum eſt. Item abſentes: qui tamen ſi legitimis cauſis ad electionem accedere impeditos eſſe ſe docuerint, aliis de capitulo votum ſuum demandare, ſecundùm ea, quæ proximè *b* expoſuimus, minimè ſunt prohibendi. Hæreticis autem, vel non Catholicis, indiſtinctè jus eligendi adimitur.

*Ob non ſervatam formam, & ob negligentiam eligentium, electio devolvitur ad proximum ſuperiorem. h.d.*

INterdum tamen accidit, ut ii, quibus ab initio jus eligendi competit, eo jure poſtmodum priventur: ut puta, ſi qui aliter, quàm per præſcriptas formas, eligere tentaverint: Item, qui per tempus conſtitutionibus diffinitum in eligendo negligentes fuerint: quo caſu ad proximum ſuperiorem eligendi poteſtas devolvitur.

*Electio facta de indigno, jus eligendi transfert ad Romanum Pontificem.*

ALia ſanè *c* cauſa eorum eſt, qui ſcientes indignum eligunt, aut poſtulant: nam licet & ii eligendi jure priventur, id tamen non ad Primatem, aut Archiepiſcopum, ſed immediatè ad ſummum Pontificem devolvitur.

*Laici non poſſunt eligere. h.d.*

LAicis *d* quoque etiamſi Principes ſint, nullo neque conſuetudinis, neque præſcriptionis, neque conventionis jure ad electionem aſpirare permittitur. Patroni tamen circa jam factam electionem, non indecenter poſtulatur aſſenſus.

a *C. in cauſis. ext. eod. tit.* b *ſuprà tit. præced. §. ſed etſi quis.* c *d. c. quanquam.* d *d. c. ſacroſanct. in fi. & ca. cùm terra. in fi. eod. tit. cap. nobis. ext. de jure pa.*

*Qualem Epiſcopum eſſe oporteat. h.d.*

OPortet autem eum, qui in Epiſcopum eligendus ſit (cùm Ars ſit artium, regimen animarum) ætate maturum eſſe, natalibus illæſum, corpore integrum, famâ candidum, literis inſtructum, religioſum, prudentem, temperatum, caſtum, hoſpitalem, manſuetum, irreprehenſibilem, ſecundùm ea quæ latius infrà *a* dicturi ſumus. Si enim ad ſeculares honores ſine ſuffragatione meritorum indignum eſt perveniri, & notari ambitus ſolent, quos probitatis documenta non adjuvant: quàm diligens ac prudens habenda eſt diſpenſatio divinorum munerum, & Eccleſiaſticarum dignitatum?

*Minor triginta annis, excommunicatus, ſuſpenſus, & non conſtitutus in ſacris, & ſchiſmaticus non reconciliatus, non poſſunt eligi.*

IGitur is, qui ad Epiſcopalem dignitatem promovendus eſt, annos natus eſſe debet non minus triginta *b*. nam ea ætate Dominum *c* & baptizatum eſſe, & concionatum fuiſſe legimus: alioqui ſi quis minor fuerit, eligi non poterit. Idem *d* juris eſt in iis, qui aut excommunicationis, aut ſuſpenſionis vinculo ſunt innodati. Sed nec ii *e*, qui in ſacris ordinibus non ſunt conſtituti, ſaltem ſubdiaconatu, neque ſchiſmatici eligi debent.

*Eligentes indignum per triennium eligi non poſſunt. h.d.*

ILli *f* quoque qui ſcienter indignum eligunt, non ſolùm eligendi poteſtate privandi ſunt: verùm etiam per triennium, ut ab aliis eligi poſſint, ſeipſos inhabiles reddunt.

*Neophytæ non poſſunt eligi.*

NEophytæ *g* quoque in Epiſcopos ordinari prohibentur: indecens eſt enim, & valde præpoſterum, eum fieri magiſtrum, qui nondum didicit eſſe diſcipulus. Appellantur autem Neophytæ *h*, qui propoſitum ſanctæ religionis noviter aſſumpſerunt.

## DE POSTVLATIONE.

### TITVLVS VIII.

*Quid ſit poſtulatio. h.d.*

POſtulatio *i* eſt ejus, qui eligi non poteſt in prælatum, concors capituli facta petitio.

*Qui non animi vel corporis vitio, ſed alio impedimento non poteſt eligi, putà minor XXX. annis, vel ſpurius, poteſt poſtulari.*

SCiendum eſt enim, quoſdam eſſe qui quamvis eligi non poſſint, poſtulari tamen minimè prohibentur. Quæ res ita videtur poſſe commodè diſtingui, ut quicumque non animi vel corporis vitio, ſed ob aliquem defectum qualitatis eligi impediuntur, iidem tamen poſtulari poſſint. Ex hoc apparet *k*, eum, qui trigeſimum annum non complevit, item in minoribus ordinibus conſtitutum, aut laicum, item natalibus læſum *l*, licet eligi non poſſint, poſtulari tamen poſſe.

*Epiſcopus & electus debent poſtulari, non eligi: ſecus Abbas, & alii inferiores. h.d.*

EPiſcopus *m* quoque cùm propriæ ſit allegatus Eccleſiæ, ad aliam tranſitum facere non poteſt: ea propter non eligendus, ſed poſtulandus erit. Non idem juris eſt *n* in Abbatibus, & cæteris Prælatis infra Epiſcopalem dignitatem conſtitutis: iſti enim, licet propriæ Eccleſiæ videantur alligati, nihilominùs eligi poſſunt: propterea tamen non deſerunt monaſterium, niſi licentia legitimè impetrata.

a *Infrà, de vit. & honeſta.* b *ca. cùm in cunctis. extr. de elect.* c *can. Presbyter. diſt. 78.* d *ſub eod. tit. §. illud & ſeq.* e *can. de Syracuſana. in fi. diſt. 28. ca. à multis. de ætate & qualita.* f *c. cum in cunctis. §. fi. & c. cùm Vintonienſ. & c. inquiſitionem. extr. de elect.* g *can. 1. diſt. 48.* h *can. 1. diſt.* i *gl. in ver. vera poſtulatio. c. 1. de poſtulatio. in 6.* k *gl. c. ſi. extr. de poſtula. & c. cupientes. §. denique. de elect. in 6.* l *c. innotuit. extrà, de elect.* m *d. cap. ubi gl. extra, eod. tit.* n *c. nullus religioſus. & c. Si Abbatem. de elect. in 6.*

## DE CONFIRMATIONE ELECTIONIS.

### TITVLVS IX.

*Electus debet intra menſem conſentire electioni, alioqui alius poterit eligi. hoc dicit.*

NVnc videndum eſt de confirmatione. Sciendum eſt itaq; in primis, Gregoriana conſtitutione *a* in Lugdunenſi Concilio cautum fuiſſe, ut electores, quàm primùm commodè poſſint, operam dent, ut electi conſenſum habeant: quem ſi infra menſem, ſine cauſa legibus cognita, electus accommodare diſtulerit, jure, ſi quod ei fuerat ex tali electione quæſitum, ſtatim carere debere: Electoreſque ad aliam electionem liberè poſſe convolare.

*Electus poſt conſenſum electioni præſtitum, vel notitiam habitam, debet intra menſem ad ſedem Apoſtolicam iter arripere, & quantò citius poterit, confirmationem obtinere.*

EAdem conſtitutione *b* cavetur, electum infra tres menſes poſt conſenſum electioni præſtitum, ſi nullum juſtum impedimentum obſiſtat, confirmationem à ſuperiore Prælato petere debere: alioqui trimeſtri ſpatio elapſo electionem eſſe penitus irritandā. Sed cùm interdum eveniat, ut aliquorum locorum vicinitas minus exigat, aliquorum diſtantia prolixius tempus expoſcat, conſultiſſimè Nicolaus *c* tertius ſanxit: Vt electi, quorum electionum confirmationes ad ſedis Apoſtolicæ examen deducit immediata ſubjectio, vel appellatio interjecta devolvit, infra menſem poſt conſenſum, vel habitā de ipſorum electione notitiam, ad ſedem ipſam Apoſtolicam iter arripiant, & quantò citius commodè poterunt, cum omnibus juribus coram ſede Apoſtolica perſonaliter comparere nitantur, ſuarum electionum confirmationes petituri: aliaq; inſuper adjecit, quibus Eccleſiarum periculoſis vacationibus ac malignantium ſubterfugiis, electorumq; incommodis facilè occurritur: quæ non ſolùm in electionibus, verùm etiam in poſtulationibus obtinere voluit.

*Non confirmatus non poteſt res Eccleſiæ adminiſtrare. h.d.*

QVamdiu *d* autem quis confirmatus non eſt, rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrator eſſe non poteſt, ſi negotiis Eccleſiæ, ad quam vocatus eſt, ſeſe temerè ingeſſerit, omni jure, quod ei per electionem quæſitum fuerit, ſtatim privandus erit: nullo neque Oeconomatus, nec procurationis prætextu excuſandus.

*Electo non eſt obediendum, niſi literis confirmationis oſtenſis. h.d.*

PEtet igitur is qui confirmatus eſt, ab Apoſtolica ſede literas, confirmationis ſuæ tenorem continentes, illiſq; oſtendet, ad quos ea res pertinet: alioqui nulli eum abſque dictarum literarum oſtenſione recipere tenebuntur. Quod & in promotione apud dictam ſedem facta, & in conſecrationis, vel benedictionis munere, locum ſibi vendicat.

*Confirmatio non conceditur, niſi cum cauſæ cognitione. h.d.*

IS autem *e*, ad quem confirmatio pertinet, diligenter examinare debet, & electionis proceſſum, & perſonam electi: eſt enim hoc generale, ut ad eum pertineat examinatio, ad quem manus impoſitio ſpectat. Et cùm omnia ritè concurrunt, tunc munus ei confirmationis impendat. Quòd ſi ſecus factum fuerit, non ſolùm dejiciendus erit indignè promotus, verùm etiam indignè promovens puniendus. Nihil eſt enim quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quàm ſi indigni ad regimen aſſumātur animarum. Quòd cùm in cunctis ſacris ordinibus ſibi locum vendicet, in Epiſcopo tamen multò fortiùs: qui ad curam aliorum poſitus, in ſe ipſo debet oſtendere, quomodo cæteros in domo Dei oporteat converſari. Quòd ſi fortè eligentium vota in duas ſe diviſerint partes, is confirmatoris judicio alteri præferendus erit, qui majoribus juvatur ſtudiis & meritis.

*Si unus ſit poſtulatus, alius electus, præponitur electus æquè idoneus, niſi poſtulantium ſit duplo major numerus. Qui tamen ſi ignoranter indignum poſtulaverint, nec electio valet: ſed ſi ſcienter, electio tenet. hoc dicit.*

ET *a* ſi vacante Eccleſia, ſciſſo in duas partes capitulo, alius quidem electus fuerit, alius verò poſtulatus, quæri poteſt, electione confirmanda, an verò poſtulatio ſit admittenda? In qua ſpecie ſi tam poſtulatus, quàm electus ſint idonei, reſponſum eſt, Si poſtulantium numerus ſit eligentium duplo major, utiq; poſtulationem eſſe admittendam: ſin id minus, electionem confirmandam. Sed ſi poſtulantes indignum neſcii poſtulaverunt, nec poſtulatio, nec electio rata habenda erit: ſi ſcientes & prudentes, erit electio confirmanda.

*In confirmatione facienda citandi ſunt, quorum intereſſe poteſt. Et calumnioſè opponentes, puniuntur. h.d.*

ILlud *b* etiam confirmantem obſervare oportet, ne, dum nimia in confirmando celeritate utitur, contra doctrinam Apoſtoli proprium affectum juri & æquitati præponat. Itaque, ſi coëlectus aliquis, vel contradictor appareat, ante confirmationem nominatim vocandus eſt: alioqui ſi nemo apparet in foribus Eccleſiæ, in qua electio facta eſt, generaliter edicendum erit, ut ſi qui ſint, qui confirmationi futuræ velint opponere, ad contradicendum in aſſignato peremptorio termino præſentes eſſe debeant. Quæ omnia locum habent, ſive concorditer electio fuerit celebrata, ſive non. Sciant tamen ii, qui contra electionem opponendum duxerint, ſe, ſi probationibus deſtituti fuerint, ab omni pœnitentiæ præſidio excluſos, legitimis pœnis eſſe ſubjiciendos.

*Poteſt diſpenſari cum electo ſchiſmatico, ſi nullum ordinem à ſchiſmaticis ſuſceperit. h.d.*

DE *c* illo dubitari contingit, an ejus, qui abjurato ſchiſmate ad unitatem eccleſiæ rediit, confirmanda ſit electio? & reſponſum eſt, Si à ſchiſmaticis nullum ſuſceperit ordinem, & ejus electio canonicè celebrata deprehendatur, poſſe illam diſpenſativè confirmari.

*Confirmatus & nondum conſecratus, exercet ſolùm quæ ſunt juriſdictionis, non quæ ſunt ordinis. Et nemo dat, quod non habet. h.d.*

IGitur confirmatione ſecuta, inter electum & perſonas eligentium, hoc eſt, Eccleſiam, ſpirituale conjugium *d* contrahitur. Quapropter confirmatus liberam ſuper illis ſtatuendi naneiſcitur facultatem. Hoc autem ſic intelligi oportet *e*, eorum quidem quæ juriſdictionis ſunt, utputa, corrigendi, excommunicandi, jusjurandum exigendi, conferendi, confirmandi, & iis ſimilium, libera confirmato permiſſa ſit tractatio: Ea verò, quæ non juriſdictionis, ſed ordinis ſunt *f*, veluti Clericorum ordinationes, benedictiones virginum, depoſitiones, Eccleſiarum & altarium conſecrationes, ante propriam conſecrationem peragere prohibetur. Neque enim ratio ſuadere videtur, ut quis in alios id conferre poſſit, quo eundem indigere dignoſcitur. Quòd ſi conſecratus ſit, non ſolùm quæ juriſdictionis, verùm etiam quæ ordinis ſunt, exequi poterit.

## DE CONSECRATIONE.

### TITVLVS X.

*Conſecratio expediri debet intra tres menſes poſt confirmationem. hoc dicit.*

DEbet igitur is qui canonicè electus, confirmatus & examinatus eſt, noviſſimè conſecrari. Quod *g* quidem ne Eccleſia Paſtoris quaſi deſtituta ſolatio, aliquod patiatur incommodum, intra tres menſes

a *C. quàm ſit. de elect. in 6.* b *d. c. quàm ſit. de elect. in 6.* c *C. cupientes. de elect. in 6.* d *Cap. avaritiæ. de elect. in 6.* e *C. nihil eſt. in prin. extra, de elect.*

a *C. ſcriptum eſt, ext. de elect.* b *C. fin. de elect. in 6.* c *C. quia diligentia. ext. de elect.* d *C. 2. §. ſicut autem. ext. de tranſlat. Epiſc.* e *Gl. ſi. ca. tranſmiſſa. extr. de elect.* f *C. quod ſicut. §. præterea. & d. gl. ſi. ext. de elect.* g *Can. 2. diſt. 75.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſt electionem, niſi legitimum ſubſit impedimentum, expediri debet: alioqui ſi Metropolitanus, aut ii ad quos ea res pertinet, negligentes fuerint, Eccleſiaſticis condemnationibus ſubjiciendi erunt.

*Conſecrationi intereſſe debent ad minus tres Epiſcopi, alioqui non valet. hoc dicit.*

ORdinationi autem intereſſe debent, non ſolùm Metropolitanus, verùm etiam comprovinciales Epiſcopi, qui numerum conficiant trium. Nam & beatus Iacobus, qui Iuſtus appellatus eſt, à Petro, Ioanne & altero Iacobo, Apoſtolis ordinatus eſt: ſucceſſoribus ſuis ſcilicet formam dantibus: ut non minùs quoq; tribus Epiſcopis, cæteris quoq; aſſenſum præbentibus, Epiſcopus ordinetur. Quòd ſi ab uno vel duobus Epiſcopis ordinatio expedita fuerit, taliter ordinatis, ut Epiſcopi nominentur, à ſanctis Patribus interdicitur: ergo ſi nomen non habent, officium qualiter habebunt? Evocandi ſunt igitur à Metropolitano *a* ſuffraganei: qui ſi omnes concurrunt, bene eſt: ſi aliqui convenire non poſſunt, ſui præſentiam per Epiſtolam facere debent.

*Archiepiſcopus impeditus, conſecrationem ſui ſuffraganei alteri committere poteſt. h. d.*

QVòd ſi Metropolitanus, vel infirmitate, vel alia juſta cauſa ita præpediatur, ut ſuorum ſuffraganeorum aliquem conſecrare non valeat, alicui Coëpiſcoporum vires ſuas demandare poterit, à quo conſecrandus munus conſecrationis recipere tenebitur.

*Deficientibus Epiſcopis comprovincialibus, advocandi ſunt Epiſcopi vicinæ provinciæ.*

ILlud quæſitum eſt, ſi in provincia in qua olim plures Epiſcopi fuerint, unum tantùm remanere contigerit, quid fieri debeat, cùm nec ſolus ordinare poſſit, & nullos quos convocet, habeat provinciales: De hoc in Sardicenſi Concilio *b* ſtatutum legitur, ut ſuperſtes Epiſcopus convocet Epiſcopos vicinæ provinciæ, & cum eis comprovinciales ſibimet Epiſcopos ordinet.

*Quomodo ſit explicanda conſecratio. h. d.*

COngregatis *c* igitur hora Dominicæ lucis tertia Epiſcopis, & ſcrutinio cum precibus celebrato, duo ſupra caput ordinandi, Evangelii codicem tenentes, manus imponant, & uno ſuper eodem benedictionem fundente, cæteri qui adſunt, manibus ſuis caput ejus tangant, atque illud unà cum manibus ſacro chriſmate deliniant: quo demum peracto, Eccleſiæ Romanæ, atque ejus Pontificibus fidelitas ſecundùm formam Gregoriani reſcripti juranda erit.

## DE RECEPTIONE ET AVTHORITATE PALLII.

### TITVLVS XI.

*Pallii receptio non eſt differenda: & volens aliquid palliando objicere, debet jurare de calumnia, & intra duos menſes objecta probare: alioqui tenetur ad pœnam talionis.*

HOc *d* amplius Metropolitanum proſpicere oportet, ut pallii petitionem & receptionem non differat: cùm ſibi ſine pallio Epiſcoporum conſecrationem minimè permiſſam ſcire debeat: Eſt autem pallium Metropolitanorum inſigne ornamentum, quod de corpore beati Petri ſumitur, Paſtoralis officii plenitudinem deſignans: cujus receptio, ut citiùs explicetur, noviſſimè conſtitutum eſt, ne per cujuſvis criminis objectionem fortè palliando faciendam differri poſſit: niſi objicientes corporali juramento præſtito firment ſe nec agere quicquam callidè, ac de objectis promptam fidem, hoc eſt, intra bimeſtris temporis ſpatium afferant, ad talionis, vel extraordinariam pœnam ſe Præſidis obligantes arbitrio, ſi objecta minimè probaverint. Quòd ſi contradictores iſta facere renuerint, eorum objectionibus nequaquam obſtantibus, ad ipſius traditionem pallii procedendum erit.

*Metropolitanus ſolùm in ſua provincia, & certis diebus pallio utitur, & pallium perſonam ſequitur, & ideò commodari non poteſt.*

SEd eo nec ſemper, nec ubique Metropolitanus uti poterit (id enim ſoli Romano Pontifici *a*, dum Miſſarum celebrat ſolennia, permittitur) verùm in ſua tantùm provincia, ac certis duntaxat diebus. Et cùm perſonam pallium non tranſeat *b*, nec alteri commodari poterit: & cum eo quiſque ſepeliendus erit.

*Pleraque dicta de creatione Epiſcoporum, habent locum etiam in aliis Prælatis.*

HÆc de creandis Epiſcopis dixiſſe ſufficiat. Nunc de illorum vita, ac qualis eorum debeat eſſe converſatio, pleraque & de cæteris Sacerdotibus intellectui, paucis expediamus.

## DE VITA ET HONESTATE PRÆLATORUM.

### TITVLVS XII.

*Qui præcellit dignitate, debet & innocentia præcellere. h. d.*

DEbet *c* igitur Epiſcopus eſſe ſine crimine, & cunctum populum cui præeſt, converſatione & innocentia præcellere. Qualis enim erit auditio diſcipuli, ſi ſe magiſtro intelligat eſſe præſtantiorem? Nam Epiſcopus inſtituere & admonere omnes debet: nemo autem rectè monitoris perſonam ſuſcipit, niſi qui moribus ſuis aliorum errata condemnat. Quod non ſolùm de Epiſcopo, ſed etiam de omnibus qui domui Dei deſerviunt, intelligi oportet: quia vehementer Eccleſiam Dei deſtruit, meliores laicos eſſe, quàm clericos: quæque in aliis membris Eccleſiæ vacant à culpa, ſæpe in ſacerdotibus habentur illicita.

*Epiſcopus cavere debet ab improborum commerciis, & in corrigendo non minùs charitatem, quàm poteſtatem exercere debet. h. d.*

AB improborum quoq; commerciis abſtinebit. Malorum enim conſortia bonos corrumpunt. Habebit igitur ſecum honeſti teſtimonii Clericos, qui poſſint irreprehenſibiles inveniri: & ſi quando illos, ſive etiam laicos, inter ſe diffidere contigerit, ad pacem magis, quàm ad judicium compellat: inq; illis corrigendis plus agat benevolentia *d*, quàm ſeveritas: plus charitas, quàm poteſtas: neque dominari magis, quàm conſulere ſubditis cupiat, ne quod proviſum eſt ad concordiam, tendat ad diſſidium.

*Prælatus in corrigendo debet miſcere ſeveritatem lenitati. h. d.*

CVm lenitate tamen ſeveritas miſcenda eſt: Nam miſericordiæ multum demitur, ſi ſeveritate omnino ſit deſtituta: ideoque Rectoribus ineſſe debet juſtè conſulens miſericordia, & piè ſæviens diſciplina; ut nec in diſciplinæ rigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſus in manſuetudine diſtrictionem deſerant diſciplinæ: quodque ſeveriùs caſtigare neceſſe eſt, non ſævientis plectatur animo, ſed medentis.

*Prælatus non debet tolerare perverſos. h. d.*

PRæterea cavendum eſt, ne perverſè agentes connivendo toleret. Culpam enim facientis habet, qui, quod poteſt, negligit emendare: & error, cui non reſiſtitur, approbatur.

*Epiſcopus orationi & prædicationi debet inſiſtere. h. d.*

IN primis autem orationi & prædicationi inſiſtat: Nam præconis officiū ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit, hinc eſt, quòd ſuper Paſtores primos in linguarum ſpecie Spiritus Sanctus inſedit. Populum itaque prædicando doceat, ſed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit,

a *Can. 1. & ſeq. diſt. 64. & can. 2. diſt. 65.* b *Can. ſi. diſt. 65.* c *Can. 1. diſt. 75.* d *Can. 1. diſt. 100.*

a *C. ad honorem. eo. tit. ex.* b *C. 2. eo. tit.* c *Can. unum orarium. verſ. oportet Epiſc. diſt. 23.* d *Can. licet plerunq; diſt. 45.*

non

non quæ illi caro, vel humanus ſenſus ſuaſerit. Ea propter ſacris libris jugiter inſiſtere illum oportet *a*: nec enim ſufficit prælatis bona converſatio, niſi addatur ſcientia doctrinæ.

*Epiſcopus hoſpitalis eſſe debet & liberalis. h.d.*

SEd *b* nec utramq; ſibi ſufficere credat: nam largam quoq; manum habere debet, & neceſſitatem patientibus ſubvenire, alienam inopiam ſuam credens. Res ſuas inter hiſtriones, venatores, aut aucupes minimè diſpenſet: pauperes potiùs in hoſpitio recipiat, & facilius exemplo ſuo ad hoſpitalitatem ſubditos attrahat.

*Prælatus debet ſobrius eſſe, prudens & peritus, non ſolùm peritia literarum, verum etiam negotiorum.*

SObrius ſit, non vinolentus *c*: non ſit percuſſor *, & ad vindictam facilis: imò in omni genere rerum agendarum prudentiam ſecum habeat: ſi enim mancum aut debilem ſancta contigere nequaquam lex divina permittit, quantò magis doni cœleſtis diſpenſatores eſſe non convenit (id quod eſt deterius) mente debilitatos.

*Epiſcopus non debet ſecularibus negotiis ſe implicare. h.d.*

SIcut autem Epiſcopum nullo errore convenit involvi, ita nulla debet cupiditate corripi: & propterea lucri cupidus eſſe prohibetur, & alicui etiam honeſto negotio *d*, ut ſibi victum & neceſſaria quærat, operam dare. Nam & Dominus negotiatores de templo verberatos expulit: &, Apoſtolo teſte, nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus.

*Pudicitiæ ſtudioſus eſſe debet Epiſcopus. h. d.*

PVdicus *e* quoq; debet eſſe, & moribus & verbis pudorem præ ſeferre. Ea propter Maguntino Concilio *f* ſtatutum legitur, ut nullus ſacerdos fœminas, de quibus ſuſpicio poteſt eſſe, retineat: ſed neq; matrem, aut amitam, aut ſororem retinebit: quia & in illis, inſtigante diabolo, ſcelus perpetratum reperitur, aut in pediſſequis earum. Itaq; domeſticarum *g* quoq; perſonarum immoderatam familiaritatem vitabit.

*Qualis quis ſit interius, debet per exteriora demonſtrare. h.d.*

OPortet *h* item Epiſcopum cæterosque Eccleſiaſticis officiis mancipatos, per decentiam habitus extrinſeci, morum intrinſecam honeſtatem indicare, & ideò, ſi præterquam ex cauſa urgenti, indumentis, præter ordinis ac officii decorem, præſertim publicè, luxurientur, illorum impudentia variis modis, non minùs recentioribus, quàm antiquis Pontificum decretis coërcetur. In ſumma, cum pro populo Epiſcopi ſuffragatores ad Deum parentur, neceſſe eſt ut omni genere virtutum ejus gratiam habere nitantur: quia cùm is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur.

## DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

### TITVLVS XIII.

*Archidiaconus eſt à Iure conſtitutus vicarius, & quaſi oculus Epiſcopi, & inter clericos cognoſcit, viſitat, & corrigenda emendat, & ardua ad Epiſcopum defert, de cujus licentia poterit etiam excommunicare. hoc dicit.*

QVoniam verò gravis & lata eſt Paſtoralis officii cura, rectè conſtitutum eſt, ut aliqui in Eccleſia ſint, qui unà cum Epiſcopo onus ferant, & ſui Prælati valeant ſublevare ſolicitudinem. Talis eſt Archidiaconus *i*, qui major poſt Epiſcopum, & ejus vicarius reperitur. Cujus vigilantia & ſolertia uſque adeò in domo Dei excubare debet, ut oculus Epiſcopi non immeritò meruerit appellari. Ea propter debet is audire jurgia ſingulorum, & quæ corrigenda & emendanda viderit, corrigere & emendare. Quòd ſi qua fuerint ita ardua, quæ per eum commodè non poſſint terminari, ad Epiſcopum ſuum deferet. Diſpiciet quoque ut Primicerius, Sacriſta, & Cuſtos injuncti ſibi muneris ſolicitudinem diligenter exequantur. Sed & tertio quoq; anno, ſi Epiſcopus non poterit, univerſam Parochiam circumire debet, & cuncta, quæ ordinatione vel emendatione indigere viderit, ſecundùm Canonicas ſanctiones corriget: & ſi Epiſcopi authoritas acceſſerit, excommunicationis etiam ſententiam feret.

## DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

### TITVLVS XIV.

*Archipresbyter eſt vicarius Epiſcopi, circa divina: & Archipresbyterorum duæ ſunt ſpecies. h.d.*

NOn abſimiles Archidiaconis Archipresbyteri habentur: nam & ii Prælati ſui circa ſpiritualia curam ſublevant *a*. Horum autem duplex eſt ſpecies: alii enim urbani ſunt, alii autem exteri. Vrbani ſunt, qui præſulis ſui abſentis circa divina in urbe vicem ſubſtinent, aut præſentis curam minuunt: ut officium inchoando, celebrando, & benedicendo, & cunctis providendo, quæ ſacerdotum miniſterio perfici debent.

*Quæ ſit poteſtas foraneorum Archipresbyterorum. h.d.*

EXteri ſunt *b*, qui circa ſingulas plebes conſtituti, non ſolùm vulgi ſolicitudinem gerunt, verùm etiam Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumſpectione cuſtodire debent: qui licet ſuis præſint plebibus, ut Epiſcopus Matrici præeſt Eccleſiæ: nihil tamen contra ſui præſulis ordinare decretũ audere debent.

*Obtinentes aliquam præpoſituram, debent etiam habere ejus præpoſituræ ordinem. h.d.*

ADmonendi *c* ſunt autem ii, qui præpoſituræ alicujus adminiſtrationem canonicè volunt obtinere, ut non ſolùm nomen, verùm etiam ordinem habere ſtudeant. Vnde *d* niſi qui Archidiaconatum tenent, Diaconi: aut qui Archipresbyteratum, Presbyteri infra annum fiant, amittent honorem, etiamſi juſta cauſa prohibente Presbyteri aut Diaconi eſſe non potuerint.

## DE OFFICIO VICARII.

### TITVLVS XV.

*Vicarius Epiſcopi non poteſt inquirere, punire, privare beneficiis, vel eadem conferre, niſi hæc ſpecialiter ſibi committantur. h.d.*

PEr Vicarium quoque, cùm Epiſcopus per ſeipſum deſervire & reſidere rationabili cauſa prohibetur: aut præſens, omnibus commodè par eſſe non poteſt, Epiſcopalis repræſentatur authoritas. In quo tamen illud advertendum eſt, quòd licet per generalem officii commiſſionem Vicario factam *e*, cauſarum cognitio transferatur: poteſtas tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorum exceſſus, ſeu aliquos à ſuis beneficiis vel adminiſtrationibus amovendi, vel beneficia conferendi (niſi ſpecialiter conceſſa ſit) non transfertur.

*Habens curam animarum in diverſis Eccleſiis, vel laicus, non poteſt conſtitui vicarius.*

DEbet autem Epiſcopus circumſpectus eſſe, ne laicum vicarium ſibi conſtituat. Indecorum *f* eſt enim, laicum hominem viros Eccleſiaſticos judicare: nec in uno eodemq; officio debet diſpar eſſe profeſſio. Quod etiam lege divina prohibetur, dicente Moyſe, *Non arabis in bove & aſino.* Inde & Honoriana conſtitutione cavetur *g*. Vt Epi-

a *Diſt.36. & ſeq.* b *Diſt. 42.* c *Diſt.44. in ſum. & per totum.* * *diſt.45.* d *Can. 2. 21. q.3. & per totum.* e *In ſum. diſt.43.* f *Ca. ext. de cohabit. cle. & mul.* g *Diſt.34. in ſum. & per totum.* h *Diſt. 40. & cle 2. eod. tit. de vit. & honeſt. præl.* i *Cap.1. & c. ad hæc nos. extr. eod. tit. & per totum. can. 1. verſ. Archidiaconus. diſt.25.*

a *Can.1. verſ. Archipr. diſt.25.* b *C. fin. e. tit.* c *Cle. 2. de ætat. & qual.* d *Can.1. diſt.60.* e *C.2. & cap. ſeq. eo. tit. in 6.* f *Can. in nona actione. 16. q.7.* g *C. ſi. ext. eo. tit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſcopus eum qui perpetuam Vicariam obtinet, per ſubtractionem proventuum, vel ipſius Vicariæ ablationem compellat, ut ſe in presbyterum promoveri faciat.

*A Vicario appellatur ad Archiepiſcopum: ab Archidiacono ad Epiſcopum. h. d.*

INter Vicarium autem & Archidiaconum illud intereſt, quòd à Vicario, non ad Epiſcopum, ſed ad Archiepiſcopum *a*: ab Archidiacono verò, niſi aliud Eccleſiarum inducat conſuetudo, ad ipſum, cui immediatè ſubjacet, Epiſcopum erit appellandum.

## DE COADIVTORE.

### *TITVLVS XVI.*

*Ex cauſa datur Epiſcopo coadjutor, cujus datio ad ſedem Apoſtolicam ſpectat. h. d.*

ACcidit *b* etiam interdum, ut paſtor ſenio aut corporis valetudine impeditus, aut ſanæ mentis conſilio deſtitutus, ſuper ſuum gregem excubias ducere non poſſit: ea propter vir providus & honeſtus, illi in coadjutorem adjungendus eſt: per quem tam Epiſcopo, quàm populo utiliter conſulatur. Cujus datio, cùm de cauſis majoribus eſſe conſtet, ad ſedem Apoſtolicam, nulla obſtante conſuetudine, referenda eſt. Quod tamen ſic intelligi oportet, ſi non in remotis partibus explicanda ſit: cæterùm, ſi procul ab Apoſtolica ſede Epiſcopus impeditus deget, tunc ſecundùm Bonifacianæ conſtitutionis tenorem providendum erit.

*Etiam inferioribus ab Epiſcopis dandus eſt coadjutor: & utriq; de facultatibus Eccleſiæ erit ſubveniendum. h. d.*

NEc *c* ſolùm Epiſcopis dandus erit coadjutor, ſed etiam, ſi res exigat, inferioribus: unde, ſi vel Eccleſiæ Rectorem, vel Archidiaconum ita morbo aliquo contigerit impediri, ut Eccleſiaſticis miniſteriis, vel nullo pacto, vel non niſi cum ſcandalo intereſſe poſſint, eis quoq; coadjutor adhibendus erit: & ita res temperanda *d*, ut utriq; juxta facultates, eccl. vitæ neceſſaria miniſtrentur.

## DE COREPISCOPORVM VSV SVBLATO.

### *TITVLVS XVII.*

*Corepiſcoporum uſus ſublatus eſt. h. d.*

ERant olim & Corepiſcopi, quibus circa plurima cum Epiſcopis miniſteriorum communis erat diſpenſatio: quorum tamen inſtitutio tam in Romana ſede, quàm in aliis totius orbis Eccleſiis, tanquam improba & ſupervacanea, eſt penitus interdicta *e*.

*Matrimonium ſpirituale diſſolvitur translatione, renunciatione, & depoſitione. h. d.*

VIdimus hucuſq; de ſpiritualis fœdere conjugii, quod inter Epiſcopum & Eccleſiam contrahitur, quod electione vel poſtulatione initiari, firmatione ratificari, conſecratione intelligitur conſummari: item de moribus, & Vicariis, & adjutoribus Epiſcoporum: tractemus nunc, quibus modis Epiſcopus ab Eccleſia removetur: & ſic quomodo tale conjugium præter mortem diſſolvitur. Contingit autem id tribus modis: Tranſlatione, Renunciatione, & depoſitione, ſeu degradatione: de quibus ſingulis videamus, ac primùm de tranſlatione.

## DE TRANSLATIONE.

### *TITVLVS XVIII.*

*Tranſlatio inducta eſt ex utilitate, & ex neceſſitate: & neceſſitate ceſſante, tranſlatio irritatur. h. d.*

TRanſlationes, quæ & mutationes *a* nuncupari poſſunt, inſtitutæ ſunt utilitatis & neceſſitatis gratia. Vtilitatis, cùm Epiſcopus ab ea civitate, cui præpoſitus eſt, in aliam transfertur, in qua magis proficere poſſe veriſimiliter exiſtimatur. Sic olim princeps Apoſtolorum de Antiochena civitate ſe Romam tranſtulit, ut ſcilicet ibidem copioſius proficere poſſet. Neceſſitate *b* verò nonnunquam epiſcopalium ſedium mutationes fieri ſolent, hoſtium urgente metu. Sed hoc caſu ſi civitatem, de qua effugerit Epiſcopus, ab hoſtibus liberari *c*, & ad priorem ſtatum contigerit revocari, ad eam expulſus revertetur.

*Epiſcopos transferre, ad ſolum Romanum Pontificem pertinet. hoc dicit.*

SCiendum eſt autem Epiſcoporum tranſlationes, non etiam inferiorum, ad ſolum Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem certiſſima ratione pertinere *d*: neque ſuper his matrimoniis quicquam præter ejus aſſenſum immutari debere, aut poſſe. Quod obtinet non ſolùm ſi Epiſcopus eſt conſecratus, verùm etiam ſi tantùm canonicè fuit electus, & confirmatus: cùm (ut ſuprà diximus) poſt electionem & confirmationem, inter perſonas eligentium & electi, conjugium ſit ſpirituale contractum.

*Qui propria authoritate ſe ad aliam Eccleſiam contulerit, & habita carebit, & ambita. h. d.*

EA propter *e* quicunque avaritia ducti, aut ambitione impulſi, Eccleſiæ ſuæ mediocritate deſpecta, ad majorem ſeſe plebem propria authoritate tranſtulerint, à cathedra repelli debent aliena, & carere propria: ut nec illis præſideant, quos per ſuperbiam ſpreverunt: nec illis, quos ob avaritiam vel ambitum concupiverunt. Sicut enim vir *f* non debet adulterare uxorem ſuam: ita nec Epiſcopus temerè Eccleſiam, ad quam electus fuit, relinquere, ut alteri ſeſe conjungat, etiamſi à populo fuerit attractus.

*Quod conſtitutum eſt in Eccleſiis Epiſcopalibus, trahitur etiam ad Eccleſias inferiores. h. d.*

NOn abſimilis Iuris ratio obtinet in presbyteris *g* & cæteris infra Epiſcopalem dignitatem conſtitutis. Nam ſi vel qualibet cauſa, propria quis authoritate *h* cum altero ſuum beneficium permutare voluerit, utrumque proprii beneficii jacturam faciet. Beneficiorum enim & præbendarum permutationes generaliter fieri prohibentur *i*: præſertim pactione præmiſſa, quæ circa ſpiritualia, vel ſpiritualibus annexa, ſemper labem ſimoniæ continet: licet poſſit Epiſcopus de uno loco ad alium aliquos transferre, ut qui uni loco minus ſunt utiles, alibi ſe valeant utilius exercere.

*Si permutatio beneficiorum completa eſt ex una parte, & per alteram ſtat quò minus impleatur, reſtituitur pars ad ſuum beneficium. hoc dicit.*

SVbventum *k* tamen eſt ei, qui de permutatione cum alio habito tractatu, præbendam ſuam cùm reſignaſſet, ab alio qui cùm permutationis tractatum habuit, & qui poſtea ſuam reſignare recuſat, deceptus eſt: cùm enim deceptis, & non decipientibus jura ſubveniant, licet is qui renunciaverit, à ſe beneficium abdicaſſe videatur, tributa tamen eſt ſimplicitati venia, conſtitutumque ut ad reſignatum beneficium reverti poſſit.

*Collatio de beneficiis cauſa permutationis vacantib. facta aliis quàm permutantibus, non tenet. h. d.*

ET generaliter, ne conceſſione Iuris utentibus, præſertim circa ſpiritualia, illudatur, ſi qua beneficia ex

a *C. Romana. de app. in 6.* b *C. 1. de cl. ægrot. vel debil. in 6.* c *Per totum tit. extr. de cle. ægro.* d *Cap. 1. §. præſenti quoq; de cler. ægro. in 6.* e *Can. Corepiſcopo. & ſeq. di. 68.*

a *Can. mutationes. 7. q. 1.* b *Can ſcias frater. & ſeq. d. 7. q. 1.* c *Ca. paſtoralis officii. diſt. 7. q. 1.* d *Ca. 2. & ſi. extr. eod. tit.* e *Ca. quando, extr. eo. tit.* f *Can. ſicut vir. 7. q. 1.* g *Can. ſicut alterius. in ſi. d. 7. q. 1.* h *Cap. cùm olim magiſter. extr. de rerum permutat.* i *Cap. quæſitum. extr. de rerum permutat.* k *Cap. cùm univerſorum. extr. de rerum permutat.*

cauſa

cauſa permutationis aliquibus reſignata, aliis quàm ipſis permutare volentibus conferantur, nullius firmitatis erit ipſa collatio.

*Non obſtantibus exſpectationibus, beneficiorum permutatio fieri poteſt. hoc dicit.*

QVinimò *a* ſi in diœceſi aliqua quidam fortè authoritate Apoſtolica beneficia proximè vacatura exſpectent, illi tamen qui ſecundùm formam Iuris ſua beneficia in eadem diœceſi ad ordinarii collationem ſpectantia, liberè ac ſine fraude in manibus Epiſcopi reſignaverint, non niſi ex cauſa permutationis reſignaturi, ab hujuſmodi exſpectationibus circa faciendam permutationem minimè impedientur.

## DE RENVNCIATIONE.
### TITVLVS XIX.

*Quid ſit renunciatio, & quibus ex cauſis poſſit renunciari, h.d.*

PEr renunciationem quoq; quis ab Eccleſia ſua removetur. Eſt autem renunciatio, juris proprii ſpontanea refutatio. Ea verò propter quæ Epiſcopus poteſt cedendi licentiam poſtulare, hæc fermè habent *b*, conſcientia criminis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, grave ſcandalũ, & irregularitas perſonæ.

*Quale debeat eſſe crimen, ob quod renunciari poſſit. h.d.*

PRopter *c* conſcientiam criminis, cedendi poteſt licentia poſtulari, non cujuſlibet, ſed duntaxat illius, propter quod ipſius officii executio poſt peractam pœnitentiam impeditur.

*Quæ debilitas corporis renunciandi cauſam præbeat. h.d.*

NOn abſimilis *d* juris ratio in debilitate corporis obtinet: nam non quælibet, ſed ſolùm illa legitimam renunciandi præſtat cauſam, per quam quis ad exequendum officium paſtorale redditur impotens: cùm interdum non plus hortetur ſenilis debilitas aliquem cedere, quàm maturitas, quæ in ſenibus eſſe ſolet, quem in ſuo ſuadeat officio permanere.

*Magnus defectus ſcientiæ tribuit legitimam cauſam renunciandi. hoc dicit.*

PRopter *e* defectum quoq; ſcientiæ plerunque poteſt quis petere ceſſionem: quia cùm illa circa ſpiritualem adminiſtrationem ſit potiſſimùm neceſſaria, & circa curam temporalium opportuna, Præſul, qui in utriſque commiſſam ſibi debet Eccleſiam regere ſalubriter, ei renunciat, ſi quomodo ipſam regere debeat, ignoret. Quanquam autem deſideranda ſit eminens ſcientia in paſtore, in eo tamen mediocris tolerari poteſt: quia imperfectum ſcientiæ poteſt ſupplere perfectio charitatis.

*Malitia plebis juſtam tribuit renunciandi cauſam: item vitatio ſcandali. hoc dicit.*

PRopter malitiam *f* quoq; plebis cogitur interdum Prælatus ab ipſius regimine declinare: veluti, quando plebs tam duræ cervicis exiſtit, ut apud ipſam amplius proficere non poſſit. Item pro gravi ſcandalo *g* vitando, cùm aliter ſedari non poteſt, licet Epiſcopo petere ceſſionem, ne plus temporalem honorem, quàm æternam videatur affectare ſalutem.

*Ob irregularitatem poteſt renunciari. h.d.*

ITem *h* ob irregularitatem: puta, ſi bigamus. Quòd ſi fortè de legitimo matrimonio non ſit natus, licet hujuſmodi irregularitatem ſubjicere non potuerit, ſi tamen & culpa latet, & cauſa, cum eo qui ſuum laudabiliter implevit officium, injuncta ſibi competenti pœnitentia, poterit non minùs utiliter quàm miſericorditer diſpenſari.

*Gratia laboris fugiendi non poteſt renunciari. h.d.*

CÆterùm *a* ob alias cauſas renunciationem affectantes audiendi non ſunt: dum fortè aliqui laboris anguſtias declinantes, ad ocium, adverſus glorioſi Pontificis exemplum, aſpirare contendant.

*Epiſcopus qui ſemel ad vitam Monachalem tranſivit, non poteſt rurſus ad Epiſcopalem dignitatem reverti. h.d.*

ACcidit autem interdum, ut Epiſcopus humilitatis & pœnitentiæ cauſa, ab Eccleſia ſua removeatur: quod tunc contingit, cùm quis Apoſtolica conceſſione ab Epiſcopali ſede ad Monachalem deſcendit ſubjectionem. Quo caſu alius in locum ejus ſubrogari poterit: ille verò reſurgere, Conſtantinopolitano *b* Concilio vetante, nequaquam valebit.

*Impeditus adminiſtrare Epiſcopatum, & propterea Monachus, ceſſante impedimento, poteſt reverti ad Epiſcopalem dignitatem.*

CÆterùm *c* ſpeciales quidam caſus inveniuntur, in quibus, prædicto Concilio non obſtante, is qui vitam monachalem elegit, rurſum licitè poteſt ad Epiſcopatum aſſumi. Si enim quis, perſecutionis rabie ſæviente, vel præpeditus adverſa valetudine corporis, cùm proficere nequeat in regimine paſtorali, de ſuperioris authoritate ad monaſticam vitam deſcendat: perſecutionis vel ægritudinis impedimento ceſſante, ad Epiſcopalem poterit reſurgere dignitatem. Idem Iuris eſt, ſi quis propter doctrinæ defectum, locum regiminis deſerent, authoritate Apoſtolica ad ocium ſe contulerit monachale: nam ſi per exercitium lectionis, ſcientiæ reperit margaritam, proculdubio denuò vocatus ad Cathedram paſtoralem, redire poterit.

*Aſſecutus Epiſcopatum ſimoniacè, ſed ignoranter, ſi poſtea regularis, licet ad primum reverti non poſſit, alium tamen Epiſcopatum conſequi poteſt.*

RVrſus *d* ſi quis inſcius cupiditate parentum fuerit Epiſcopatum adeptus, & hoc comperto de licentia ſuperioris illum dimittens, obſervantiam elegerit regularem, etſi ad Eccleſiam eandem redire nequeat, ad aliam tamen promoveri poterit: Conſtantinopolitani Concilii conſtitutione non obſtante: quam obtinere oportet, cùm penitentiæ cauſa, quam Epiſcopatum retinens peragere non valebat, vitam quis elegerit monachalem.

*Ad eum fieri debet renunciatio, ad quem ſpectat confirmatio. hoc dicit.*

ABbas *e* quoque, qui Romanæ immediatè ſubditus eſt Eccleſiæ, niſi licentia à Romano Pontifice legitimè impetrata, ſui regiminis oneri renuntiare minimè poterit: quòd ſi Epiſcopo ſubjectus ſit, cum ejuſdem permiſſione locum ſuum licito jure poterit relinquere. Et hoc generale eſt in præbendis, & cæteris minoribus beneficiis, ut apud eum fieri debeat renunciatio, ad quem pertinere dignoſcitur cõfirmatio: ex quo apparere poteſt, quòd reſignatio facta laico *f*, nullam juris obtinet firmitatem.

*Papa poteſt renunciare Papatui. h.d.*

DE Romano *g* Pontifice quæſitum eſt, an, quia nullum habet ſuperiorem in cujus manibus renunciare poſſit, Pontificatui ex cauſa cedere valeat? & ſuper hoc Cæleſtinus quintus hæſitationis cujuſlibet volens occaſionem amputare, & ſtatuit & decrevit, Romanum Pontificem poſſe liberè reſignare.

*Per procuratorem renunciari poteſt, & quatenus valeat renunciatio facta à procuratore revocato. h.d.*

POteſt *h* autem quis non ſolùm per ſemetipſum reſignare, verùm etiam per procuratorem: qui, ſi ad ce-

a *C. unico. de rerum permut. in 6.* b *C. niſi cùm pridem. ext. eod. tit.* c *d. ca. niſi. §. propter. ext. eod. tit.* d *d. ca. niſi. §. alia verò.* e *d. c. niſi. §. pro defectu.* f *Ca. niſi. §. propter malitiam.* g *d. ca. niſi. §. pro gravi.* h *d. ca. niſi. §. perſona.*

a *De c. niſi. §. verùm.* b *Can. hoc nequaquam. 7. q. 1.* c *Ca. poſt tranſlationem. §. cæterùm. extr. eod. tit. de renunc.* d *De ca. poſt tranſlationem. §. rurſus. eod. tit.* e *Cap. ſi. ubi gl. extr. eod.* f *Ca. quid in dubiis. extr. eod. tit.* g *Ca. 1. de renunciat. in 6.* h *Clem. uni. eod. tit.*

dendum Pontificali aut alii cuilibet dignitati vel benefi-cio, ſponte ac liberè conſtitutus fuerit, ſi poſtmodum i-gnorans revocatus fuerit, tenebit ceſſio per eum facta, an-tequam ad ipſius procuratoris, vel illius in cujus manib[9] ceſſio fuerat facienda, notitiam revocatio hujuſmodi fu-erit deducta: niſi fortè per ipſos, aut alios dolo malo fa-ctum fuerit, quò minùs ad eos, vel eorum alterum, ante ceſſionem revocatio perveniret.

*Qui impetravit cedendi licentiam, compellitur renunciare. h.d.*

ALiud juris eſt, ſi qui cedendi licentia cum inſtantia poſtulata, atq; ea obtenta, levitate fortè cedere præ-termittant: eos enim ad cedendum compellendos eſſe generali Concilio *a* ſtatuitur.

## DE DEPOSITIONE, SEV DEGRADATIONE.

### TITVLVS XX.

*Spirituale conjugium diſſolvitur per degradationem, h. d.*

PEr degradationem quoq; conjugium Eccleſiæ & E-piſcopi diſſolvitur. Nihil enim eſt aliud degrada-re, quàm de gradu dejicere: quod inſtitutum eſt ad ſimilitudinem *b* exauthorationis ejus qui militiæ deſe-ruit armatæ: cui tam militaris ordo, quàm etiam inſignia ob delictum detrahuntur.

*Duplex eſt degradatio, verbalis & actualis. h.d.*

EStautem *c* degradatio duplex, verbalis ſcilicet & a-ctualis. Verbalis degradatio eſt, cùm ab eo, qui autho-ritatem habet, aſſiſtente certo Epiſcoporum numero, de-poſitionis fertur ſententia. Actualis verò, ſive ſolennis eſt, cùm non ſolùm fertur ſententia, verùm etiam ab eo qui degradandus eſt, veſtes & ſingula inſignia ſui ordinis gradatim auferuntur. Cujus ordo ac ſeries latiſſimè Boni-faciana conſtitutione *d* demonſtratur.

*Proprius ſolùm Epiſcopus poteſt deponere conſtitutos in minori-bus ordinibus: ſecus in majoribus. h.d.*

QVòd *e* autem dictum eſt, Epiſcoporum numero aſſi-ſtente, ſic intelligi oportet, ſi de Epiſcopo, aut illo degradando agatur, qui ſit in majoribus ordinibus con-ſtitutus. Cæterùm ſi de iis agatur qui minoribus tan-tùm inſigniti ſint, proprii Epiſcopi ſententia, abſq; ullo-rum Epiſcoporum *f* interventu, ſatis erit.

*In degradatione ſacerdotum ob cauſam hæreſis poteſt procedere ſolus Epiſcopus delinquentium, cum ſuis minoribus prælatis. h.d.*

QVinimò interdum etiam ſi Presbyter, vel in ſacris conſtitutus degradandus fuerit, plurium Epiſcopo-rum interventus neceſſarius non erit: nam tales, ſi pro hæreſi *g* ſeculari curiæ tradendi, vel perpetuò immutan-di ſint, quia Epiſcoporum numerus facilè convenire non poteſt, ſolus Epiſcopus, convocatis Abbatibus & aliis præ-latis, viriſq; ſuæ diœceſis pietate ac bonis artibus inſtru-ctis, degradare poterit.

*Degradatus traditur curiæ ſeculari, & pro eo debet Eccleſia in-tercedere, & degradatus ſe miſcens ſacris, excommunicatur. h.d.*

CLericus igitur ob grave flagitium degradatus, cùm ab Eccleſiaſtico foro fuerit projectus, ſeculari curiæ traditur puniendus. Vnde celebranda *h* erit talis de-gradatio ſeculari præſente poteſtate, & cùm perfecta fuerit, pronunciandum, ut ſecularis judex degradatum, tanquam clericali privilegio exutum, in forum ſuum re-cipiat puniendum: pro quo tamen Eccleſia debet inter-cedere, ut citra mortis periculum in eum ſententiam moderetur: & ſi impetraverit, & degradatus pœnæ ſu-perſtes fuerit, ab adminiſtratione ſui ordinis debet abſti-nere. Quòd ſi cingulo militiæ cœleſtis exauthoratus, au-ſu temerario ſibi dudum commiſſum audebit in poſte-rum attractare miniſterium, etiam ab Eccleſia ex canone Apoſtolorum erit abſcindendus.

## DE SACERDOTIBVS IN INFERIORI GRADU CONSTITUTIS.

### TITVLVS XXI.

*Sacerdotes inferioris gradus, ſunt Presbyteri: nec ſufficit aliquid obiter tractatum eſſe. h.d.*

NVnc deſcendamus ad ſacerdotes in inferiori gradu conſtitutos: ſubſequenter poſtea de iis dicturi, qui licet ſacerdotes non ſint, in ſacris tamen conſtituti reperiuntur: ac demum de his, qui circa humiliora in domo Dei neceſſarium miniſterium exhi-bent, qui in minoribus ordinibus dicuntur conſtituti: de quibus omnibus, ſi quid ſuperiùs locuti fuimus, obi-ter potiùs quàm ex profeſſo locuti fuimus. Inferiores ſa-cerdotes ſunt Presbyteri.

*Sacerdotum in duas claſſes diviſio, ſumpſit originem tam à teſta-mento veteri, quàm novo. h.d.*

ET *a* non ineleganter ſacerdotes in duos ordines di-ſtributi eſſe videntur: Hæc enim diſcretio, tam in veteri teſtamento à Deo per Moyſen ſumpſit exordium, qui ex præceptis Domini Aaron in ſummum Pontificem, filios verò ejus inunxit in minores ſacerdotes: quam etiam in novo ab ipſo Chriſto, qui duodecim Apoſtolos tanquam majores ſacerdotes, ſeptuaginta duos quaſi minores inſtituit: Petrum verò quaſi ſummum ſacer-dotem elegit, dum ei præ omnibus & pro omnibus cla-ves regni cœlorum tribuit.

*Presbyteri & Epiſcopi olim erant iidem: ſed in remedium ſchiſ-matis, de Presbyteris unus electus eſt qui Epiſcopus dicitur. h.d.*

PResbyterum *b* autem & Epiſcopum ſunt qui eundem olim extitiſſe affirment, & aliud ætatis, aliud dignita-tis fuiſſe nomen. Sed cùm multi in ſingulis Eccleſiis Pres-byteri conſtituti eſſent, in remedium ſchiſmatis ſta-tum eſſe, ut per illos unus eligeretur, qui cæteris eſſet præponendus: electum autem Epiſcopi retinuiſſe nomen, eligentes Presbyterorum: quorum erga Epiſcopos aliquid adeò crevit honor, ut illis tanquam filii coeperint obedi-re, nec jam pro ſacerdotibus habeantur, qui ſub nullius Epiſcopi diſciplina & providentia gubernantur.

*Presbyter appellatur potius à prudentia, quam ab annis. h.d.*

PResbyteri *d* verò nomen, quamquam à ſenectute ſit ſumptum, magis tamen ſapientiæ indicat maturita-tem, quàm corporis canitiem.

*Quæ ſit Presbyterorum poteſtas, & authoritas. h.d.*

EPiſcopi *e* igitur ac Presbyteri non penitùs eſt aſſi-milis circa ſacra miniſteriorum diſpenſatio: illorum enim, quæ gerere poteſt Epiſcopus, quædam Presbyter ſuo jure, quædam illius permiſſione exequitur, quædam verò nullo pacto poteſt attingere. Proprio jure Presby-ter, Dominici corporis *f* ac ſanguinis conſecrationem, etiam Epiſcopo præſente celebrat, infantes baptizat *g*, ſanctificato oleo inungit, benedicit, & de occultis peccatis pœnitentes, vel in extremis agentes ad gratiam reconciliationis admittendi poteſtatem habet. E-piſcopo permittente *h*, aut ultima cogente neceſſitate

a *C. quidam cedendi. extr. eod. tit.* b *C. 2. §. actualis. de pœ-nis. in 6.* c *d. ca. 2. §. verbalis. de pœnis. in 6.* d *d. cap. 2.* e *Canon. ſi quis tumidus. 15. quæſt. 7.* f *Canon. ſi autem, in fin. d. 15. q. 7.* g *Canon. 1. de hæret. in 6.* h *Canon. novimus. extr. de verbor. ſignificat.*

a *Diſt. 21. in ſumm. & per totum.* b *Can. 1. §. unde & ap-21. diſtinct.* c *Can. olim idem. diſtinct. 95. & can. legimus. diſt.* e *Canon. quæ* d *Canon. quiſquis. §. Presbyteros. diſtinct. 24.* e *Canon. 1. §. ad Presby-vis. diſtinct. 68.* f *d. canon. quamvis. & canon. 1. §. ad Presby-ter. 25. diſtinction.* g *Canon. conſtat baptiſma. de conſecrat. di-ſtinct. 4.* h *Canon. 1. & ſeq. 26. quæſt. 6. & canon. Presbyt. ſit de conſecr. diſt. 4.*

& baptizatos ſacro linire chriſmate, & virgines Deo dicare, Presbyteris conceditur. Eccleſias verò erigere, conſecrare, reconciliare, ſacrum chriſma conficere, Clericos ordinare, excommunicare, pœnitentes publicè reconciliare, ſolis Epiſcopis reſervatur *a*.

## DE IIS, QVI IN SACRIS SVNT CONSTITUTI.

### TITVLVS XXII.

*In ſacris conſtituti ſunt Diaconi, & Subdiaconi: & Diaconi debent Epiſcopum cuſtodire, ſacerdotibus celebrantibus aſſiſtere, novum teſtamentum prædicare: Euchariſtiam verò præſente Epiſcopo vel Presbytero, populo erogare non poſſunt. h. d.*

SIcut autem Epiſcopis Presbyteri, ita etiam *b* utriſque debent obedientiam Diaconi: ad quos Epiſcopum prædicantem ab inſidiis cuſtodire pertinet, ne aut ipſæ quoquo modo lædatur, aut divina verba per detractatores polluantur. Sacerdotibus quoque celebrantibus *c* in omnibus aſſiſtent, Evangelium ad populum prædicabunt. Sed nec baptizare *d* præſente Epiſcopo, aut Presbytero, nec Dominici corporis Euchariſtiam populo erogare audere debent, niſi prædictis omnibus longiùs fortaſſe conſtitutis, neceſſitas ad id extrema eos compellat.

*Primitiva Eccleſia non habuit Subdiaconos, & apud antiquos Subdiaconatus non reponebatur inter ſacros ordines: ſed poſtea & is ordo inter ſacros cœptus eſt haberi: & Subdiaconus poteſt eligi in Epiſcopum. h. d.*

SVdiaconos *e* licet & Eccleſia primitiva legatur habuiſſe, talis tamen ordo apud antiquos inter ſacros non annumerabatur: paulatim tamen poſt aliquot temporum curricula cœptus eſt & ſubdiaconatus inter ſacros ordines reponi, eiſque ad ſimilitudinem tam Presbyterorum, quàm Diaconorum continentia *f* fuit imperata. Cumque à multis, an in Epiſcopum Subdiaconus eligi valeret, hæſitaretur, noviſſimè *g* poſt Vrbanum Innocentii proceſſit conſtitutio, quæ, ut is quoque in Epiſcopum liberè eligi valeat, declaravit ac ſtatuit.

*Circa quæ verſetur officium Subdiaconi. h. d.*

DIaconum *h* igitur Subdiaconus ſubſequitur: ad quem calicem & patinam ad altare deferre pertinet, & levitis tradere, eisque miniſtrare. Vrceolum quoque, & aquam, mantile, & manutergium tenere, Epiſcopo, Presbyteris, & Levitis pro lavandis ante altare manibus aquam præbere.

*Subdiaconus poteſt quis ordinari in decimo octavo anno, Diaconus in vigeſimo, Presbyter in vigeſimoquinto. h. d.*

SIcut autem Subdiacono minus creditur, quàm Diacono: & Diacono minus, quàm Presbytero committitur: ita ad Subdiaconatum minor ætas, quàm ad Diaconatum, & ad Diaconatum minor, quàm ad presbyteratum ſuffragatur. Poterit igitur hodie *i* quis, niſi aliud Canonicum obſiſtat impedimentum, decimooctavo natus anno ad primum ſacrum ordinem, vigeſimo ad ſecundum, ad Presbyteratum vigeſimoquinto promoveri.

*Propriè ſacerdotes appellantur qui Euchariſtiam conficiunt, impropriè etiam Diaconus & Subdiaconus.*

DIximus autem Diaconum & Subdiaconum non eſſe ſacerdotes, proprietatem ſermonis attendentes. Propriè *k* enim ſacerdos is eſt appellandus, cui ſacrificium corporis & ſanguinis Dominici in altari conficere permittitur. Cæterùm & ipſi interdum ſacerdotes appellantur, ſed per abuſionem. Vidimus hactenus de iis, qui in majoribus ſunt ordinibus conſtituti: nunc videamus de iis, qui in Eccleſia Dei minoribus ſunt ordinibus inſigniti.

## DE IIS, QVI SVNT IN MINORIBVS ORDINIBUS CONSTITUTI.

### TITVLVS XXIII.

*Minores ordines ſunt Acolythatus, exorciſtatus, lectoratus, & oſtiariatus. hoc dicit.*

SVnt igitur in Eccleſia alii minores ordines, qui ſine ſacramentali unctione, ſola Epiſcopi benedictione, cum quadam vaſorum vel indumentorum diſtributione, præſtantur: ut ſunt, Acolythus, Exorciſta, Lector, Oſtiarius. Acolythus *a* eſt is, ad quem præparatio luminum, & qui cereum (à quo nomen quoque ducit) deferre debet, quique ſuggeſta pro Euchariſtia ſubdiaconis præparat. Exorciſta *b* is eſt, qui exorciſmos memoriter retinere debet, manusque ſuper energumenos & catechumenos in exorcizando imponere. Lector *c* autem is appellatur, qui lectiones debet pronunciare, & ea, quæ Prophetæ vaticinati ſunt, populis prædicare. Ad Oſtiarium *d* pertinent claves Eccleſiæ, ut claudat & aperiat templum Dei, & omnia quæ ſunt intus extraque, cuſtodiat, fideles recipiat, excommunicatos & infideles provido Iudicio repellat.

*Pſalmiſtatus eſt minor ordo, & poteſt conferri à ſolo presbytero. hoc dicit.*

EST & pſalmiſta, id eſt, Cantor, qui abſque ſcientia Epiſcopi *e*, presbytero ſolùm jubente, officium ſuſcipit cantandi: qui & ipſe, licet apud antiquos dubitatum fuerit, inter minores ordines cœptus eſt annumerari *f*.

*Conſtituti in majoribus ordinibus nullo pacto matrimonium contrahere poſſunt, ſed conſtituti in minoribus poſſunt: ſed ſi contrahant, privantur beneficiis & dignitatibus Eccleſiaſticis. h. d.*

HOrum autem & ſacrorum valdè diſpar eſt conditio: ſiquidem illis ita eſt continentia imperata *g*, ut nunquam ad matrimonium aſpirare valeant: his autem, ſi ad ſuperiores ordines provehi noluerint, matrimonium contrahere minimè interdicitur: ſed eo caſu non ſolùm ad ſacros ordines, & Eccleſiaſticas dignitates, & adminiſtrationes admittendi non ſunt: ſed etiam *h* beneficiis, quæcunque fortè habuerint, privandi erunt: nam nec ea ſine pravo exemplo poſſunt & gravi ſcandalo retinere *i*: & tales bona Eccleſiaſtica dilapidare ſolent. Hucuſque ſingulariter tam de majoribus ordinibus quàm de minoribus breviter tractatum fuit: exponamus nunc aliqua, quæ tam majorum ordinum, quàm minorum, ſunt communia.

## COMMVNIA TAM MAIORVM, QVAM MINORUM ORDINUM.

### TITVLVS XXIV.

*Minores debent Majoribus exhibere reverentiam, majores verò minoribus amorem & charitatem. h. d.*

IN primis admonendi ſunt ii, qui minori ſub ordine cōſtituti ſunt & officio, ut iis, qui aut ordine præcellunt, aut officio, reverentiā & obedientiam *k* exhibeant, nec per temeritatē alter alterius partes ſibi vindicet. Majores quoq; meminerint, ſe majores eſſe, nō dominos: & ob id inferioribus non tanquā ſubditis dominantur, ſed

---

a *d. can. quamvis. diſtin. 61. & can. 1. verſ. ad Epiſcopum. 25. diſtinct.* b *Can. Diaconi ſeptem. §. ut igitur. diſt. 93. & can. ſeq.* c *Can. 1. verſ. ad Diaconum. diſt. 25.* d *Can. conſtat baptiſma. de conſecrat. diſtinct. 4.* e *C. à multis. extr. de ætate & qualit.* f *Can. 1. diſtinct. 28.* g *d. c. à multis. extrà. de ætate & qualit.* h *Can. 1. verſ. ad Subdiac. diſt. 25.* i *Clem. fin. de ætat. & qualit.* k *Can. 1, verſ. ſacerdos. diſt. 21.*

a *Can. 1. §. ad acol. diſtin. 25.* b *d. can. 1. §. ad exorciſtam.* c *d. can. 1. §. ad lectorem.* d *d. canon. 1. §. ad oſtiarium.* e *can. Pſalmiſta. diſt. 23.* f *gl. in verſ. Pſalmiſta. can. 1. 21. diſ. & can. 1. verſ. ad Pſalmiſt. 25. diſtinct.* g *diſtinct. 26. & 32. per totum.* h *Ca. 1. c. quod ad. & ca. diverſis. ext. de cler. conjug.* i *C. cum decorem. extr. de cleric. conjug.* k *Can. à ſubdiacono. diſtinct. 93. gl. 2. c. ad aures. extr. de temp. ordin.*

quaſi clericos honorent, & diligant: & tales ſint, qui non ſolùm præſint, verùm etiam proſint.

*Ordinatores debent inſtruere ordinandos in divinis. h.d.*

ITem ſub gravis ultionis comminatione ex ordinatione generalis Concilii debent Epiſcopi promovendos in ſacerdotes per ſeipſos, vel alios idoneos viros ſuper divinis officiis, Eccleſiaſticisq; ſacramentis diligenter inſtruere, & informare. Sanctius *a* enim (inquit) eſt paucos bonos, quàm multos malos habere miniſtros: quia, ſi cæcus cæcum ducat, ambo in foveam dilabentur.

*Ordinationem præcedere debet diligens ſcrutinium. h.d.*

PRæcedet autem ordinationem diligens ſcrutinium *b*, nec niſi qui *c* tam verbo fidei, quàm rectæ converſationis exemplo, Epiſcoporum vel populari teſtimonio probantur, ad ordines admittendi erunt. Ordinaturus *d* itaque accipiat ſecum divinæ legis peritos ſacerdotes, & in Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatos, qui ordinandorum genus, patriam, ætatem, locum ubi ordinati ſunt, ſi literas callent, ſi inſtructi in lege Dei, & ante omnia diligenter inveſtigent, ſi fidem Catholicam diligenter teneant.

*Examen debet præcedere collationem beneficiorum. h.d.*

QVòd *e* & in beneficiorum collationibus obſervandum erit: qui enim beneficiis Eccleſiaſticis præficiendi fuerint, à ſuo priùs Archidiacono examinari debent, & per ipſum poſtmodum Epiſcopo præſentari.

*Tam ſimoniacè ordinatus, quàm ordinans, ſunt puniendi. h.d.*

IPſi *f* verò quibus talis cura committitur, cavere debent, ne ad cujuſquam gratia, aut cujuſcunq; muneris cupiditate illecti, à vero devient, ut indignum, & minùs idoneum, aut non examinatum ad ſacros gradus ſuſcipiendos Epiſcopo præſentet. Quòd ſi aliter fecerint, & qui indignè acceſſerit, ab altari removebitur, & qui donum Sancti Spiritus vendere conati ſunt, coram Deo jam condemnati, Eccleſiaſtica dignitate carebunt.

*Quæ tempora in ordinationibus ſervari debent. h.d.*

IGitur *g* per tres continuos dies diligenter examinentur, & demũ ſabbatho, qui probati ſunt, Epiſcopo præſententur: Qui tamen ſecundùm diverſitatem ordinum, temporis quoq; ſervabit diverſitatem: non enim *h* omnes ordines quibuſlibet temporibus conferri poſſunt: nam Dominicis & aliis feſtivis diebus unum, aut duos ad minores licebit promovere, ſed ad Subdiaconatum, niſi in quatuor temporibus, & una & altera ſtatuta die, nulli Epiſcoporum, præterquam Romano Pontifi. licet aliquos ordinare, nec alicujus loci contraria eſt admittenda conſuetudo. Quòd ſi *i* fortè ſecus factum fuerit, ordinans quidem poteſtate privandus eſt ordinandi; & ordinatus cùm characterem *k* minimè dubitetur recepiſſe, pœnitentia tantùm prævia in ſuſceptis ordinibus miniſtris ſuſtinendus erit.

*Nec uno, nec duobus diebus continuato jejunio duo ſacri ordines conferri poſſunt. h.d.*

SEd *l* nec uno die, nec duobus continuato jejunio ad duos quis poteſt ſacros ordines promoveri, arbitrariè ordinanti ſuſpenſionis imminente pœna.

*Minores ordines omnes ſimul conferre poſſunt. h.d.*

DIverſum *m* ſtatuitur de minoribus, qui omnes vel unica die conferri poſſunt.

*Cum promoto per ſaltum, poteſt, prætermiſſo ordine repetito, diſpenſari. hoc dicit.*

a *Can. tales. diſtinct. 23.* b *Extr. de ſcrutinio in ord. facien.* c *Canon. 2. & canon. Epiſcopi. diſtinct. 24.* d *Canon. quando Epiſcopus. d. diſtinct. 24.* e *Canon. ad hæc nos. verſ. & hoc idem. ex de offic. Archid.* f *Can. quando Epiſcopus. §. ipſi autem. diſtinct. 24.* g *d. canon. quando Epiſcopus. §. igitur.* h *Ca. 1, 2, & 3. extr. de temp. ordin.* i *C. dilectus filius. extr. de temp. ord.* k *Ca pen. eod. titul.* l *Ca. literas, extra, de temp. ord.* m *De eod. eut. de temp. ord.*

PEr *a* ſaltum verò ſi promotus fuerit quis ſolenniter ordine prætermiſſo repetito, ex miſericordia miniſtrare permittendus erit.

*Promotus ad ſacros ordines furtivè contra prohibitionem prælati non poteſt fieri ſacerdos, niſi priùs fuerit monaſterium ingreſſus: ſecus ſi non contra prohibitionem, quia tunc poteſt Epiſcopus pro arbitrio diſpenſare, & qui non ordinatus ſe miſcuit divinis, nunquam poterit ordinari. h.d.*

QVòd ſi *b* furtivè ad ſacros ordines quis irrepſerit, diſpiciendum erit, an prælati ſub anathemate præceſſerit interminatio: tunc enim nulla ratione ad ſacerdotalem poterit ordinem promoveri, niſi regulari habitu ſuſcepto laudabilem aliquandiu duxerit vitam, quo caſu ſecum miſericorditer diſpenſari poterit: alioquin nulla præcedente inhibitione, condigna ſatisfactione impoſita, pro ſuo arbitrio cum illo poterit Epiſcopus diſpenſare. Quòd ſi is, qui nullum adhuc penitùs attigit ordinem *c*, divinum aliquod officium exercuerit, & ab Eccleſia erit abjiciendus, & nunquam ordinandus.

*Qui nondum baptizatus ordinatus eſt, debet baptizari, & rurſus ordinari. h.d.*

DE *d* eo qui non baptizatus ordines ſuſceperit, valdè dubitatum eſt: de quo poſt multam tandem diſcuſſionem obtentum & conſtitutum fuit, ut baptizetur, atq; iterum ordinetur: & meritò: cùm enim baptiſmus omnium ſacramentorum janua ſit & fundamentum, ſuperædificari non potuit, ubi fundamentum defuit.

*Sacros ordines tantum Epiſcopus confert, minores interdum & alii: & Epiſcopus qui loco, non dignitati renunciavit, ſacros ordines conferre poteſt: ſecùs, ſi etiam dignitati, quia tunc ſolùm minores confert. h.d.*

ILlud poſtremò omittendum non eſt, quòd inter minores & ſacros ordines illa eſt differentia, quia majores ab Epiſcopis, minores verò etiam ab aliis quandoq; conferuntur. Vnde de eo quæſitum eſt *f*, qui Epiſcopatui renunciaſſet, an & quales ordines conferre poſſet? in qua ſpecie obtinuit diſtinctio, ut ſi quidem loco tantùm quis renunciaſſet, eos quos ante renunciationem poterat, rogatus conferre poſſit. Quòd ſi non ſolùm loco, verùm etiam dignitati renunciavit, minores tantùm quos ab eo recipere, & in illis deſervire, & ad majores, ſi ſe peritum idoneus, poterit promoveri. Sane ſi ab eodem ſacros ordines ſcienter quis receperit, quia indignum ſe fecit, officii non habebit executionem: ubi autem non ſcienter (niſi craſſa & ſupina fuerit ignorantia) diſcretus Pontifex diſpenſare poterit.

## QVI PROMOVERI NON POSSVNT.

### TITVLVS XXI.

*Ponit quatuor cauſas ſive reſpectus ob quos prohibentur homines ordinari. h.d.*

QVoniam verò præcaveri debet, quod vel infirmari, vel vituperari poteſt: ſciendum eſt, quoſdam eſſe qui non ſunt ad Eccleſiaſticos ordines admittendi, quod fieri contingit quatuor ex cauſis: aut enim quis promoveri impeditur ratione ſubjectionis, aut ratione delicti jam patrati, aut ſuſpicione futuri lapſus, aut ob corporis læſionem.

*Servus & libertus mox poſſunt ordinari, & ſervus ordinatus ſciente domino fit ex hoc liber & ingenuus. h.d.*

RAtione ſubjectionis *g* promoveri impediuntur ſervi: eos enim, niſi à dominis libertatem conſecuti fuerint, nullo debet ordine Epiſcopus inſignire: liberè enim eſſe debet, qui divinæ aggregandus eſt militiæ. Quare propter non ſolùm ſervi, ſed nec qui retento obſequi

a *C. 1 diſt. 52. & c. uni. de cleric. per ſalt. prom.* b *Cap. 1. & ſeq. extr. de eo qui fur. ordin. ſuſcep.* c *Cap. 1. & ſeq. extr. de Presbyter. non bapt. cler. non ord. miniſtran.* d *Can. 1. extr. de Presbyter. non bapt.* e *Gloſſ. 2. d. c. 1.* f *C. 1. extr. de ord. ab Epiſc.* g *Ca. 1. & ſeq. extr. de ſervis non ordin.*

mana

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

manumiſſi ſunt, cùm adhuc ſervitutem quandam ſervire videantur, ſunt ad clericatus ordinem promovendi: quòd ſi contrà factũ fuerit, tam ordinantis, quàm ejus qui ſacro præcinctus eſt cingulo, Canonicis pœnis coërcenda eſt audacia. Si tamen ſervus ſciente domino fuerit ordinatus, ex hoc liber erit & ingenuus.

*Manumiſſus ab Eccleſia, ut eidem ſerviat in divinis, non poteſt ſe transferre ad aliam Eccleſiam: ſecus ſi ſimpliciter fuerit manumiſſus. h.d.*

QVòd ſi *a* quis Eccleſiæ ſervili conditione obnoxius, ab eadem manumittatur, ut inſignitus ordine clericali in ea perpetuò ſerviat in divinis, liber factus & ordinatus, ad aliam ſe transferre non poterit: ſed ſi abſolutè manumiſſus fuerit, ad aliam tranſeundi non erit licentia deneganda.

*Monachi non ordinantur, niſi de licentia Abbatis.*

MOnachi *b* quoque, niſi de ſui fuerint Abbatis voluntate præpoſiti, ad eccleſiaſtica non ſunt officia promovendi.

*Licentia conceſſa à ſuperiore religioſo, ut poſſit conſentire proviſioni de ſe factæ, non valet. h.d.*

STrictiùs *c* adhuc agitur cum religioſis, non ſolùm circa ordines, ſed etiam circa electionem, vel proviſionem quamlibet: ſi cui enim à ſuperiore ſuo licentia concedatur, ut electioni, vel proviſioni, ſi quam de ipſo fieri contigerit, ſuum accommodare poſſit conſenſum, quia ambitionis vitio viam parat talis licentia, nullius firmitatis exiſtet.

*Non poteſt quis ab extraneo Epiſcopo ordinari, niſi de licentia ſui ordinarii: quam concedere poterit etiam vicarius & capitulum, ſi ſedes vacet, vel qui adminiſtrat. h.d.*

PAri *d* ratiòne conſtitutum eſt, ne quis alienæ diœceſis virum præter proprii ſuperioris licentiam ordinare audeat: quam tamen Epiſcopo in remotis agente, dare poterit ipſius in ſpiritualibus Vicarius generalis, vel ſede vacante Capitulum, ſeu is ad quem tunc temporis adminiſtratio ſpiritualium noſcitur pertinere.

*Itali Epiſcopi non debent ordinare Ultramontanum, niſi de licentia Papæ, vel ſui ordinarii. h.d.*

ET *e* hoc quidem non ſolùm obtinet Italis ordinari flagitantibus, verùm etiam exteris. Etenim illos nullus Italicus Epiſcopus ordinare debet, niſi vel à ſummo Pontifice ſpecialem habeat licentiam: vel ab Epiſcopo, de cujus diœceſi traxerit originem ordinandus, vel in cujus diœceſi beneficiatus exiſtit, per ejus patentes literas cauſam rationabilem continentes, quare ipſum nolit vel nequeat ordinare: & ii qui contravenerint, cenſuris canonicis coërcentur, prout latiùs ex Clementis IV. conſtitutione apparet.

*Homicida voluntarius non poteſt promoveri, & promotus eſt deponendus: ſecus de neceſſario. h.d.*

PAtrati delicti ratione qui ordinari prohibetur, ut cùm homicidium, aut aliud capitale crimen *f* facto, aut præcepto, aut conſilio perpetraverit: & per ſurreptionem promotus, dejiciendus erit, dicente Domino, *Si quis per induſtriam* g *aut per inſidias hominem occiderit, ab altari meo evelles eum.* De eo itaque homicida intelligendum eſt, qui voluntate committit homicidium. Cæterùm ſi qui neceſſitate maxima arctati, effugere nullo pacto valentes, homicidium admiſerint, nullam ex hoc irregularitatem incurrunt.

*Fortuitum homicidium commiſſum, dum dabatur opera rei illicitæ, impedit quem promoveri. h.d.*

QVòd ſi neque voluntarium fuerit, neque neceſſarium, ſed fortuitum, diſtinguendum eſt, num is cujus occaſione perpetratum fuerit, illicitæ rei daret operam, an licitæ. Si illicitæ rei *a* dans operam, utputa, vetito ludo incumbens, caſu homicidium perpetraverit, vel bello etiam contra infideles ſeſe immiſcens, volens Chriſtiani nominis hoſtem interfecerit, nec *b* ad ſacros ordines promovendus eſt, & promotus non ſolùm ad ſuperiores aſcendere prohibendus eſt, verùm etiam in ſuo miniſtrare: planè *c* ex diſpenſatione in inferiore miniſtrare ſuſtinendus erit.

*Si dans operam rei licitæ, ex negligentia homicidium commiſit, irregularitatem incurrit: ſecùs, ſi non ex negligentia, ſed mero caſu. h.d.*

SEd *d* & ſi licitæ rei opera dabatur, nec tamen debitam quis operi ſuo adhibuit diligentiam, ex quo homicidium ſequutum eſt, ab omni miniſterio altaris excludendus erit: quod in eo reſponſum eſt, qui puerum *e* intuitu diſciplinæ ita percuſſit, ut ex percuſſione expiraverit, vel ex ea in aliam infirmitatem incidit, ex qua compertum fuit expiraſſe. Præceptoris enim nimia ſævitia culpæ aſſignatur. Diverſum ſtatuitur, ſi nulla culpa ſubſit: ut in eo accidit, quo campanas *f* pulſante, ut ſigno dato conveniret populus ad divina, tintinabulum, cadens, ita ſubjectum puerum percuſſit, ut ex vulnere deceſſerit: nam cùm is culpæ penitùs expers fuerit, nullam incurriſſe noſcitur irregularitatem, etiamſi de homicidio veniam poſtulaverit. Bonarum enim mentium eſt ibi etiam culpas agnoſcere, ubi culpa non eſt.

*Infantes, furioſi, dormientes ex commiſſo homicidio non incurrunt irregularitatem. h.d.*

IDem *g* conſtitutum eſt de infantibus, furioſis, & de dormientibus, qui ſi hominem mutilent, vel occidant, nullam ex hoc irregularitatem contrahunt.

*Clerici facientes querelam de ſuis malefactoribus, non fiant irregulares, etiamſi Iudex mortem illis inferat. h.d.*

IDem & de clericis *h* qui de injuriis ſibi illatis apud Iudicem conqueruntur, protoſtantes quòd ad vindictam, ſeu ſanguinis pœnam non intendunt. Nam ſi Iudex Iuſtitia exigente mortem delinquentibus inferat, accuſatoribus imputari non debet: alioqui ſi propter hujuſmodi metum, quia ſcilicet Iudex ad pœnam ſanguinis poſſet procedere, ſi conqueri non auderent, daretur pleriſque materia trucidandi eos, & ipſorum bona paſſim invadendi.

*Publicè pœnitentes non poſſunt promoveri, poſſunt tamen ex neceſſitate deputari in aliquo minorum ordinum. h.d.*

POEnitentes *i* quoque tam ad ſacros ordines, quàm etiam infimos promoveri non debent: quod utique non de omni pœnitente intelligendum eſt, ſed de eo tantùm, quem publicè ac ſolenniter pœnituit: quæ pœnitentia ſemel tantùm in eccleſia conceditur *k*. Placuit tamen Toletano Concilio *l*, ſi neceſſitas aut uſus exegerit, inter oſtiarios, vel lectores hujuſmodi pœnitentes poſſe collocari.

*Qui exercuerunt officia ſecularia, ſi honeſti ſunt, poſt reddita ratiocinia poſſunt ordinari: ſecus eſt de uſurariis. h.d.*

IIs *m* illi ſimiles ſunt, qui negotiis & officiis ſecularibus ſerviunt: quorum tamen vita ſi poſt depoſita onera, & reddita ratiocinia deprehenſa fuerit inculpata, omnibus poſſunt muneribus honeſtari. Quòd ſi quis uſuras *n*, dum negotiaretur, exercuiſſe compertus fuerit, non ſolùm ordinandus non eſt, verùm etiam ordina-

a *C. eò libentiùs. extr. de ſer. non ordin.* b *canon. 1. diſt. 58. c. ad aures. extrà, de temp. ordin.* c *cle. ſi. de elect.* d *c. 2. & ſeq. de tem. ord. in 6.* e *cap. 1. de temp. ord. in 6.* f *can. ſi quis viduam. 50. di. & per totum. & extr. de homicid.* g *c. 1. extr. de homic.*

a *Ca. continebatur. extrà, de homic.* b *can. clericum qui. & canon. ſeq. diſt. 50.* c *d. ca. continebatur. in fin.* d *c. continebatur. extrà, de homicid.* e *can. Presbyterum, extrà, de homicid.* f *c. Ioannes ſacerdos. d. tit. de homicid.* g *Clem. I. de homicid.* h *ca. 2. de homicid. in 6.* i *canon. canones apud. diſt. 50.* k *can. ſi quis poſt. §. poteſt. d. diſt. 50.* l *can. placuit. d. diſt. 50.* m *c. uni. extrà, de obligation. ad ration. ordin. vel non.* n *canon. 2. diſt. 33.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtus deponendus *a*. Mens enim avida, nec abſtinere novit vetitis, nec gaudere conceſſis. *b*

*Simoniaci, ſeditioſi, & injuriarũ ultores ordinari non poſſunt. h.d.*

IDem ſtatuendum eſt de eo, qui quaſi dona Dei emptu-rus, pecuniam ad imitationem Simonis *c* obtulerit. Idem & de ſeditioſis *d*, & his qui propriarum injuria-rum pertinaces fuerint ultores.

*Fur occultus poteſt poſt reſtitutionem & pœnitentiam ad ſacros ordines promoveri. h.d.*

DE *e* fure, an ad ſacros ordines promoveri poſſit, quæri poteſt: & ſi quidem ſpontè furtum confeſſus, damnũ paſſo ſatisfecerit, & pœnitentiam peregerit, ſi alioqui idoneus fuerit, nec ſuper furto manifeſta reſperſus ſit infamia, ad ſacros ordines proculdubio promoveri poterit.

*Baptizatus in ægritudine non debet ordinari regulariter, & rebaptizati nunquam ordinantur. h.d.*

SEd etſi nullum quis delictum perpetraſſe deprehendatur, quod illum à ſacris excludere valeat miniſteriis, adhuc tamen ſi vel de fide ejus, vel continentia ſuſpicio ſit, promovendus non erit. Vt ecce, ſi quis in ægritudine *f* conſtitutus, baptizatus fuerit, quia fides ejus non ex voluntate, ſed neceſſitate videtur eſſe, Presbyter ordinari non debet: niſi fortè poſtea ipſius ſtudium & fides emicuerit, aut hominum raritas hoc exegerit. Scienter autem rebaptizatis *g*, ut ad clericatus gradum promoveantur, permittendum non erit.

*Filii Presbyterorum non poſſunt ordinari, niſi fiant regulares vel monachi, vel niſi ſint nati ex legitimo matrimonio, vel ſint valde morati. h.d.*

PResbyterorum *h* quoq; filii à ſacris miniſteriis arcendi ſunt, niſi aut monachi fiant, vel in congregatione Canonica regulariter viventes, religioſè probati fuerint converſari. Sed hoc *i* de iis intelligere nos oportet, ad quos adulterio natos paterna flagitia hæreditaria ſucceſſione deſcendunt: unde ſi vel ex legitimo nati ſunt matrimonio *k*, vel morum honeſtas eos commendabiles fecerit exemplis & authoritatibus non ſolùm ſacerdotes fieri poſſunt, ſed etiam ſummi ſacerdotes.

*Bigamus, & qui uxorem duxit viduam, ejectam, vel meretricem, ordinari non poſſunt. h.d.*

ITem *l* repellendi ſunt, bigamus, & qui viduam, vel ejectam, vel meretricem, vel ancillam uxorem duxerit. Vidua eſt, cujus cognitæ maritus mortuus eſt: Vnde *m* is qui ab alio quidem ductam, ſed minimè cognitam duxit uxorem, propter hoc impediri non debet, quin poſſit ad ſacerdotium promoveri, cùm neuter carnem ſuam diviſerit in plures. Ejecta eſt, quæ vivente marito ejicitur. Meretrix, quæ multorum libidini paret, & cujus turpitudo publicè venalis eſt. Quod non de iis intelligendum eſt, qui tales adhuc uxores retinent (nam in iis alia ratio eſt: quia ſcilicet conjugati non poſſunt in ſacris eſſe conſtituti) ſed de iis quorum uxores defunctæ ſunt.

*Bigamus eſt, qui duas duxit uxores, & qui ſecundas nuptias tantùm de facto contraxit, reputatur bigamus. Item, ſi cum vidua de facto contraxit. h.d.*

EST autem bigamus *n*, qui duas habuit uxores, ſive baptizatus ambas, ſive etiam ante baptiſmum, alteram. Si *o* quis tamen laicus primam duxerit, in ſacris conſtitutus alteram, an ſit inter bigamos reputandus, hæſitatum eſt. Ex facto autem reſponſum eſt, hunc quidem nec bigamum eſſe, nec maritum viduæ: quia tamen, quantum in ipſo fuit, ſecundas nuptias contraxit, & viduam duxit, tanquam de bigamo fore conſtituendum.

*Fornicatus cum pluribus concubinis, non incurrit irregularitatem bigamiæ. h.d.*

ALiud Iuris eſt de concubinis *a*, quas ſi plures quis habuerit, irregularitatem bigamiæ non incurrit, ſed cum eo tanquam ſimpliciter fornicatus ſit, quoad executionem ſacerdotalis officii, diſpenſari poterit.

*Corpore vitiatus, niſi modica ſit læſio, ordinari non poteſt. h.d.*

CAvenda ſunt autem iis, qui Eccleſiaſticis mancipandi ſunt officiis, non ſolùm animi, verùm etiam corporis vitia. Vnde aliqua parte *b* læſi ad ſacerdotium aſcendere non valent. Hoc tamen tunc obtinet, cum evidens & notabilis eſt læſio: cæterùm, ſi modica ſit *c*, utputa qui exiguam partem digiti, vel unguem nolentes amiſerint, ita ut ſine ſcandalo poſſint celebrare, à ſacerdotio repellendi non erunt.

*Abſciſſi ex neceſſitate promoveri poſſunt: ſecus, ſi ex voluntate. h.d.*

IDem Iuris eſt *d* de eo, cui vel vi, vel in cunabulis, vel de medicorum conſilio metu imminentis periculi virilia fuerint amputata: quòd ſi volentes, & carnali vitio repugnare fortè cupientes, ſeipſos abſciderint, quia ſui homicidæ ſunt, ad clerum pervenire non poſſunt *e*. Corpore enim vitiati, non caſu, ſed propria voluntate ſunt intelligendi *f*: & ſicut in illis veniam caſus impetrat, ita vindictam in iis voluntas poſtulat.

*Oculo privatus indiſtinctè promoveri non poteſt, licet retineat dignitates: ſecus ſi poſtea talis privatio contingat.*

HÆc autem diſtinctio non in omnibus membris ſibi locum vendicat. Cui enim oculum *g* abſtulit caſus, licet voluntas deſit, ſacerdotium tamen conſequi non poteſt. Cæterùm ſi ſacerdotali in ordine conſtituto tale quid acciderit, quod olim integer acceperit, non admittit.

*Olim furioſus, vel aliter vexatus, non poteſt ordinari. Clerici qui aliquando fuerunt dæmoniaci, non poſſunt ad ulteriores ordines promoveri. h.d.*

IS *h* quoque qui in furorem aliquando verſus inſaniit, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferatur, aut quod propè furorem accidit, in ſcena luſerit, vel obſeſſione diabolica vexatus fuerit, ordinari non poteſt. Clerici etiam *i*, qui in adoleſcentia à dæmonibus cognoſcuntur obſeſſi, ad ſuperiorem gradum aſcendere non poſſunt.

## DE PRÆBENDIS, ET ALIIS BENEFICIIS.

## TITVLVS XXII.

*Connexa & dependentia ſunt ſimul tractanda. h.d.*

POſt hæc videamus de præbendis, & illarum conceſſione: quæ pars Iuris extra propoſitam quidem materiam fortaſſe videri poterit: loquimur enim in præſenti de jure perſonarum. Sed cùm ſuprà de dignitatibus Eccleſiaſticis, quibus præbendæ videntur annexæ, locuti fuerimus, non ſine cauſa, ſequenti loco poſita eſt hæc Iuris materia tractari.

*Qui in altari laborat, de altari debet & vivere. h.d.*

PRæbenda nihil eſt aliud, quàm Ius percipiendi proventus Eccleſiaſticos, tanquam uni de collegio competens, & ex canonica procedens. Cùm enim, ut lex divina præcipit *k*, qui altari ſervit, de altari debeat & vivere: dignum eſt, ut qui divinis aſcribuntur obſequiis, Eccleſiæ ſubſtententur ſtipendiis. Et ideò inſtitutum olim fuerat *l*, ut ordinationes eorũ, qui ſine certo titulo

a *Can. ſi quis clericorum. diſt. 47.* b *Ca. virum. in fi. diſt. 47.* c *Ca. 2. in fi. di. 33. & 1. q. 1. per totum.* d *Ca. ſeditionarios. di. 46.* e *Ca. ex literis. extr. de furt.* f *Ca. 1. & ſeq. diſt. 57.* g *Ca. confirmandum eſt. in fi. diſt. 50.* h *Ca. 1. diſt. 56. & ca. 1. extra, de fil. presbyt.* i *d. can. 1. §. ſed hoc. diſt. 56.* k *Ca. ad hæc. extr. de filiis presb.* l *Ca. pœnitentibus. & ſeq. & ca. ſi quis viduam. diſt. 33. cap. 1. & 3. per totum tit. ex. de bigam.* m *Ca. debitum. ext. de bigam. in fi.* n *glo. pen. ca. pe. diſtinct. 26.* o *Ca. nuper. & c. fi. extr. de bigam.*

a *C. pe. ext. de biga.* b *diſt. 55. in ſum. & per totum.* c *Ca. cum dilectus & fi. ext. de corpore vit.* d *Can. ſi quis à medicis. cum duobus ſeq. diſ. 55. c. 3. & 6. ext. de corp. vitiat.* e *Can. ſi quis abſciderit. d. diſt. 55.* f *Can. pœnitentis. §. corp. d. diſt. 55.* g *Can. ſi. di. 55.* h *Can. 2. & 3. diſt. 33.* i *Can. clerici. d. diſt. 33.* k *Ca. cum ſecundum. ext. eod. tit.* l *Can. 1. diſt. 70.*

ordinari

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ordinati eſſent, in injuriam ordinantium inanes eſſent. Paulatim tamen benigniùs agi cœptum. Conſtitutũ eſt n. *a* ut, ſi Epiſcopus aliquem ſine certo titulo, unde vitæ neceſſaria percipiat, ordinaverit, tamdiu ipſe aut ejus ſucceſſor, ordinato neceſſaria ſubminiſtret, donec ei in aliqua Eccleſia convenientia clericalis militiæ ſtipendia aſſignentur.

*Mandatum ſuſcipiens de ordinib. conferendis certis perſonis, non tenetur eiſdem providere de beneficio, ſed mandans: ſecus, ſi ſit mandatum generale, vel ordinandi licentiam concedens.*

QVòd ſi Epiſcopus *b* mandato alterius in aliena diœceſi ordines celebret, diſtinguendum eſt, an de certis perſonis mandatum ſuſceperit, an generale & expreſſo nomine. Primo enim caſu mandans, ſecundo mandatum ſuſcipiens, inopi ordinato vitæ tenebitur neceſſaria miniſtrare. Eis autem quibus à diœceſano datur licentia, ut à quo voluerint Epiſcopo, ad ſacros ordines promoveri poſſint, ad præmiſſa non qui ordinant, ſed qui licentiam tradant, obligantur: niſi *c* tamen ordinatus de paterna hæreditate vitæ poſſit habere ſubſidium.

*Præbendæ conceduntur per collationem, & per inſtitutionem, & ſingulis rebus ſingula ſunt imponenda nomina. h.d.*

COnceduntur autem præbendæ vel beneficia duobus modis: per collationem, & per inſtitutionem. Collatio *d* eſt libera quædam præbendæ conceſſio. Inſtitutio eſt præbendalis juris ad præſentationem patroni facta translatio: quæ licet & ipſa collatio poſſit appellari, commodius tamen eſt in præſenti ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui.

## DE COLLATIONIBVS.
## TITVLVS XXVII.

*Ex tribus capitibus conferuntur præbendæ, & ordinarium collatorem facit lex vel conſuetudo. h.d.*

COnferuntur autem præbendæ vel beneficia aut ab ordinario, aut ex mandato legati ſedis Apoſtolicæ, aut Pontificio reſcripto. Ordinarius collatoris eſt, quem aut conſuetudo approbavit, aut Iuris deſignavit authoritas: ut, Epiſcopus, Capitulum.

*Si Epiſcopus & capitulum habeant poteſtatem conferendi conjunctim, non poteſt unus ſine altero, niſi in uno ſubſit impedimentum, conferre: & ſi Epiſcopus poſſit conferre, tamen de conſilio capituli, etiam quòd ſit impeditus, capitulum non poteſt ſe in collatione intromittere, niſi Epiſcopus ſit negligens in removendo impedimentum: & mortuo vel abſente eo, cujus conſilio interveniente eſt conferendum, non eſt ob id differenda collatio. h.d.*

QVam conferendi poteſtatem Epiſcopus & capitulum interdum habent communiter, interdum disjunctim: ſi communiter *e*, alter ſine altero illam exercere non poterit, niſi vel mortis, vel ſuſpenſionis, vel majoris excommunicationis impedimentum in altero adeſſe contigerit. Cùm *f* verò ad ſolum Epiſcopum cum conſilio ſui capituli, vel aſſenſu, præbendarum ſpectat collatio, eo defuncto, vel ſuſpenſo, niſi Epiſcopus in petenda relaxatione ſuſpenſionis ſit in mora, capitulum ſe non poteſt intromittere. Vbi verò *g* collatio ad aliquem cum conſilio Epiſcopi pertinet, ſi quid illi humanitùs contigerit, non erit ob hoc vacantis beneficii collatio differenda. Idem juris eſt Epiſcopo adeò in remotis agente, ut brevi non poſſit illius haberi præſentia: quia in petendi vel expectandi mora vacanti beneficio poſſet imminere periculum.

*Si Eccleſiaſtes erit vacans per ſex menſes, ad capitulum beneficium devolvitur. h.d.*

EAdem ratione, ubi ad ſolum Epiſcopum ſpectat collatio, ſi per ſex menſes *h* conferre diſtulerit, ad capitulum devolvitur. Ex contrario, ſi ad ſolum capitulum pertinuerit, & infra præſcriptum terminum hoc non fecerit, Epiſcopus cum religioſorum virorum conſilio exequetur: quòd ſi omnes fortè neglexerint, Metropolitanus abſque contradictione diſponit.

*Regularibus prælatis non conferentibus intra ſex menſes, fit devolutio ad ordinarium. h.d.*

IDem ſtatuitur in regularibus prælatis: ſi enim quævis beneficia ad illorum diſpoſitionem ſpectantia intra cõſtitutum tempus conferre negligant, locorum diœceſani in non exemptis propria, in exemptis verò Apoſtolica authoritate eorundem negligentiam juxta præſcriptum in Vienenſi conſilio modum ſupplebunt.

*Tempus devolutionis currit ſolùm non impeditis, & à die notitiæ. h. d.*

TEmpus autem ſex menſium, nec currit legitimè impeditis, & à die notitiæ, non à tempore vacationis erit computandum.

*Devolutio non habet locum in Eccleſia non numerata, vel quando dignitas eſt ſuppreſſa. h.d.*

HÆc *a* autem demum obtinent, ſi in Eccleſia erat diſtinctio præbendarum, & certus Canonicorum numerus. Cæterùm, ſi neque diſtinctæ præbendæ, nec certus ſit Canonicorum numerus, Lateranenſi concilio de beneficiis ultra ſex menſes vacantibus locus non erit. Idem etiam obtinet, ſi per capitulum vacans dignitas legitimè fuerit ſublata.

*Sede vacante capitulum non fungitur vice Epiſcopi in conferendo: & ceſſante cauſa, ceſſat & effectus. h.d.*

LIcet autem ob negligentiam Epiſcopi, conferẽdi poteſtas ad capitulum devolvatur, ſede tamen vacante *b* in collationibus præbendarum Epiſcopi vice non fungitur: cùm eo caſu nullius ſuperioris poſſit argui negligentia.

*Circa collationem factam poſt devolutionem, diſpenſari poteſt. h. d.*

IS *c* quoque, qui nimium ceſſando conferendi Ius amiſerit, ſi poſt Ius collationis devolutum, nihilominus viris idoneis de beneficio providere voluerit, quanquam ob temporis lapſum collatio mero jure non teneat, ex diſpenſatione tamen & benignitate tolerari poterit.

*Legati miſſi, vel nati vigore ſuæ legationis, non conferunt niſi ſibi ſpecialiter concedatur: ſecus eſt in legatis de latere qui conferunt, & ſine mandato ſpeciali, etiam invito patrono Eccleſiaſtico. h.d.*

EX *d* legationis quoq; munere conferendi competit facultas, quod tamen non indiſtinctè obtinet. nam ſive miſſi fuerint, ſive ſuarum prætextu Eccleſiarum aliqui legationis ſibi vendicant authoritatem, ex ipſa legatione nullam habent conferendi poteſtatem, niſi hoc alicui ſpecialiter indultum fuerit. His autem quos Rom. Pontificis latus & comitatus illuſtrat, legatione fungentibus ſine ſpeciali conceſſione, etiam Eccleſiaſtico patrono invito, cõferendi facultas competit. Sicut enim honoris prærogativa lætantur, ſic eos authoritate fungi congruit ampliori.

*Legatus de latere non confert cathedrales Eccleſias, nec regulares, nec dignitates poſt Pontificalem majores, nec poteſt eodem tempore in eadem Eccleſia plures reſervationes facere. h.d.*

SEd tamen nec cathedrales *e*, nec regulares, aut collegiatas Eccleſias, nec Eccleſiarum cathedralium dignitates ad quas per electionem promoti primùm poſt Epiſcopum obtinent locum, veluti Archidiaconatum, ſuæ diſpenſationi aut proviſioni reſervare poſſunt. Nec plures beneficiorum reſervationes eodem tempore, in eadem cathedrali vel collegiata Eccleſia, vel ad ejuſdem collationem pertinentium faciet.

*Reſervationes legatorum expirant finita legatione. h.d.*

ILlæ quoque, quas jure fecerint, dummodo ad beneficiorum jam vacantium collationem non ſit proceſſum,

a *Ca. Epiſcopus. extr. eod. tit.* b *C. ſi Epiſcopus. eod. tit. in 6.* c *C. Epiſc. in fi. extr. eo. tit.* d *C. 1. de reg. jur. in 6.* e *Ca. 1. in prin. ne ſede vacan. in 6.* f *d. ca. 1. §. cùm verò.* g *d. ca. 1. §. ubi verò.* h *Ca. 2. in fi. extr. de conceſſ. præb.*

a *Ca. ex parte. extr. de conceſſ. præb.* b *C. 1. extrà, ne ſede vacante.* c *C. literas. ext. de ſupplen. negl. præl.* d *C. 1. de off. lega. in 6.* e *C. deliberatione. de off. leg. in 6.*

eo ipſo, quòd illorum finitur legatio, penitus evaneſcent, nec executores dati amplius ea conferre poterunt.

*Taciturnitas habiti beneficii invalidat proviſionem legati non ordinarii. h.d.*

SEd *a* nec aliter beneficium obtinenti ab Apoſtolicæ ſedis legato facta collatio valebit, quàm ſi de eo, quod tunc proviſus obtinet, mentio facta ſit ſpecialis, licet id in aliorum ordinariorum collationibus minimè requiratur.

*Licet ante acceptionem beneficii quis nullum habeat in eo jus, tamen collator de eo alteri, primo non conſentiente, providere non poteſt: poteſt tamen primo proviſo præfigi terminus ad acceptandum, quo lapſo poterit beneficium alteri conferri, niſi primus etiam lapſo termino acceptaverit. h.d.*

ILlud autem tam in ordinario, quàm etiam in legato ſtatutum eſt, quòd ſi cui beneficium contulerint, licet is *b*, donec collationem ratam non habuerit, nullum jus in eo acquiſiverit, in perſona tamen alterius, primo non conſentiente, de beneficio non libero ab ipſis facta proviſio non ſubſiſtet: planè notificata collatione, & ad conſentiendum termino competenti præſtito, ſi primus non conſenſerit, eo lapſo beneficium liberè, cui viderint expedire, conferre poterunt. Antequam tamen ipſum alii contulerint, non obſtante lapſu termini ſuum primus collationi poterit accommodare conſenſum.

*Per reſcriptum Apoſtolicum præbenda confertur purè, in diem, & ſub conditione: & pura collatio eſt, cùm alicui ſimpliciter de beneficio providetur. h.d.*

PEr reſcriptum Apoſtolicum mandatur fieri collatio, aut purè, aut adjecto die, aut ſub conditione. Purè, ut cùm mandatur ſimpliciter, ut alicui de beneficio, aut præbenda provideantur.

*Collatio Apoſtolici in diem facta, accedente decreto irritante, ligat manus ordinarii. h.d.*

DIes adjicitur collationi, ut cùm præbenda confertur, quam quis intra menſem *c*, aut alio tempore à vacationis notitia duxerit acceptandam: quo caſu, cùm temporis appoſitio favorem afferat impetranti, ſi decretum irritans fuerit appoſitum, collatio per ordinarium alteri facta, intra præfixum tempus nullius obtinebit roboris firmitatē. Decreti enim appoſitio, reſervatio, executoris inhibitio, & lis mota, beneficium affectum reddunt.

*Publicè notum, præſumitur notum etiam privatis. h.d.*

INterpretamur autem quem prædictæ vacationis habere notitiam, ex quo ipſa vacatio in loco vel Eccleſia hujuſmodi beneficii publicè nota erit. Imputet enim ſibi, ſi hoc caſu, quo de ipſius commodo agitur, id quod per ſe vel per alium ſcire potuerit, ignoraverit.

*Collatio conditionalis, & concurrente decreto non impletis conditionibus, non ligat manus ordinarii. h.d.*

SVb conditione mandatur fieri collatio, ut cùm *d* alicui, ſi per executoris inquiſitionem repertus fuerit vitæ laudabilis, vel ſi conſenſus acceſſerit capituli, vel alia adjecta conditione, de beneficio provideri committitur: & eo caſu etiam appoſito irritante decreto, non impletis adhuc conditionibus vacans beneficium per ordinarium, aut per executorem ad providendum de tali beneficio datum, liberè conferri poterit.

*Obſtat taciturnitas obtenti beneficii, etiam modici, niſi proviſio ſit facta motu proprio. h.d.*

SEd multum intereſt, motuvé proprio, an ad alterius petitionem de beneficio provideri mandetur: Si enim proprio motu, longè pinguius erit mandatum: nam etiam de beneficiis, quæ impetrans obtinet, nulla habita mentione, erit hujuſmodi proviſio valida, qualiacunque fuerint beneficia, & in numero quantocunque quæ habebat impetrans, cùm ſibi proviſio facta fuerit. Quòd ſi ad petitionem gratia hujuſmodi facta ſit, quantumcunque modicum beneficium ſcienter taceatur, velut ſurreptitia non valebit.

*Collatio facta motu proprio, pluribus beneficiis in eadem Eccleſia ſimul vacantibus, intelligitur facta de pinguiori: ſi beneficia ſint æqualia, ad eum ſpectat electio, cui gratia eſt conceſſa. Collatio verò facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium reſtringitur: ſi ſint æqualia, eligit, qui aliàs conferebat: & motu proprio tunc cenſetur gratia fieri, cùm id exprimitur. h.d.*

ITem ſi pluribus *a* in aliqua Eccleſia vacantibus dignitatibus vel præbendis, Rom. Pontifex de hac vacatione incertus, dignitatem vel præbendam, ſi qua nulli debita in ipſa vacat Eccleſia, cuiquam motu proprio conferat, fiet interpretatio pleniſſima, & ad illam dignitatem ſeu præbendam erit habenda relatio, quæ inter illas majoris cenſeatur eſſe valoris: quòd ſi forſan æquales ſint, ad eam, quam is, cui confertur, infra decem dies poſt habitam de dicta vacatione notitiam, duxerit eligendam: ſi verò ad petitionem alterius gratia hujuſmodi facta fuerit, ad illam erit habenda relatio, quæ minoris valoris extitit: & ſi ſit æqualitas, ad eam, quam is, ad quem ipſarum ſpectat collatio, infra dictum tempus elegerit, poſtquam ſibi hujuſmodi gratia erit nota. Motu *b* autem proprio tunc ſolùm gratia fieri cenſetur, cùm hoc expreſsè cautum fuerit.

*Solus Papa tribuit jus in beneficiis vacaturis. h.d.*

SEd ſive motu proprio, ſive ad alterius petitionem per reſcriptum Apoſtolicum fiat proviſio, cæteris longè præſtat. Nam cùm ex Lateranenſi concilio miniſteria & beneficia Eccleſiæ tribui aut promitti non debeant, antequam vacent, Romanus Pontifex etiam in ipſis jus poteſt tribuere vacaturis.

*Ponit gradus quoſdam circa poteſtatem conferendi inter ordinarium legatum & ſummum Pontificem. h.d.*

ESt ergo inter ordinarium Legatum, ac ſummum Pontificem circa collationis poteſtatem, quaſi per gradus aſcenſus quidam. Nam ad Epiſcopum *c* omnium quidem baſilicarum, quæ in ejus territorio poſitæ ſunt, collatio regulariter pertinet: vacaturam tamen præbendam ſuæ diſpoſitioni reſervare non poteſt, & longè minus in eadem alicui jus tribuere. Legatus autem non modò vacantes intra ſuæ legationis terminos Eccleſias conferre, verùm etiam vacaturas (juxta ea quæ ſuprà diximus) reſervare poterit, licet eidem in vacaturis alicui jus tribuendi nulla ſit facultas. At Apoſtolicus & ubique vacantes donare, & vacaturas ſuæ proviſioni reſervare *d*, & in vacaturis jus tribuere poteſt, cùm in ipſo plenitudo reſideat poteſtatis.

*Si clericus, cùm mandatur provideri de beneficio vacaturo, negligat petere præbendam, non poteſt poſtea aliam petere, niſi fuerit in canonicum receptus. h.d.*

QVo *e* tamen caſu ſummus Pontifex de vacatura præbenda alicui provideri mandat, ſi is, in cujus gratiam mandatum obtentum eſt, præbendam, quando vacat, negligenter omittit, non poterit poſtmodum prætextu dicti mandati, niſi antea in canonicum fuerit receptus, aliam in ipſa Eccleſia vacaturam petere.

*Habens expectativam, poteſt acceptare beneficium vacaturum primum, vel ſecundum, vel alterius, certum tamen acceptare non poteſt. h.d.*

POterit *f* tamen is, cui certis ſuper hoc executoribus deputatis ab Apoſtolica ſede hujuſmodi gratia conceſſa fuerit, non ſolùm primùm in genere vacaturum beneficium vel præbendam: verùm etiam, ſi rationabilis cauſa ſubſit, ſecundum & ulterius acceptare: certum tamen & expreſſum, priuſquàm vacet, acceptare non poterit, ne captandæ alienæ mortis occaſio ex benignitate

a Canon. fin. de off. lega. in 6. b C. ſi tibi. de prabend. in 6. c Clem. uni. § ſecus. de conceſſ. prab. d d. Clem. uni. in princip. de conceſſ. praben.

a C. ſi plurib. de prab. in 6. b C. ſi motu. in fin. eod. tit. in 6. c C. omnes baſilica. 16. q. 7. d C. 2. in gl. de prab. in 6. e C. ſi Clericus. de prab. in 6. f C. ne captanda. de conceſſ. prab. in 6.

gratia-

gratiarum ſedis Apoſtolicæ tribuatur: quòd ſi de certo acceptatio ſecuta fuerit, nullam obtinebit roboris firmitatem, ut Bonifac. conſtitutionis tenore latiùs continetur.

*Reſcripto Apoſtolico diſpenſatur ſuper pluralitate beneficiorum, maximè circa literatas perſonas. h. d.*

INde *a* etiam licet beneficiatæ perſonæ de alio beneficio, niſi primò illud, quod obtinet, omninò dimittat, provideri non poſſit, niſi aut Cardinales ſint, aut Regum filii: per tale tamen reſcriptum, maximè circa literatas perſonas, ſuper hac pluralitate diſpenſari poterit.

*Ubi de prioritate beneficii pluribus collati non conſtat, primò poſſeſſor, deinde major prærogativa præfertur. h. d.*

IDem ſi à ſede *b* Apoſtolica, aut legato, & ab ordinario eodē die idem beneficium conferatur, & quæ fuerit primò facta collatio, non appareat, nemine poſſidente, is erit cæteris præferendus, cujus conferens ampliore gaudet prærogativa. Hac *c* ratione & iis, qui in aliqua Eccleſia in Canonicos ſunt recepti, debent in præbendarum aſſecutione cæteris, ſive legatorum, ſive aliorum quorumcunque authoritate antea fuerint admiſſi, anteferri.

*Qui dicatur receptus authoritate Apoſtolica. h. d.*

AVctoritate *d* autē Apoſtolica receptus & is intelligitur, qui legati, vel alterius mandato, cui ſpecialiter in ea re auctoritas Apoſtolica conceſſa fuerit, recipitur. Sed & ſi mandatum legati ratum habeat *e* Rom. Pontifex, atque id auctoritate ſua muniat, ex eo receptus non legati, ſed Apoſtolica intelligitur auctoritate receptus: atque ideò eſt in aſſecutione præbendæ omnibus poſt eum receptis in Eccleſia dicta præferendus.

*Expreſſio ejus quod tacitè ineſt, nihil operatur, niſi per alium modum, quàm quo tacitè ineſt, fuerit facta expreſſio. h. d.*

ALiud juris eſt, ſi iis, ad quos aliàs pertinet Canonicorū receptio, facultas concedatur ab Apoſtolico, ut aliquem recipiant in Canonicum ejuſdem Eccleſiæ, ordinationibus fortè certum numerum Canonicorum præfigentibus non obſtantibus: hoc enim caſu non Apoſtolica, ſed recipientium cenſetur auctoritate receptus, niſi quòd cùm auctoritate Apoſtolica recipiunt, in literis caveatur expreſsè. Quòd ad eos aliàs talis receptio non pertinebat, Apoſtolica dicetur auctoritate receptus. Aliàs verò, ſi literæ impetratæ certi numeri Canonicorum nullam fecerint mentionem, quod illarum occaſione factum fuerit, nullam obtinebit firmitatem.

*Papa nō onerat aliquē plurib. proviſionibus, niſi id exprimat. h. d.*

ILlud etiam omittendum non eſt, non ſolere Apoſtolicū eundem collatorem pluribus onerare proviſionibus, niſi id velle ſe ſuis literis expreſsè fuerit complexus.

*Mandati Apoſtolici fines ſunt diligenter cuſtodiendi, nec extenduntur, niſi ad caſus expreſſos, etiam de conſenſu, & in præjudicium proviſi. h. d.*

SVnt *f* autē Apoſtolici mandati fines diligenter cuſtodiendi, ideoq; non debent ad caſus alios, quàm expreſſos, extendi. Vnde cùm injungitur, ut alicui de præbenda certi valoris provideatur, in præbenda minoris valoris, etiam impetrante volente, mandatum impleri non poterit.

*Mandatum faciens mentionem de collatione, non poteſt trahi ad præſentationem, vel inſtitutionem. h. d.*

IDem *g* obſervari oportet, ſi cui de beneficio, quod ad alicuj[9] collationē ſpectat, provideri mandatur: hoc n. caſu de eo quod ad ejuſdem præſentationem, vel inſtitutionem pertinet, provideri minimè poterit, nec etiam è converſo.

*Caſus reſignationis non includitur, nec verificatur in caſu mortis. h. d.*

EOdem ſpectat *h*, ſi quis ab Apoſtolica ſede mandatum ſuſcipiat, ut ab aliquo beneficii reſignatione recepta, idem beneficiū alteri conferat. Si enim is, qui reſignaturus erat, reb. eximatur humanis, mandato locus nō erit, cùm non per reſignationem vacaverit, ſed per mortem.

*Caſus futuræ vacationis non verificatur in caſu novæ creationis. h. d.*

IDem obtinet, ſi literæ Apoſtolicæ ſuper conferendo beneficio proximè vacaturo fuerint impetratæ. Nam ad illud, quod poſt illarum impetrationem fuerit creatum, non extenditur.

*Appellatione beneficii non venit penſio. h. d.*

ET *a* ſi quis literas ſuper obtinendis beneficiis uſque ad certam ſummam impetraverit, eidem non in penſione, ſed in beneficiis Eccleſiaſticis erit providendum, niſi de penſione in literis mentio habeatur.

*Diſpoſitio regulariter reſtringitur ad tempus præſens, & mentio potentiæ intelligitur de præſenti. h. d.*

EOdem etiam ſpectat, quòd ſi de conferendo *b* alicui beneficio ad Epiſcopi collationem ſpectante reſcribatur, illud ei conferri non poterit, cujus collatio ex negligentia ipſius Epiſcopi ad ejuſdem Capitulum devoluta fuit: quanquam ex contrario de eo cujus ad Epiſc. ex Capituli, vel alterius cujuſcunq;, ſive ad ſedem Apoſtolicā ex ipſius Epiſc. vel aliorum in hoc eidem ſuccedentiū negligentia collatio fuerit devoluta, hoc caſu provideri poterit.

*Mandatum Apoſtolicum reſtrictionem recipit ex perſona proviſi. h. d.*

INterdum tamen, licet mandatum generale ſit, ex perſona impetrantis recipit reſtrictionem: ut ſi cui *c* de præbenda proximè vacatura ſimpliciter provideri mandatur: nam ſi talis nondum in ea ætate exiſtat, ut ad ſacerdotium promoveri poſſit, ſacerdotalis ſibi præbenda conferri non poterit.

*Ex loco ſumitur reſcripti interpretatio. h. d.*

EX loci quoq; expreſſione reſcripti ſumitur declaratio, & ideo *d*, quanquā ſub nomine Eccleſiarum Civitatis, etiam Eccl. Cathed. comprehendatur, cùm tamen alicui de beneficio mandatur in aliqua Eccleſiarum civitatis vel diœc. provideri, ad Cathedralem Eccleſiam mandatū hujuſmodi non extenditur: ſecus eſt, ſi in aliqua Eccleſiarū Provinciæ, provideri mandatur: tūc n. & Metropolitana, & cæteræ Cathedrales Eccleſiæ tali mandato includuntur.

*Ordo ſcripturæ declarat mandatum. h. d.*

EX ordine *e* quoque ſcripturæ reſcripti interpretatio ſumitur, veluti cùm Ioanni de beneficio ad collationem ſuam vel Pauli pertinente, ut alicui provideat, mandatur. Nam ſi plura ſimul beneficia vacare contigerit ad utriuſque collationem ſeparatim ſpectantia, tunc ordo ſcripturæ ſervandus eſt, & de illo beneficio providendum erit, quod ad Ioannem noſcitur pertinere.

*Cum mandatur provideri de beneficio ſpectante ad proviſionem plurium, intelligitur conjunctim. h. d.*

SI verò *f* de beneficio ad aliquorum collationem, vel præſentationem ſpectante, non adjecto communiter vel diviſim, proviſio injungitur facienda, in beneficio quod ad collationem vel præſentationem alterius tantùm pertinet, adimpleri non poterit.

*Ex inſertione cauſæ elicitur interpretatio reſcripti. h. d.*

ITem inſertio cauſæ declarat reſcriptum: ſicut accidit *g*, cùm clerico nullum beneficium obtinenti, ob paupertatem per Epiſcopum de beneficio provideri mandatur. Nam ſi antequam ei proviſum ſit, beneficium fuerit aſſecutus, ceſſante cauſa mandati, provideri ſibi Epiſcopus in poſterum non tenetur.

*Ex ſimplici mandato de providendo, non poteſt provideri obtinenti aliud beneficium, niſi fuerit id expreſſum: quo caſu ſolùm unicum & non curatum beneficium obtinenti provideri poterit: & pluralis locutio reſtringitur ad duo. h. d.*

a *C. de multi. ext. de præb. ext. Ioann. uni. eo. ti. & ext. com. execrabilis.* b *C. ſi à ſede. de præbend. in 6.* c *C. hi qui. d. tit. in 6.* d *C. hi qui. de præb. in 6.* e *C. ſi eum ſuper. d. ti. in 6.* f *Ca. cui de non ſacerdotali. §. idem. de præb. in 6.* g *C. cum in illis. §. cùm autem. de præb. in 6.* h *C. ſuſceptum. de reſ. in 6.*

a *C. quamvis. de præb. in 6.* b *C. ſi de beneficio. de præb. in 6.* c *C. ei cui. de præb. in 6.* d *C. quamvis. §. quanquam. d. tit. in 6. de præb.* e *C. mandato. de præb. in 6.* f *C. cùm illis. §. fi. de præb. in 6.* g *C. ſi pauper. de præb. in 6.*

NAm [a] & is, qui conceditur ut idoneo poſſit in ſua vel aliena Eccleſia providere beneficium, aliud obtinenti providere non poteſt, niſi vel primò ille beneficium quod obtinet, omninò dimittat, vel in conceſſionem hujuſmodi ſit expreſſum, quòd etiam beneficiatæ valeat providere perſonæ: quo caſu unicum duntaxat beneficium, atque illud non curatum obtinenti, provideri poterit. Sed ſi conceſſum fuerit, ut providere illi valeat, qui & alia beneficia noſcitur obtinere, hujuſmodi pluralitas debet ſolùm ad duo beneficia non curata reſtringi.

*Mandatum ſimplex de providendo, non extenditur ad beneficium curatum, vel electivum. h. d.*

EX natura quoque & beneficii qualitate Apoſtolicum reſcriptum reſtrictionem recipit: nam ſi de quibuſcunque beneficiis provideri mandatum fuerit, de animarum cura mentione non habita, de iis providendum non erit, quibus hujuſmodi cura noſcitur imminere, illis quoque, pro quibus ſcribitur ut de perſonatibus & dignitatibus ad collationem, proviſionem, præſentationem, vel diſpoſitionem pertinentibus quorumcunque provideatur, de iis provideri non poterit, ad quos per electionem præficiendi aſſumuntur.

*Gratia alicui conceſſa, ut providere poſſit perſonis idoneis in certa Eccleſia, perſonis non expreſſis, non expirat re integra per obitum concedentis: ſecus ſi perſonæ eſſent expreſſæ. h. d.*

ILlud quoque omittendum non eſt, Quòd ſi cui [b] nulla facta perſonarum expreſſione ſit gratioſè conceſſa facultas, ut authoritate Apoſtolica aliquibus perſonis idoneis in certa Eccleſia providere poſſit, vel beneficia, quorum collatio eſt ad ſedem Apoſtolicam legitimè devoluta, conferre: hujuſmodi conceſſio etiam re integra, per obitum concedentis non expirat: ſecùs, ſi ſuper proviſione certæ perſonæ facienda eidem ſit data poteſtas, non ob ſuam, ſed ejus, cui providetur, gratiam vel favorem. Illa enim expirat omninò, ſi concedens re integra moriatur.

*Mandatarius, cujus non eſt electa induſtria, poteſt alteri mandare. h. d.*

ILlud etiam intereſt, Vtrùm, cui ab Apoſtolica ſede proviſio de beneficio in certa Eccleſia, diœceſi, vel provincia certæ perſonæ facienda committatur, an de certa Eccleſia incertæ tamen perſonæ? Primo enim caſu licitè quis vices ſuas alteri committere poterit: ſecundo verò, cùm in eligenda perſona mandatarii electa videatur induſtria, proviſionem ſibi commiſſam alteri demandare non poterit, niſi forma commiſſionis id habeat, ut per ſe, vel per alium hoc expedire valeat.

*Beneficia Eccleſiaſtica debent ſine diminutione conferri. h. d.*

POſtremò illud ſciendum eſt, tam Turonenſi [c] concilio cautum eſſe, ne præbendæ aliquam ſectionem patiantur: quàm ex Lateranenſi, ne quis conferens beneficium Eccleſiaſticum, partem proventuum ſuis uſibus retinere audeat, cùm ſine ulla debeat diminutione conferri.

## DE INSTITVTIONIBVS, ET IVRE PATRONATUS.

### TITVLVS XXVIII.

*Quando dicatur provideri per Inſtitutionem, quid ſit jus patronatus, & quibus modis conſtituitur. h. d.*

ACcidit autem interdum, ut prælati liberam de vacantibus beneficiis diſponendi facultatem non habeant: quod tunc evenit, cùm ea vacare contigerit, in quibus aliquis jus obtinet patronatus: tunc enim ſtrictè ſumpto vocabulo, non conferre, ſed inſtituere dicentur eos, quibus præſentante patrono providendum erit. Eſt igitur [d] jus patronatus, poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium vacans. Conſtituitur autem tale jus variis modis: veluti, Eccleſiæ ædificatione, dotatione, & ſimilibus.

*Ædificans ritè, vel dotans, acquirit jus patronatus: & conſequi debent commoda, quem ſequuntur incommoda. h. d.*

AEdificatione acquiritur jus patronatus, cùm quis Eccleſiam de conſenſu diœceſani, juris ordine ſervato, conſtruxit. Dotatione acquiritur, ut cùm is, qui non fundavit, Eccleſiæ pro dote certa bona aſſignavit. Sicut enim in carnali matrimonio ad onera ſuſtinenda dos aſſignari debet, ita etiam concedenda ſunt Eccleſiæ, quæ ad luminaria, & ad cuſtodiam, & ad ſtipendia cuſtodum, & ad cætera ſacræ domui neceſſaria ſufficiant. Inſtitutum eſt igitur, ut quaſi cujuſdam loco remunerationis ad præſentationem patronorum in fundatis vel dotatis Eccleſiis ſacerdotes inſtituantur, nullo profeſſionis vel ſexus habito diſcrimine.

*Eccleſiaſticus patronus habet ad præſentandum menſes ſex, laicus quatuor. Eccleſiaſticus non poteſt variare, laicus poteſt. h. d.*

SVnt tamen inter Eccleſiaſticos & laicos patronos, pleræque differentiæ. Nam [a] Eccleſiaſtico ad præſentandum ſex menſium conceditur ſpatium, Laico quadrimeſtre tempus datur. Et videtur optima ratione inductum, ut longius præfigatur tempus Eccleſiaſticis, quippe [b] quibus ſemel facta præſentatione, amplius variare minimè licet: quod in Laicis diverſum ſtatuitur.

*Epiſcopus qui inſtituit ſecundo loco præſentatum, in pœnam tenetur providere etiam primo præſentato. h. d.*

SEd ſi laicus, cui plures præſentandi tributa eſt facultas, primò Ioannem inſtituendum offerat, ſecundo loco Paulum utrunque idoneum, Ordinarius autem ſecundo loco præſentatum inſtituat, videamus, an primus appellare valeat? & ſtatutum eſt, de ſecundo factam inſtitutionem infringi non poſſe: Epiſcopum tamen qui primo loco præſentatum dolo recuſavit admittere, recuſatio ut in competenti beneficio provideat, compellendum: ut in eo puniatur, in quo eum deliquiſſe conſtat.

*Legatus de latere poteſt derogare juri patronatus Eccleſiaſticorum, non laicorum. Eccleſiaſtico patrono reddenda ratio proventuum patronatæ Eccleſiæ: ſecus laico. h. d.*

LEgatus [c] etiam beneficium in præjudicium Eccleſiaſtici patroni, ut ſuprà tetigimus, conferre poteſt: cùm in laicis diverſum accidat. Item Eccleſiaſtico patrono de temporalibus rebus ratio debet exhiberi, quod in laico minimè obtinet.

*Patronus laicus poteſt deferre ad ſuperiores, clericos, qui dilapidant bona Eccleſiæ, cujus eſt patronus. h. d.*

LIcebit [d] tamen patrono laico, ſi ſacerdotem ex collatis in Eccleſiam rebus fraudare cognoverit, aut honeſta illum conventione compeſcere, aut Epiſcopo vel competenti Iudici corrigenda denuntiare: quòd ſi talia agere tentet & Epiſcopus, Metropolitano ejus hæc inſinuabit: ſin autem & Metropolitanus talia gerat, Principis hæc auribus (ſi aliter Eccleſiæ conſuli non poſſit) intimare non differet.

*Ius patronatus tranſmittitur ad quoſcunq; hæredes: & plures ſuccedentes uni, habent vocem unius, nec hæres patroni inſtitutum mutare poteſt. h. d.*

SVcceſſione quoque jus patronatus acquiritur: quod quidem procedit, ſive ſui, ſive extranei, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato ſint hæredes. Plures tamen ab uno ex patronis Eccleſiæ relicti hæredes, vocem duntaxat unius habebunt in præſentatione Rectoris, nec jam inſtitutos mutare poterunt.

*Si patroni in præſentatione non ſint concordes, attenditur major & melior pars. h. d.*

ETſi [e] fortè in plures partes patronorum ſe vota in præſentando diviſerint, ille præficiendus eſt Eccle-

a C. is cui. de præb. in 6. b C. ſi cui nulla. de præb. in 6. c C. majoribus. ext. de præb. d gl. 1. can. pia mentis. 16. q. 7.

a C. uni. §. fi. de jur. patron. in 6. b C. paſtoralis. extr. d. ti. & d. c. uni. in gl. c Ca. cum dilectus. ext. de jur. patron. d Can. filiis vel. 16. q. 7. e C. quoniam in. extr. de jur. patr.

ſiæ, qui

UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

ſiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurium approbatur conſenſu.

*Si Eccleſia ob patronorum diſcordiam detrimentum patiatur, poteſt Epiſcopus interdicere divinis. h. d.*

QVòd ſi *a* ita ſimultates inter eos ortæ fuerint, ut ſacerdos ſuo ibi officio canonicè fungi non poſſit, ſi aliter provideri non poterit, præcipere debet Epiſcopus, ut ibi miſſarum ſolennia non celebrentur, donec patroni ad concordiam redeant: quòd ſi intra quatuor menſes factum non fuerit, tunc ordinet Antiſtes Eccleſiam, ſicut melius eam ſecundùm Deum judicaverit ordinandam.

*Epiſcopus poteſt ex cauſa Eccleſiam patronatam ſecundùm certam formam commendare. h. d.*

QVòd ſi neceſſarium aut expediens eſſe duxerit, poterit etiam interim Eccleſiam alicui commendare: ita tamen, ut ſi parochialis ſit Eccleſia, nemini commendatur, qui non ſit in ſacerdotio conſtitutus: nec hujuſmodi commenda ultra ſemeſtris temporis ſpatium vires ſuas porriget: nec in unius perſona, unica fieri poterit.

*Epiſcopus in Eccleſia juris patronatus laicorum ex cauſa poteſt ponere œconomos, qui colligant fructus erogandos in utilitatem laicorum. h. d.*

ERit *b* etiam Epiſcopo facultas in Eccleſiis, in quibus Eccleſiaſtica perſona præſentationem non habet, ſi vel minùs idonei præſententur, vel alia de cauſa aliquos in eis inſtituere non valeat, œconomos ponere, qui fructus percipere debeant in Eccleſiarum utilitatem erogandos, aut his qui quandoque inſtituentur, fideliter reſervandos.

*Patroni poſſunt convenire de præſentando alternis vicibus, & plures ſimul poſſunt præſentari, ut de ipſis Epiſcopus eligat inſtituendum. h. d.*

SEd *c* ut faciliùs provideatur Eccleſiis, non inconveniens viſum fuit, patronos ipſos inter ſe poſſe liberè convenire de Rectore ab eis alternis vicibus præſentando: quibus etiam ex eadem cauſa permittitur, ut plures ad vacantem Eccleſiam præſentare valeant, ita ut unus ex eis eligi poſſit per Epiſcopum, & admitti.

*Ius patronatus donari poteſt, ſed ob donationem non præjudicatur juribus Epiſcopalibus: vendi autem non poteſt, niſi cum univerſitate. h. d.*

DOnatione *d* quoque jus patronatus acquiritur. Vt cùm jus, quod quis in Eccleſiis habet, in aliquem liberaliter confert: quæ ſi fiat Eccleſiæ, aut loco religioſo, quamvis abſque aſſenſu Epiſcopi facta fuerit, efficax eſt cenſenda, ſed per eam Epiſcopalibus Iuribus in aliquo non derogatur. Sed ſi quis dato precio *e*, hujuſmodi ſibi jus comparare auſus fuerit, talis contractus irritus erit & inanis, niſi tale jus cum univerſitate rerum temporalium transferretur.

*Epiſcopus non poteſt ſpernere patroni præſentationem. Patronus non poteſt quem propria authoritate inſtituere, ſub pœna excommunicationis. h. d.*

QVemadmodum autem ad præſentationem patroni, debet Epiſcopus clericos inſtituere; & quod ſpretis fundatoribus de vacanti Eccleſia diſpoſuerit, erit irritũ: ita etiam patronus authoritatem Epiſcopi negligere non debet. Quòd ſi laici *f* auſu temerario propria authoritate ad inſtitutionem proceſſerint, tam ipſi anathemate feriendi, quàm etiam perperam inſtituti clerici communione ſunt privandi: qui ſi etiam adhuc perſtiterint, à miniſterio Eccleſiaſtico & ordine deponendi erunt.

*Patroni putativi præſentatio tenet.*

INterdum *g* accidit, ut ejus qui patronus non eſt, præſentatio tamen rata ſit habenda. Vt cùm ordinarius ad

a *C. 1. ext. eo. ti.* b *C. cùm vos. ext. de offic. ordo.* c *verſic. & ut. de jur. pat.* d *C. 1. de jur. pat. in 6.* e *C. quia clerici. & ſeq. ex. de jur. pa.* f *C. præterea. ext. d. ti.* g *C. conſultationis. ext. d. ti.*

ejus præſentationem clericum inſtituit, qui & juris patronatus erat poſſeſſor, & patronus credebatur: nam ſi poſtea jus patronatus alius in judicio evicerit, inſtitutus non debet propter hoc ab Eccleſia removeri.

*Nemo poteſt ſeipſum præſentare. h. d.*

LIcet *a* autem patronus alios præſentet, ſeipſum tàmen, quanquam clericus ſit, præſentare non poteſt, quantumvis idoneus ſit, & quibuſcunque ſtudiis juvetur & meritis: cùm nullus Eccleſiaſticis ſeſe officiis ultrò immiſcere debeat.

*Nemo ſibi beneficium confert, veluti nemo ſe præſentat: nec vacaturi beneficii tenet collatio, aut præſentationis præmiſſio. h. d.*

SVnt autem inſtitutiones collationibus in quibuſdam ſimiles, in quibuſdam verò diſſimiles. Similes ſunt, quia quemadmodum is, qui ſeipſum præſentat, inſtituendus non eſt: ita etiam is, ad quem pertinet collatio *b*, ſeipſum non poteſt inſtituere, cùm inter dantem & accipientem diſtinctio debeat eſſe perſonalis. Item quemadmodum vacaturæ præbendæ non tenet regulariter collatio: ita etiam promiſſiones de non vacantibus beneficiis Eccleſiarum, in quibus quis jus obtinet patronatus, nullo jure ſubſiſtunt.

*Capitulum ſede vacante poteſt inſtituere præſentatos: idem poteſt vicarius ſine ſpeciali mandato Epiſcopi. h. d.*

DIſſimiles ſunt, quia etſi Capitulum ſede vacante *c* beneficia, quæ ad collationem Epiſcopi pertinent, conferre non poſſit: præſentatos tamen à patronis poteſt, ſi idonei ſint, admittere & inſtituere. Idem obtinet in vicario: quia licet ſine ſpeciali conceſſione conferre *d* non poſſit, præſentatos tamen inſtituere *e* minimè prohibetur.

*In Rectorem parochialis Eccleſiæ poteſt præſentari etiam non in ſacris conſtitutus, licet ſecus in libera collatione: in qua tamen poteſt diſpenſari cum eo, qui eſt conſtitutus in minoribus. h. d.*

SVnt etiam in eo diſſimiles, quòd in rectorem parochialis Eccleſiæ, etiam non in ſacris conſtitutus præſentari poteſt, dummodo aliàs ſit idoneus, & infra tempus à jure conſtitutum ad ordines, quos ipſius Eccleſiæ cura requirit, promoveri valeat. Collatio autem fieri non poteſt, niſi in perſona ejus, qui ſaltem ſit in ſubdiaconatu conſtitutus: cum his tamen, qui in minoribus ſunt ordinibus conſtituti, ſi tales ſint, qui infra breve tempus poſſint in Presbyteros ordinari, diſpenſari poterit.

*Patronis defertur circa honorem, & vita neceſſaria subminiſtranda. h. d.*

DEfertur autem patronis non ſolùm circa præſentationem, verùm etiam circa honorem proceſſionis, & circa neceſſarium vitæ ſubſidium. Nam ſi aut ipſi aut illorum filii ad inopiam redacti fuerint, illis erit modeſtè ab Eccleſia ſuccurrendum. *f*

*Ius patronatus tollitur ceſſione, Collegii conſtitutione, Eccleſiæ deſtructione, delicti perpetratione. h. d.*

TOllitur jus patronatus ceſſione: utputà, cùm quis id Eccleſiæ, in qua jus habet hujuſmodi, conferendum duxerit. Item, ſi quis Eccleſiam ſine ſui reſervatione juris, collegiatam fieri patiatur. Eò amplius conſtat, ſi ædes ſacræ incendio conſumptæ fuerint, vel etiam terræmotu, vel vitio ſuo corruerint, extingui jus patronatus neceſſe eſt. Sed & ſi patronus auſu nefando Rectorem vel clericum ipſius Eccleſiæ per ſe vel per alios occidere, vel mutilare auſus fuerit, tam alias pœnas, quàm juris patronatus amiſſionem ſuſtinere debet. Idem juris eſt, ſi patronus efficiatur hæreticus: cùm enim bona hæreticorum univerſa ſint confiſcanda *g*, meritò cum iſta univerſitate etiam jus patronatus interibit.

a *C. per noſtras. ext. d. ti.* b *C. ſi. ext. de inſt.* c *C. 2. extr. ne ſed. va.* d *C. ſi. de off. vicar. in 6.* e *C. ex frequentibus. de inſt.* f *C. quicunq. fidelium, 16. q. 7.* g *C. vergentis. ext. de hæret.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

## DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

### TITVLVS XXIX.

*Si conferatur beneficium non idoneo ad reſidendum, & proviſus privandus eſt beneficio, & collator conferendi poteſtate. h.d.*

DEbent a autem hi, quibus Eccleſiaſtica miniſteria ſunt committenda, tales deligi, qui & reſidere in Eccleſia, & curam demandati ſibi officii per ſeipſos valeant exercere: quòd ſi aliter actum fuerit, & qui receptus fuerit, quod contra ſacros canones acceperit, amittet: & qui dederit, largiendi poteſtate privabitur.

*Qui ſine cauſa non reſidet, poſt monitionem privandus erit: & quæ ſint juſtæ cauſæ non reſidendi. h.d.*

SI tamen ab initio idonei ad reſidendum reputati, poſtea Eccleſias, vel præbendas ſibi conceſſas, ſine juſta & neceſſaria cauſa deſerant, ſi moniti & congruo tempore expectati non redierint, eis privari poterunt. Iuſtæ non reſidendi cauſæ ſunt: veluti, ſi quis aut Romano Pontifici, aut proprio Epiſcopo obſequium exhibeat. Item, ſi jura, & negotia Eccleſiæ ſuæ fideliter proſequatur, aut ſi, ut ſtudiorum cauſa abeſſe poſſit b, eſt alicui ſpecialiter indultum, & ſi quæ ſunt aliæ ſimiles.

*Ad memoriam juvandam inducit repetitionem. h.d.*

HÆc de præbendis, & dignitatibus, atque illarum proviſionibus dixiſſe nos ſufficiat. Verùm, quia in hoc tractatu diffusè immorati ſumus, ut ſequentia præcedentibus meliùs contexamus, quædam in memoriam reducemus. Perſonarum ergo quidam laici ſunt, quidam clerici. Rurſus clericorum quidam ſunt in ſacerdotio conſtituti, quidam in ſacris, licet non in ſacerdotio, quidam nec in ſacris nec in ſacerdotio. Eorum rurſus, qui in ſacerdotio conſtituti ſunt, quidam ſunt in celſiore gradu, ut Epiſcopi, quidam in inferiore, ut Presbyteri. In ſacris verò dicuntur conſtituti Diaconi & Subdiaconi. Qui verò nec in ſacerdotio, nec in ſacris reperiuntur, ii ſunt, qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti. Cæterùm, quoniam adhuc quidam in Eccleſia ſunt, qui non minùs in laicatu, quàm in clericatu conſtituti Domino deſerviunt, ut ſunt regulares ac monachi, reſtat, ut & de his pauca ſubjiciamus.

## DE REGVLARIBVS, AC MONACHIS.

### TITVLVS XXX.

*Regulariter valet argumentum à regulari ad monachum, & contrà. h. d.*

QVoniam verò, ſivè de regularibus agendum ſit, ſive de monachis, eadem ferè jura ſervantur, ne verboſa fiat evagatio, dirigamus ſermonem in perſonas monachorum, idem etiam intellecturi de regularibus cæteris. Nam ſi quid in iis propriè ſervetur, ſeparatim oſtendemus.

*Ex triplici capite quis ſit monachus. & impubes à patre traditus monaſterio, poſt annum pubertatis poteſt redire ad ſeculum, ſi velit. h.d.*

MOnachi c fiunt, aut ex paterna devotione, aut ex propria profeſſione, aut ex voti emiſſione. Ex paterna devotione d monachus quis efficitur, cùm pater filios impuberes monaſterio offert. Quo caſu, ſi impuberes ſacram tonſuram vel velamina ſuſceperint, quintodecimo ætatis anno moneri debent & inquiri, utrum in ipſo habitu permanere cupiant: ſi permanſuros ſe profeſſi fuerint, vel profeſſionem à ſe priùs factam ratam habuerint, ulteriùs pœnitendi locum non habebunt: ſi verò ad ſecularem habitum reverti maluerint, redeundi licentia concedenda erit, quia ſatis inutile eſt, ut coacta ſervitia domino præſtentur. Qua etiam ratione conſtitutum eſt, ne quis intus ordinari debeat.

*Si impubes præter parentum voluntatem monaſterium fuerit ingreſſus, poſſunt parentes intra annum reclamare: ſecus ſi ſit pubes. h. d.*

QVòd ſi a impubes præter parentum voluntatem tonſuram accepit monachalem, parentes id factum irritare valent: ſed ſi intra annum ad proprium Epiſcopum, vel alium competentem judicem non reclamaverint, revocare ampliùs non poterunt. Si verò in grandiori ætate adoleſcentes ſervire Deo elegerint, non eſt poteſtas parentibus prohibendi.

*Profeſſio eſt duplex, tacita & expreſſa, & poteſt fieri etiam ante annum. h.d.*

PRopria profeſſione monachus efficitur quis, aut expreſsè, aut tacitè. Expreſsè, ut ſi quis poſt annum probationis habitum ſuſcipiens monachalem, regulis monaſterii obſtringi ſe velle profitetur. Si tamen ante tempus probationis regulariter præfinitum b, is qui converti deſiderat, habitum recipit, & profeſſionem emittit, Abbate per ſe vel per alium profeſſionem recipiente, regulari obſervantia obligatur, & verè monachus eſt cenſendus.

*Ex cauſa poſt annum poteſt profeſſio differri, ut ſi ingreſſus monaſterium ſit incognitus. Et ſervus triennio in monaſterio commoratus, per monachationem fit liber. h.d.*

QVemadmodum autem diſcretus Abbas ex cauſa ante probationis tempus profeſſionem recipere poteſt, ita ex cauſa interdum proferre. Vnde c ſi quis incognitus monaſterium ingredi voluerit, ante triennium monachalis habitus concedendus non erit: ne, ſi fortè poſt annum ſtatim præſtetur, poſtea ſervus, aut aliàs inhabilis ad monaſterium deprehendatur. Quòd ſi ſervus per triennium in monaſterio commoratus poſtea monachus effectus fuerit, ex hoc liber etiam efficietur.

*Ordinatus ignorante domino ſi fiat monachus, fit liber, aliàs dominus poteſt intra annum recipere ſervum. h.d.*

QVinimò d ſi priùs ignorante domino ad ſacra miniſteria ordinatus, monachus fieri elegerit, jugum ſervitutis evadet: aliàs intra unius anni ſpacium domino & ſervilem fortunam probare, & ſervum ſuum recipere licebit.

*Prædicatores, Minores, & Mendicantes non poſſunt profiteri ante lapſum anni, & recipientes profeſſionem puniuntur. h.d.*

QVòd e tamen de facultate recipiendi ante annum profeſſionis dicitur, non eſt perpetuum. Prædicatores enim & minores, aliique mendicantium ordines ante annum probationis elapſum, quenquam ad ſui ordinis profeſſionem, vel ſeculi renunciationem faciendam, recipere non poſſunt. Quòd ſi fortè contra fecerint, & is qui ſic receptus fuerit, eorundem ordini minimè alligabitur, & receptores à receptione ad profeſſionem quorumlibet ſuſpenſi, tam excommunicationi, quàm aliis pœnis, quæ hujuſmodi regularibus pro culpis infligi ſolent, gravioribus ſubjiciendi erunt.

*Delatio habitus tacitam oſtendit profeſſionem, & unuſquiſque debet ſe conformare cum habitu quem gerit. h.d.*

TAcitè profitetur quis, cum idoneis conjecturis apparet f, quòd perpetuò vult Domino in religione ſervire, & vitam ducere monachalem: utputà, habitū poſt annum retinendo, ubi is novitiis & profeſſis communis & indiſtinctus eſt, vel profeſſorum habitum ſuſcipiendo, ubi is diſtinctus habetur. Vnde & Toletano Concilio inductū eſt, ut clerici, qui ſe fingunt habitu & nomine monachos, & non ſunt, corrigantur, & veri monachi fiant.

*Ponit differentiam inter expreſſam & tacitā profeſſionem. h.d.*

VTrùm autem quis expreſsè profeſſus fuerit, an tacitè, interdum multum intereſt. Expreſſa enim pro-

a *C.quia nonnulli.§.cùm igitur. ext.eod.* b *C.relatum.eo.ti.* c *C.monachum.20.q.1.* d *C.illud autem.20.q.1.*

a *C.2.ext.de regul.* b *C.ad Apoſtolicam.ext.eo.tit.* c *C.ſi ſervus.diſt.14.* d *Ca.ſi ſervus.ubi gl.diſt.54.* e *C.conſtitutionem.eo.tit.in 6.* f *C.ſtatuimus.ext.eod.tit.*

feſſio,

feſſio, etiam ſeculari habitu non mutato, illi religioni præciſè obligat, quam quis profeſſus fuerit. Tacitè *a* verò facta infra probationis annum, per habitus, qui profitentibus tantùm datur, ſuſceptionem, non illi ſpecialiter, cujus eſt ſuſceptus habitus, ſed generaliter religioni recipientem obligat, dum tamen legitimæ ſit ætatis, ac ſciens & prudens triduò in ejus habitus delatione perſeveret.

*Beneficium non vacat per religionis ingreſſum ante profeſſionem, niſi de conſenſu ingreſſi. h. d.*

ET ſi contigerit cùm quis religionem ingreditur, beneficium retinere *b*, intra probationis annum non erit alicui conferendum: ſed interim per alia aſſignata ſibi congrua de proventibus portione, beneficio inſerviendum erit. Si tamen ingreſſi ad id accedat aſſenſus, aut quòd vitam mutare voluerit, liquidò appareat, aut legitimam profeſſionem emiſerit, beneficium alteri liberè conferri poterit.

*Qui vitam regularem vovit, monaſterium ingredi debet, non obſtante quod fuerit prælaturam conſecutus. h. d.*

IS quoq;, qui votum de ingreſſu religionis compos mentis emiſit, ut Monachus fiat, cogendus erit. Vſq; adeò enim Deo voti ligat emiſſio, ut etiam ſi quis poſt votum prælaturam fuerit conſecutus, Domino tamen promiſſa reddere ſit compellendus.

*Per votum ſolenne derogatur ſimplici. h. d.*

ILlud quæri poteſt, Si quis poſt votum *c* de certa religione intranda emiſſum, aliam religionem etiam laxiorem ingrediatur, & in eadem profiteatur, ibidemné poſſit, voto non obſtante priore, licitè remanere? in qua ſpecie, cùm per ſecundùm ſolenne votum priori ſimplici derogari potuerit, reſponſum eſt, poſſe Monachum in ea religione, in qua profeſſus eſt, remanere: eidem tamen pro voto non completo, pœnitentiam imponendam. Eſt autem in propoſito votum ſimplex, quod non eſt aliqua profeſſione munitum. Solenne verò eſt, quod quis per profeſſionem tacitam vel expreſſam comprobavit.

*Semel factus Monachus, cogitur remanere in monaſterio. h. d.*

IS igitur, qui legitima in ætate conſtitutus, habitum ſemel induit ſponté, religioſum propoſitum ultrò ſuſceptum deſerere non poterit, ſed proprio Abbati obediens, in caſtitate in proprio deget monaſterio.

*Monachus non poteſt aliquid proprium habere, nec contra hoc poteſt Papa diſpenſare. h. d.*

SEd *d* nec aliquid proprium poſſidere debet: & ſi quid habet, totum in continenti reſignabit. Nam abdicatio proprietatis adeò eſt annexa regulæ monachali, ut contra eam nec ſummus Pontifex poſſit licentiam indulgere. Et ſi proprietas apud quenquam inventa fuerit in morte, is eſt Chriſtiana ſepultura privandus, & ſepultus exhumandus: prout etiam beatus Gregorius ſe feciſſe narrat.

*Poteſt Monachus tranſire ſolùm in arctiorem religionem: & ſi dubitetur, an ſit arctior, in quam Monachus vult migrare, ſtatur judicio Abbatis. h. d.*

SEd nec temerè Monachus de monaſterio *e* in monaſterium migrare permittendus eſt, niſi monaſterium, ad quod tranſitum facere cupit, diſtrictius exiſtat. Quo *f* caſu, nullo obſtante privilegio, prælatus Monacho ſine difficultate debet trãſeundi licentiam indulgere, ne videatur propoſitum impedire divinitùs inſpiratum. Quòd ſi fortè probabiliter dubitetur, utrũ quis velit ad ordinem arctiorem tranſire, an ad laxiorem, ex charitate, ac ex temeritate, ſuperioris eſt judicium requirendum, ne fortè angelus Sathanæ in lucis Angelum ſe transformet.

*Mendicantes ſolùm in ordinem Carthuſienſium migrare poſſunt. hoc dicit.*

MEndicantibus *a* verò approbatis, qui prætextu arctioris ducendæ vitæ ad monaſterium confugiunt, etiamſi authoritate Apoſtolica fuerint muniti, Clemens Quintus, ſacro approbante Concilio, interdixit ne vocem aut locum in capitulo talis monaſterii haberent, nevé ad prioratus adminiſtrationes, aut quæcunq; officia aſſumi poſſent. Sed noviſſimè *b* Martinus Quartus omninò vetuit, Mendicantes ad aliquem monaſticum ordinem, excepto ordine Carthuſienſium, ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ conceſſione tranſire, tam recipientibus quàm receptis, ipſo facto excommunicationis pœnam incurſuris.

*Abbates debent perquirere fugitivos, & Monachi non poſſunt præeſſe Eccleſiis parochialibus: licet ſecus ſit in regularibus. h. d.*

FVgitivos *c* verò debent Abbates ſolicitè perquirere, & ut ad monaſterium & frugem melioris vitæ revertantur, opportunis remediis providere, nec ordinarios qui eorum ſuppleant negligentiam, expectare. Singuli quoque Monachi per villas *d* & oppida non debent diſcurrere, nec per quaſcunq; parochiales Eccleſias diſponi: quod in regularibus, cùm regulæ inſerviant laxiori, ſpecialiter cautum non invenitur. Ideoque *e* illis cum minori difficultate parochialibus Eccleſiis præeſſe permittitur.

*Quomodo & qualis ſit eligendus in Abbatem. h. d.*

VT autem inviolabiliter monaſtica diſciplina cuſtodiatur, de congregatione Monachorum Abbas eligendus eſt *f*, quem ordo vitæ & meritum magis popoſcerit ordinari, ut uni tantùm præſit monaſterio, qui cautus ſit in regimine, humilis, & diſcretus, & cui Monachi cum omni obedientia & devotione ſubjaceant.

*Non profeſſus non poteſt eligi in Abbatem, ſed bene in Epiſcopum. h. d.*

ET præterea cùm in magiſtrum *g* aſſumi non debeat, qui formam diſcipuli non aſſumpſit, nec ſit præficiendus, qui ſubeſſe non novit: Religioſus, qui regularem ordinem antè non fuerit expreſsè profeſſus *h*, in Abbatem, vel ad aliam regularium prælaturam eligi non poterit: quanquam ad Epiſcopalem dignitatem, talis in ſecularib. vel regularibus Eccleſiis eligi minimè prohibeatur.

*Viſitatores creandi, & quid agere debeant. h. d.*

VIſitatores quoq; in capitulo creandi ſunt ſecundùm formam generalis Concilii, qui viſitationis officium exequantur, & omnia, quæ Vienenſi Concilio *i* conſtituta ſunt, fideliter obſervari faciant, & de ſtatu monaſteriorum, & obſervantiis regularibus diligenter inquirant: & tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus corrigant & reforment, quæ viderint corrigenda, & omnia ſecundùm Honorariæ conſtitutionis tenorem proſequantur.

*Non debet quis invenire, vel fundare novam religionem. h. d.*

NOviſſimè *k* ſciendum eſt, generali Conc. ſemel atq; iterum cautum eſſe, ne quis in poſterum novam religionem inveniat: ſed quòd quicunq; ad religionem converti voluerit, unã de probatis aſſumat. Similiter etiam de iis qui religioſam domũ de novo fundare voluerint, cautum eſt, ut regulam & inſtitutionẽ de probatis aſſumant.

---

a *D. c. non ſolùm. §. facile.* b *C. beneficium. eo. titul. in 6.* c *C. penult. eo. tit. in 6.* d *C. cùm ad monaſterium. extr. de ſtatu Monacho.* e *C. Ioannes. extr. eo. tit.* f *C. licet quibuſdam. extrà. eo. tit.*

a *Cl. 1. eo. tit. de reg.* b *extr. 1. communi. de reg.* c *C. fi. extr. eod. tit.* d *C. 1. extrà. de ſtat. Monacho.* e *C. quod Dei. de ſtatu Monach. extr.* f *C. Abbatem. cum duobus ſeq. 18. q. 2.* g *Ca. cùm in magiſtrum. extr. de elect.* h *Can. nullus religioſus. de electio. in 6.* i *Clem. 1. eo. tit. de ſtat. Monach.* k *C. fin. extr. de religio. dom.*

FINIS LIBRI PRIMI.

# INSTITUTIONUM JURIS CANONICI, LIBER SECUNDUS.

## DE RERUM DIVISIONE, ATQUE ILLARUM ADMINISTRATIONE.

### TITULUS PRIMUS.

*Res Eccleſiaſticæ ſunt aut ſpirituales, aut temporales. hoc dicit.*

SVperiore libro de jure perſonarum expoſuimus: modò videamus de rebus Eccleſiaſticis, illarumq; tractatione, & adminiſtratione. Summa rerũ Eccleſiaſticarum diviſio in duos articulos deducitur: nam aut ſpirituales ſunt, aut temporales. Spirituales ſunt, quæ ſpiritui deſerviunt, atq; animæ cauſa ſunt inſtitutæ: ut Sacramenta Eccleſiæ, altaria, & his ſimilia. Temporales ſunt, quæ non tam ſpiritus, quàm corporis gratia pro Eccleſiaſticis miniſteriis, ſacrorumq; miniſtrorum uſu ſunt comparatæ: ut ſunt, prædia, domus, & fructus decimales.

*Res ſpirituales ſunt aut incorporales, aut corporales: & corporales dividuntur in Sacramenta, in res ſacras, ſanctas & religioſas. h. d.*

RVrſus ſpiritualium quædam ſunt incorporales, quædam verò corporales. Incorporales ſunt, quæ neque tangi, neq; ſenſu corporeo percipi poſſunt: quales ſunt, virtutes, & dona Dei, aut quæ in jure conſiſtunt. Corporales ſunt, quæ tangi & humanis ſenſibus percipi poſſunt. Harum autem quædam ſunt Sacramenta, quædam ſacræ ſunt, & ſanctæ, quædam religioſæ. Videamus igitur nunc de ſpiritualibus: & quidem incorporales, cùm de his tam ſuprà oportunis locis loquuti fuerimus, quàm etiam infrà ſuo tempore dicturi ſimus, ſpecialem tractatum minimè exigunt: itaq; tractemus jam de corporalibus, ac primùm de Sacramentis, de ſacris, ſanctis, & religioſis, conſequenter etiam loquuturi: ac demùm de rebus temporalibus, atq; illarum adminiſtratione.

### DE SACRAMENTIS.

### TITVLVS II.

*Quid ſit Sacramentum. h. d.*

SAcramentum *a*, eſt inviſibilis gratiæ viſibilis forma, ita quòd ejus ſimilitudinem gerens & cauſa exiſtat.

*Sacramentorũ quædam neceſſaria ſunt, quædam voluntaria. h. d.*

SAcramentorum ſumma diviſio hæc eſt *b*, quòd aut ſunt neceſſaria, aut voluntaria. Neceſſaria ſunt, quæ ſine interitu ſalutis æternæ prætermitti & contemni non poſſunt: ut ſunt, Baptiſmus, Confirmatio, Pœnitentia, Euchariſtia, extrema Vnctio: quæ omnia ad particularem ejusq; profectum ſunt principaliter inſtituta. Voluntaria ſunt, quæ ſine ſalutis diſpendio, pro cujuſq; arbitrio recipi poſſunt & refutari: qualia ſunt, Ordo ſacer, & Matrimonium: & hæc ad totius Eccleſiæ profectum & ſubſidium principaliter pertinent.

*Neceſſariorum Sacramentorum quædam deſerviunt ad ingreſſum Eccleſiæ, quædam ad progreſſum in Eccleſia, quædam ad egreſſum ab Eccleſia. h. d.*

ET rurſus neceſſariorum quædam ad ingreſſum Eccleſiæ ſunt comparata, ut Baptiſmus: quædam ad progreſſum in Eccleſia, ut Confirmatio, Pœnitentia, Euchariſtia: quædam ad egreſſum ab Eccleſia, ut poſtrema unctio.

*Secunda diſtinctio Sacramentorum, quod quædam characterem imprimunt, quæ iterari non poſſunt: quædam non imprimunt, quæ iterationem admittunt. h. d.*

RVrſus Sacramentorum quædam characterem imprimunt, quædam verò non. Quæ characterem imprimunt, iterari non poſſunt: ut Baptiſmus, Confirmatio, Ordo ſacer. Cætera verò, quæ characterem nullum imprimunt, iterari minimè prohibentur: ut, Euchariſtia, Vnctio, Pœnitentia, Matrimonium.

*Sacramenta conſtant elemento & verbo. h. d.*

COnſtant autem Sacramenta elemento & verbo. Elementum hic accipimus, quicquid ſub viſibili natura, inviſibilem gratiam deſignat & continet. Verba ſunt, quæ formæ viſibilis efficaciam exprimunt: ergo accedente verbo ad elementum, ſacramentum fit.

*Non Eccleſia, ſed Chriſtus inſtituit Sacramenta, quæ tamen dicuntur Eccleſiæ, quia illa per ea ſanctificatur, & illa miniſtrat. h. d.*

ILlud quoque ſcire nos oportet, quòd non Eccleſia, ſed ipſo Domino inſtituente Sacramentis utimur: ſed tamen ideò Eccleſiæ Sacramenta nuncupamus, tum quod per ea ſanctificata, & cœleſti ſponſo matrimonii fœdere conjuncta ſit: tum, quod illorum diſpenſatio ejus credita ſit miniſterio.

*Etiam malus miniſter, & hæreticus poteſt miniſtrare ſacramenta. hoc dicit.*

ERgo *a* qui baptizat, qui abſolvit, & in ſingulis Sacramentis divinitùs operatur, Dominus eſt: miniſtri verò Eccleſiæ in conficiendis ſacris myſteriis, vel diſpenſandis, præter nudum miniſterium nihil ſibi vendicare valent, cùm non propriam, ſed ejus qui Sacramenta inſtituit, perſonam referant, nec ulla ex ipſis ſanctificandi virtus manet. Vnde, quanquam eos inculpatos eſſe deceat, ſi tamen mali ſint, vel à catholica communione ſejuncti, nihilominus & conficere Sacramenta, & diſpenſa-

a *Can. ſacrificium. de conſ. diſt. 2.* b *Can. immiſſionem. §. ſed notandum. 1. q. 1. gl. 1. c. veniens. extr. de tranſactio.*

a *Can. aliud eſt. & can. ſeq. de conſecrat. diſt. 4.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diſpenſare poterunt, veluti enim per lapideos canales ad areolas aqua transfunditur, & ſolis radii per loca fœtidiſſima tranſeuntes, nulla contractus maculatione contaminantur: ſic multò magis Sacramenta nulla miniſtri fœditate commaculantur.

*Spiritualis poteſtas exerceri ſine fide poteſt, ſed non ſine intentione Eccleſiæ. h. d.*

HOc tamen ſic intelligi oportet, ſi tales miniſtri intentionem Eccleſiæ concordem habeant. Cæterùm ſi aliud agere intendant, putà ſacris illudere myſteriis, vel aliud, quòd Eccleſiæ non conſentiat, nihil agitur: ſine fide enim ſpiritualis poteſtas exerceri quidem poteſt, ſine Eccleſiæ intentione non poteſt. His circa Sacramenta generaliter cognitis, exordiamur nunc de ſingulis etiam ſpecialiter dicere: & quia baptiſmus fundamentum [a] eſt & janua cæterorum, meritò ab eo principatum ſumamus.

## DE BAPTISMO, ET EIUS EFFECTU.

### TITULUS III.

*Baptiſmus operatur animæ ablutionem, & in locum circumciſionis eſt inſtitutus. h. d.*

BAptiſmus [b] eſt ablutio corporis exterior, quæ, adhibita certa verborum forma, interiorem animæ ablutionem deſignat: & operatur. Veluti enim circumciſio in populo [c] Dei, in fidei juſtitiæque ſignaculum inſtituta, ad ſignificationem purgationis originalis veteriſque peccati parvulis valebat: ſic & baptiſmus ad hominis innovationem valere cœpit.

*Licet in baptiſmo plena contingat peccatorum remiſſio, non tamen contingit plena novitas. h. d.*

NOn tamen ex quo quiſque baptizatus, ſtatim etiam in eo omnis vetus infirmitas abſumitur, ſed renovatio ad remiſſionem peccatorum incipit, & ad intelligentiam & operationem ſpiritualium: cætera verò ſunt in ſpe, donec re compleantur; quòd erit in ſurrectionis tempore. Quamvis ergo in baptiſmate plena fiat peccatorum remiſſio, non propterea plena novitas & mutatio contingit.

*Cura baptizandi ad ſolos ſacerdotes ſpectat, ſed ex cauſa neceſſitatis quilibet poteſt baptizare. h. d.*

BAptizandi [d] autem cura ad ſolos ſacerdotes pertinet, ejuſque miniſterium nec ipſis diaconis explere permittitur, abſque Epiſcopo vel presbytero: niſi his procul abſentibus, ultima languoris cogat neceſſitas: quo caſu & laicis fidelibus, atq; ipſis mulieribus [e] baptizare permittitur. Presbyter verò, cujus negligentia commiſſum eſt, ut quis ſine baptiſmate ex humanis exceſſerit, deponendus erit [f].

*Baptizati ab hæreticis, ſchiſmaticis, paganis, vel aliàs facinoroſis, non ſunt denuò rebaptizandi. h. d.*

SEd & ſi qui ab hæreticis [g] ſive ſchiſmaticis, vel etiam paganis, aut aliàs facinoroſis baptizati fuerint, quaſi baptizati non fuerint, iterum baptizari non debent. Antiqua [h] tamen patrum induxit inſtitutio, ut qui ab his in Trinitatis nomine baptizati fuerint, cùm ad ſanctam Eccleſiam redierint, aut unctione chriſmatis, aut ſola profeſſione fidei, ad ſinum matris Eccleſiæ revocentur.

*Nemo ſeipſum baptizare poteſt. h. d.*

SEd [i] quanquam baptiſmus ab hæreticis, ſchiſmaticis vel paganis ſuſceptus valeat, ipſum tamen ſe baptizare nemo poterit: ſicut enim in carnali generatione, qua proles ex viro & fœmina naſcitur, alius eſt qui carnaliter gignit, alius qui gignitur: ſic in ſacramentali generatione, qua ſoboles ex aqua & ſpiritu ſancto renaſcitur, alius debet eſſe qui ſpiritualiter generet, alius qui generetur. Vnde de judæo, qui in mortis articulo conſtitutus, in aquam ſeipſum immergendo dixerat, *Ego me baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, reſponſum eſt, denuò ab alio illum baptizandum eſſe, ut oſtendatur, quòd alius eſt qui baptizatur, alius qui baptizat: quamvis ſi talis continuò deceſſiſſet, protinus ad patriam evolaſſet, non propter fidei ſacramentum, ſed propter ſacramenti fidem.

*Baptiſmus alius fluminis, alius flaminis, alius ſanguinis. h. d.*

QVod quidem & de illo rectè creditur, qui viſibiliter non baptizatus martyrii ſubiit ſacramentum. Baptiſmus enim inviſibiliter miniſtratur, quem non contemptus religionis, ſed terminus neceſſitatis excludit. Vnde ſcitè [a] ſcriptum à quibuſdam reperitur, baptiſmum alium eſſe fluminis, alium flaminis, alium verò ſanguinis: cùm baptiſmi virtus & efficacia, non tam ablutione [b] corporis, quàm fide cordis contineatur: & aliud ſit per miniſterium baptizare [c], quod ſacerdos exequitur; aliud per poteſtatem, quam Dominus non uſque adeò ſacramentis adjunxit, ut ſine illis eorundem gratiam tribuere non poſſit.

*Parvuli baptizantur in fide parentum, & Eccleſiæ, & non debet minor eſſe virtus baptiſmi, quàm circumciſionis. h. d.*

NOn tamen, quia fide cordis baptiſmatis virtus continetur, ideò minùs parvulos [d], qui credere ob ætatem non poſſunt, unda ſalutaris abluit, cùm & ii, non per uſum, ſed per habitum fidei, quem ſuſcipiunt in baptiſmate, credere non malè credentur, & in fide parentum [e] & Eccleſiæ, alio profitente, baptizati, ob fidei ſacramentum rectè fideles dici poſſunt: & cùm circumciſio [f] tam adultis, quàm parvulis ex præcepto Domini conferretur, ne baptiſmus, qui ſuccedit in locum ipſius, & generalior tamen exiſtit, cùm tam viri, quàm fœminæ baptizentur, minoris videatur effectus, tam adultis, quàm parvulis eſt conferendus.

*Tam mater, quàm filius, in ipſo articulo parturiendi, poſſunt ſeparatim baptizari, nec ob id creditur baptiſmus iteratus. h. d.*

IS [g] quoque cujus mater vel prægnans, vel in ipſa hora qua parturit, mortis urgente periculo, baptiſmatis gratiam perceperit, baptizari poterit, nec propterea bis baptizatus reputabitur: cùm utique ad maternum corpus, cùm eſſet in utero, pertineret: nec ibi regeneratio reperiri poſſit, ubi generatio non præceſſerit, nec in hoc infanti, qui naſcitur, aliquid mater participat, cùm uniuſcujuſque propria voluntas in confeſſione ſit attendenda.

*Muti, ſurdi, & ægrotantes baptizari poſſunt. h. d.*

MVti quoque [h] & ſurdi, ſeu ægrotantes qui pro ſe reſpondere non poſſunt, aliis pro ſe profitentibus, rectè baptizari poterunt.

*Dormiens & amens, ſi ante ſomnum & amentiam habuerunt propoſitum baptizandi, baptizari poſſunt. h. d.*

DE dormientibus [i] & amentibus quæſitum eſt, & planè ſi priùs quàm dormirent, aut amentiam incurrerent, non baptizandi propoſitum haberent, quia in eis eadem perdurare voluntas intelligitur, ſi ſic immerſi fuerint, characterem ſacramenti non ſuſcipiunt: ſecus autem, ſi priùs catechumeni extitiſſent, & baptizandi propoſitum habuiſſent: tales enim in neceſſitatis articulo baptizare conſuevit Eccleſia. Tunc ergo characterem

a *Veniens. ext. de presb. non baptiza.* b *gl. 1. in ſum. de conſ. diſt. 4.* c *Can. ex quo. diſt. 4. de conſ.* d *Can. conſtat. de conſ. diſt. 4.* e *Can. mulier. d. diſtinct. 4. de conſec.* f *Can. quicunque. d. diſt. 4.* g *Can. ſive ab hæreticis. & can. ſeq. de conſec. diſt. 4.* h *Can. ab antiqua. d. diſt. 4.* i *C. debitum. ext. eod.*

a *Gl. 1. in ſum. de conſ. diſt 4.* b *Can. verus bapti. d. diſt. 4.* c *Can. aliud eſt. d. diſt. 4.* d *Cap. majores. in fine prin. ext. eod.* e *Can. illud. & can. ſeq. verſ. parvuli. de conſecr. diſtinction. 4.* f *Can. majores. §. cum ergo. ext. eod.* g *Can. ſi ad matris. & can. ſeq. de conſ. diſt. 4.* h *Can. parvuli. alio. & can. ſeq. diſt. 4. de conſe.* i *Cap. majores. in fine, extr. eod.*

ſacramentalis imprimit operatio, cùm obicem voluntatis contrariæ non invenit obſiſtentem.

*Invitus baptizatus characterem ſuſcipit, & cogendus eſt ad obſervantiam fidei: ſecus ſi penitus coactus ſit. h. d.*

SEd & ſi quis non ſpontè, dum tamen non omninò coactus baptiſmatis ſuſceperit ſacramentum, Chriſtianitatis characterem ſuſcipit: utpurà, cùm quis terroribus, atque ſuppliciis ad undam ſalutarem trahitur, & ob id tanquam conditionaliter volens, licet abſolutè non velit, eſt ad fidei Chriſtianæ cogendus obſervantiam. Ille verò, qui nunquam conſentit, ſed penitùs contradicit, nec rem, nec characterem ſacramenti ſuſcipit. Plus eſt enim expreſsè contradicere, quàm minimè conſentire.

*Is de quo non eſt præſumptio quòd ſit baptizatus, debet ſine metu iterationis baptizari. h. d.*

ILlud *a* in dubium venire non debet, quoties nulla extant indicia inter propinquos & familiares, quibus aliquos baptizatos eſſe doceri poſſit, eoſdem baptizari minimè prohibendos eſſe. Quod enim factum eſſe neſcitur, nulla ratio ſinit, ut iteratum videatur: nec temeritas intervenit præſumptionis, ubi eſt diligentia pietatis. De eo tamen, qui Chriſtianis parentibus natus, inter Chriſtianos eſt fideliter converſatus, tam violenter præſumitur quòd baptizatus fuerit, ut hæc præſumptio pro veritate ſit habenda, donec evidentiſſimis argumentis contrarium probatum fuerit.

*Iterum ſcienter baptizatus debet ſeveriſſimè puniri, ignoranter verò bis baptizatus non poteſt ordinari, niſi ex neceſſitate. h. d.*

QVòd ſi *b* quis ſciens & prudens iterum baptizari ſuſtinuerit, arctiſſimæ pœnitentiæ ſubjiciendus erit: quòd ſi ignoranter, nulla quidem imponenda erit pœnitentia, ſed niſi magna cogat neceſſitas, ordinari non poterit.

*Iterantes Baptiſmum ſunt deponendi ab officiis, & beneficiis. h. d.*

ILli quoque, qui auſu temerario in homine jam baptizato cœleſte lavacrum iterare auſi fuerint, excommunicationis mucrone percuſſi, ab omni officio & beneficio Eccleſiaſtico deponentur.

*Multa fiunt in baptiſmo, quæ non ſunt de ejus ſubſtantia. h. d.*

POſtremò ſciendum eſt, quòd licet verbo tantùm *c* & elemento, baptiſmatis ſubſtantia contineatur & forma, multa tamen à ſanctis patribus ad ejus decorem fuerunt ſolenniter conſtituta, ut immerſionis numerus, exorciſmi, clericorum exſufflationes, ſalis benedicti exhibitio, ſalivæ contactus, inunctio: quæ ſi ex neglectu prætermiſſa fuerint, omiſſio culpæ reos arguet.

*Baptiſmus non debet conferri in privatis domibus, niſi ex neceſſitate, vel ob magnam nobilitatem. h. d.*

ILlud etiam noviſſimè *d* Vienenſi concilio conſtitutum eſt, ne quis in privatis domibus, ſed duntaxat in Eccleſiis, in quibus ſunt ad hoc fontes ſpecialiter deputati, aliquos audeat baptizare; niſi Regum vel Principum liberi baptizandi fuerint, vel talis neceſſitas emerſerit, propter quam ad Eccleſiam abſque periculo acceſſus haberi nequeat.

## DE SACRAMENTO CHRISMATIS.

### TITVLVS IV.

*Fideles poſt receptum baptiſmum debent chriſmari. h. d.*

QVamvis autem continuò manſituris regenerationis ſufficiat beneficium, victuris tamen etiam confirmationis auxilium eſt neceſſarium. Ita enim conjuncta ſunt hæc duo ſacramenta, ut unum ab altero, niſi morte præveniente, ſeparari non debeat.

*Chriſmatis ſacramentum operatur augmentum gratiæ, & ſoli Epiſcopi chriſmant. h. d.*

a *Can. ſi nulla extant. de conſec. diſt. 4.* b *Canon. qui bis. de conſec. diſt. 4.* c *C. non ut extr. eod.* d *Cle. 1. eod. tit.*

IGitur omnes fideles poſt baptiſmum, paracletum *a* per manus impoſitionem accipere debent, ut perfectè Chriſtiani inveniantur. Spiritus *b* Sanctus enim, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit lapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione robur & augmentum præſtat ad gratiam. Vnde *c* cùm cæteras unctiones ſimplex ſacerdos vel presbyter valeat exhibere, hanc non niſi ſummus ſacerdos, hoc eſt, Epiſcopus conferre debet: alioqui nulla excuſante conſuetudine chriſmatio irrita habebitur & vacua, nec inter Eccleſiaſtica ſacramenta reputabitur, cùm manum impoſuiſſe præter Apoſtolos, quorum hodie vicem ſuſtinent Epiſcopi, nulli alii legantur.

*Iejunis à jejuno debet dari Chriſma, niſi neceſſitas aliud cogat, hoc dicit.*

ACcedent igitur, qui legitimæ ſunt ætatis, ad confirmationem jejuni *d*, ut à jejunis Epiſcop. ſacro chriſmate in fronte deliniti per manus impoſitionem paracletum recipiant. Planè infirmis, & morte periclitantibus, vel qualibet cauſa impeditis, nulla de jejunio habita ratione, manus imponi poterit.

*In Baptiſmo, Confirmatione, & Catechiſmo debent patrini intervenire. h. d.*

ILlud *e* commune eſt tam his qui baptizandi ſunt, quàm etiam illis qui confirmationis munus recipere debent, ut aliquem in patrinum habeant, qui eoſdem in religione Chriſtiana, & fide Dominica inſtituat, & qui pro eis apud Deum, quaſi fidejuſſor exiſtat; quod & in Catechiſmo obſervandum erit.

*Patrini non debent eſſe plures, vel non baptizati, vel confirmandi. h. d.*

ADmonendi tamen ſumus, quòd nec plures quenquam in baptiſmo aut in confirmatione ſuſcipere debent, ſed unus *f* tantùm, ſive vir, ſive mulier: nec quenquam quiſpiam tenere, vel levare poterit, qui ipſe baptizatus non ſit, vel confirmatus.

*Parentes non poſſunt eſſe patrini propriorum filiorum, nec Abbates, vel Monachi aliorum. h. d.*

PArentes quoque proprios filios, vel Abbates *g* vel monachi alienos de ſacro fonte ſuſcipere, aut in confirmatione tenere non debent.

*Nec baptiſmus, nec Chriſma poſſunt iterari, & utrumque conferri poteſt tempore interdicti. h. d.*

COmmune etiam illud eſt utriſque, quòd & neutrum (ut paulò antè diximus) iterari poteſt, quippe quòd ambo characterem imprimunt, & quòd interdicti tempore ob imminens ex dilatione periculum utrumque conferri, & pro utroque chriſma confici poterit, ut infrà ſuo loco latiùs exponemus.

## DE POENITENTIIS, ET REMISSIONIBUS.

### TITVLVS V.

*Quid ſit pœnitentia, & effectus pœnitentiæ. h. d.*

POenitentia, eſt Sacramentum, quod contritione, confeſſione, & ſatisfactione concurrentibus, peccatorum operatur remiſſionem. Multiplex enim Dei miſericordia ita lapſibus humanis ſubvenit, ut non ſolum per baptiſmi & confirmationis gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes æternæ vitæ reparari velit. Vnde qui dona regenerationis violaverint, proprio ſe judicio condemnantes, per Sacramentum pœnitentiæ ad criminum remiſſionem, quaſi ex naufragio arrepta tabula ad portum pervenient.

a *Can. noviſſimè. de conſecr. diſt. 5.* b *Can. 1. de conſe. diſt. 5.* c *Can. un. §. per front. extr. de ſacr. unct. & can. manus quoq. de conſec. diſt. 5.* d *Can. ut jejuni. & can. ſeq. de conſecrat. diſt. 5.* e *Ca. vos ante omnia. de conſ. diſt. 4.* f *Ca. non plures. de conſ. diſt. 4. & can. ſeq.* g *Can. non licet. de conſ. diſt. 4.*

Tra

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Tres ſunt ſpecies pœnitentiæ, & pœnitentia ſolennis iterari non poteſt, & pœnitentes ad ſacros ordines reddit inhabiles. h. d.*

SVnt autem pœnitentiæ tres ſpecies: quædam enim eſt ſolennis, quædam publica, quædam privata. Solennis eſt, quam propter majora ſcelera, Epiſcopus in capite jejunii, ſervata certa rerum ſerie, delinquentib. ſolet imponere: quæ quidem ne Eccleſiæ vileſcat authoritas, iterari non debet: & tales pœnitentes ad ſacros ordines (ut ſuprà expoſuimus *a*) inhabiles reddit, quippe quæ nec aliter poteſt ſacerdotibus imponi, quàm ſi priùs cœleſtis militiæ cingulo exuti fuerint.

*Publica delicta & publicâ pœnitentiâ lui debent. h.d.*

PVblica pœnitentia eſt, quæ publicè, nulla ſervata juris ſolennitate, peragenda injungitur: qualis eſt, peregrinatio, certi habitus delatio, & his ſimilia. Cùm enim manifeſta peccata non ſint occulta correctione purganda, rectè conſtitutum eſt, ut qui publicè peccando proximo ſuo ſcandalum præbuerint, publicam etiam pœnitentiam à propriis ſibi ſacerdotibus impoſitam peragere debeant. Apparet itaque ex his, quòd licet omnis ſolennis pœnitentia publica ſit, non tamen omnis publica eſt ſolennis.

*Vnuſquiſq; ſemel in anno debet confiteri, & Euchariſtiam ſumere, niſi de conſilio ſacerdotis abſtineat. h. d.*

PRivata aut ſecreta pœnitentia eſt, quæ in occulto Deo fit & ſacerdoti. Statutum eſt enim generali Concilio *b*, ut omnis fidelis*, quàm primùm ſapere cœperit, omnia ſua peccata proprio ſacerdoti confiteatur, & injunctam ſibi pœnitentiam propriis viribus adimplere ſtudeat, ſuſcipiens reverenter ad minus, ſingulis annis in Paſchate Euchariſtiæ ſacramentum, niſi fortè de ſacerdotis conſilio ex cauſa duxerit abſtinendum: alioqui & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arcebitur, & moriens Chriſtiana carebit ſepultura.

*Pœnitentia conſtat contritione, confeſſione, & ſatisfactione. hoc dicit.*

COnſtat igitur pœnitentiæ ſacramentum tribus partibus: contritione cordis, confeſſione oris, & operis ſatisfactione. Contritio nihil aliud eſt, quàm dolor pro peccatis voluntariè aſſumptus, cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. Confeſſio (ut Auguſtino placet) eſt, per quam morbus latens ſpe veniæ aperitur: vel confeſſio eſt Canonica peccatorum coram proprio ſacerdote facta declaratio.

*Tribus caſibus poteſt quis confiteri non proprio ſacerdoti, ſi obtineat licentiam ab eodem, vel ab Epiſcopo, vel ſi confiteatur fratribus habentibus generalem poteſtatem audiendi confeſſiones. h. d.*

QVod autem dicitur *coram proprio ſacerdote*, ita demum obtinet, ſi nulla legitima cauſa ſubſit ejus declinandi judicium. Cæterùm ſi quis vel proprii ſacerdotis imperitiam *c* vereatur, vel aliàs vitam & mores ſuſpectos habeat, & propterea alieno ſacerdoti *d* confiteri voluerit, licentiam priùs poſtulet & obtineat à proprio: cùm aliter illum alienus, quacunque ſuffragante conſuetudine, non poſſit abſolvere, vel ligare. Si quis tamen regularibus generalem audiendi confeſſiones poteſtatem habentibus, & locorum ordinariis præſentatis, & ab iiſdem approbatis, confeſſus fuerit, Pariſienſis Doctoris rejecta ſententia, non magis eadem peccata tenebitur iterum confiteri, quàm ſi ea proprio ſacerdoti juxta generalis Concilii diſpoſitionem confeſſus fuiſſet.

*Epiſcopus poteſt ſuo ſubdito concedere licentiam eligendi confeſſorem. hoc dicit.*

EPiſcopus quoque ſubdito ſuo, ut quemvis idoneum ſibi deligat confeſſorem, facultatem concedere poterit: cùm non minoris eſſe debeat efficaciæ ab Epiſcopo obtenta licentia, quàm à Parochiali ſacerdote.

a *Tit. qui promo. non poſſ. §. pœnitentes.* b *C. omnis utriuſq;. extr. eod.* c *Ca. fin. de pœnit. diſt. 6.* d *Ca. omnis utriuſq;. §. ſi quis autem. extr. eod.*

*Neceſſitas facit affectum reputari pro effectu. h. d.*

SEd & ſi pœnitendi urgeat neceſſitas, nec deſideranti locus aut tempus proprium ſacerdotem offerat, & ſi is, cui quis confitetur, ſolvendi nullam poteſtatem habeat, tanta tamen eſt vis confeſſionis, ut dignus fiat venia ex deſiderio ſacerdotis, qui proximo ſuo criminis turpitudinem confiteri non refugit. Votum enim pro opere reputatur, cùm operis perficiendi facultas deeſt.

*In perpetuum eſt in monaſterium detrudendus, qui revelat confeſſionem. h. d.*

SEd *a* ſive proprius ſacerdos, ſive alius pœnitentiam audiat, cavebit omninò, ne aut verbo, aut alio quovis modo confitentem prodat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio ſibi defectum revelare auſus fuerit, non ſolùm à ſacerdotali officio deponendus erit, verùm etiam ad agendam perpetuò pœnitentiam in arctum monaſterium detrudendus.

*Sacerdos non debet quem abſolvere de caſibus reſervatis Papæ, vel Epiſcopo. h. d.*

ILlud etiam animadvertere ſacerdotem oportet, ne quem ſcilicet ab his criminibus abſolvendo liberare tentet, quorum abſolutio, aut Apoſtolico *b*, aut proprio ordinario eſt ſervata: utputà, ſi pœnitens clericum enormiter læſerit, Eccleſiam combuſſerit, vel fregerit, falſum commiſerit, Cardinalem, vel Epiſcopum inſecutus fuerit, cum moniali rem habuerit, & in aliis caſibus.

*In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. h. d.*

DE *c* eo tamen quæſitum eſt, ſi Epiſcopus ſubdito ſuo conceſſerit, ut ſibi poſſit idoneum eligere confeſſorem, an tunc ille, quem is elegerit, in caſibus, qui eidem Epiſcopo ſpecialiter reſervantur, abſolvendi habeat facultatem: & cùm in generali conceſſione illa minimè veniant, quæ non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus? reſponſum eſt, electum hunc hujuſmodi non habere poteſtatem.

*Contritio & confeſſio ſine ſatisfactione parum proficiunt. hoc dicit.*

SEd nec contritio multum proficiet, nec confeſſio, niſi ambabus adjuncta fuerit ſatisfactio: quæ nihil aliud eſt, quàm quædam injuriæ illatæ compenſatio: nullus enim delictorum accipit veniam, niſi (ſi nulla neceſſitate fuerit impeditus) qualemcunque, etſi longè minorem, quàm debeat, pœnam ſolverit. Nec ſufficit mores in melius commutare, & à præteritis malis recedere, niſi etiam de his, quæ facta ſunt, Deo ſatisfiat per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus, eleemoſynis, orationibus & jejuniis.

*Medici qui ægrotos ad pœnitentiam non inducunt, ſunt ab Eccleſiæ ingreſſu arcendi. h. d.*

MEdicos *d* etiam admonere oportet, ut cùm eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant, & inducant, ut medicos vocem animarum: ut, poſtquam fuerit ægrotanti de ſpirituali ſalute proviſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur. Si quis autem medicorum ſecùs fecerit, ab Eccleſiæ ingreſſu arcebitur, donec pro tranſgreſſione hujuſmodi ſatisfecerit.

*Qui habuit propoſitum confitendi, poteſt abſolvi, ſi ſævitia morbi non poſſet confiteri. h. d.*

SI quis autem in infirmitate conſtitutus, pœnitentiam petierit, & dum ad eum invitatus ſacerdos properat, morbo oppreſſus obmutuerit, vel in phreneſim converſus fuerit, & pœnitentiam moriturus, & per manus impoſitionem reconciliationem accipere poterit.

a *C. omnis utriuſq;. §. caveat. extr. eod.* b *Clemen. 1. §. qui verſi. nec etiam. de privileg.* c *Ca. 2. de pœn. in 6.* d *C. cum infirmitas. extr. eod.*

*Deputatis ultimo ſupplicio ſacramentum pœnitentiæ & Euchariſtiæ non negatur. h. d.*

NEc infirmis ſolùm, ſed etiam ultore gladio morituris in hac parte jura ſubveniunt, cùm ultimo damnatis ſupplicio a pœnitentiæ ſacramentum, ſi petant, non ſolùm negari non debeat, verùm etiam ſint cenſura Eccleſiaſtica ab ordinariis locorum coërcendi, quicunque adverſarentur, quò minùs id conſequantur. Quod ipſum & de Euchariſtia quoque intelligendum erit, cùm quibuſcunque pœnitentia non negetur, viaticum quoque, quod verè pœnitentibus exhibetur, intelligatur eſſe conceſſum.

## DE EVCHARISTIA.

### TITVLVS VI.

*Maximum eſt Euchariſtiæ ſacramentum, & ſaltem ſemel in anno debet aſſumi. h. d.*

EST autem inter cætera, Euchariſtiæ ſacramentum maximum b, oblationes omnes longè antecellit. Vnde, ſicut præſtantius eſt cęteris, ita etiam diligentius excoli debet. Et quidem circa prima fidei cunabula frequentiſſima erat apud fideles ſanctiſſimi viatici ſuſceptio; ſed cùm poſtea paulatim tepeſcente charitate rariùs homines communicarent, conſtitutum fuit c, ut niſi quis majoribus fortaſſe criminibus impediretur, tribus ſaltem vicibus in anno communicare deberet: donec refrigeſcente penitùs religionis ardore, eò tandem ventum eſt, ut ſemel ſaltem ſingulis annis d, unuſquiſque cæleſtis menſæ debeat eſſe particeps.

*Quotidie ſacerdotes hodie pro populo ſacrificare debent, ſed ſemel tantum, non plures, niſi ex magna cauſa, vel in nativitate Domini. hoc dicit.*

INvaluit tamen, ut Deo quotidie ſacerdotes pro populo hanc oblationem facerent. Quoniam enim quotidie labimur, ideò etiam Chriſtus quotidie myſticè pro nobis immolatur: in quo tamen illud cavendum eſt, ne ſacerdos, quacunque præfulgeat dignitate e, amplius quàm ſemel in die celebret: niſi aut aliter faciendum Domini nativitas f ſuadet, aut urgens cogat neceſſitas. Satis enim fœlix eſt, qui ſemel dignè celebrat.

*Presbyter tantùm debet exhibere Euchariſtiam, non inferior: niſi ſubſit neceſſitas. h. d.*

SEd nec ab omnibus, nec paſſim omnibus tantum ſacramentum exhiberi debet: nam veluti ſolus ſacerdos illud conficit, ita etiam nemo præter eum exhibere poterit. Quòd ſi presbyter aliter quàm per ſemetipſum infirmum, vel alium communicet, ex Rhemenſis g concilii diſpoſitione, ſui gradus periculo ſubjacebit. Permiſit tamen Laodicenſe concilium h, ſi neceſſitas urgeret, ut diaconus præſente presbytero Euchariſtiam juſſus erogare poſſet.

*Sacerdos conſtitutus in peccato mortali, quoad ſe ipſum, eſt ſuſpenſus non quoad alios. h. d.*

IMò & ſacerdotes, ſi qua criminali i macula ſeſe infectos eſſe ſentiant, ab hujuſmodi exhibitione abſtinere debent. Quanquam ſi peccato mortali k vel minori excommunicatione illigatus celebret, & ſacramenta conferat, licet graviter peccet, nullam tamen irregularitatis notam incurrit, & ſacramenta ab eo collata, virtutis effectu non carent: cùm non à collatione, ſed à participatione, quæ in ſola perceptione conſiſtit, videatur eſſe remotus.

a *Cle. 1. de pœnitent.* b *Can. nihil in ſacrificiis. de conſecrat. diſt. 2.* c *Can. etſi non. de conſecrat. diſtinction. 2.* d *Can. omnis. de pœn.* e *C. te referente. extrà. de celeb. miſ.* f *C. conſuluiſti. extr. de celebr. miſſar.* g *Can. pervenit. de conſec. diſt. 2.* h *Can. præſente. diſtinct. 93.* i *Can. ſacerdotes. quæ. 1. q. 1. in fin.* k *Can. ſi extr. de cler. excom.*

*Scenicis & hiſtrionibus non eſt danda Euchariſtia: pro infirmis autem maximè infirmis, ſemper debet eſſe parata. h. d.*

ITem quamvis regulariter nullus, etiamſi quem ſacerdoti peccatorem & impœnitentem eſſe liqueat, ab altari ſit arcendus: Scenicis a tamen, atque hiſtrionibus, cæteriſque perſonis hujuſmodi, quandiu tam deteſtandas artes exercuerint, ſacra communio deneganda erit. Nec enim Evangelicæ diſciplinæ congruit, ut pudor & honor Eccleſiæ tam turpi & infami contagione fœdetur. In cæteris proſpiciet presbyter, ut ſi quis infirmatus fuerit, ita Euchariſtiam paratam habeat b, ut nemo ſine communione moriatur.

*Sacramentum Euchariſtiæ conſtat viſibili forma, veritate corporis, & ſpirituali virtute. Et in calice poni debet vinum aqua mixtum. h. d.*

COnſtat c autem Euchariſtiæ ſacramentum viſibili forma, veritate corporis, & virtute ſpirituali. Forma viſibilis eſt panis, & vini d: vinum verò hoc loco intelligimus aquâ permixtum: nec enim in calice Domini, aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri debet, cùm utrumque ex latere illius profluxiſſe legatur. Illud etiam rationabilis conſuetudo generalis habet Eccleſia, ut plus in eo vini, quàm aquæ ſit ponendum e.

*In ſacramento altaris & panis & vinum fiunt vera caro & ſanguis Domini. h. d.*

VEritas f eſt carnis & ſanguinis: ſicut enim ante conſecrationem panis eſt & vinum, quod natura formavit: ita etiam poſt conſecrationem vera Chriſti caro & ſanguis, quem benedictio conſecravit g.

*Virtus Sacramenti eſt charitas & unitas. h. d.*

VIrtus eſt charitatis h & unitatis: nam veluti ex multis granis unus fit panis, & multis racemis unum vinum, ita & nos per hoc charitatis ſacramentum Chriſto incorporati, unum evadimus.

*Ponit, quomodo & quando tria, quibus conſtat ſacramentum altaris, ſint ſacramenta. h. d.*

HIs igitur repetitis apparet i, primum quidem ſacramentum eſſe non rem, ſecundum & rem eſſe ſimul & ſacramentum, tertium verò rem eſſe, ſed non ſacramentum. Sed primum quidem ſacramentum eſt geminæ rei, ſecundum eſt ſacramentum unius & alterius rei, tertium verò res eſt gemini ſacramenti.

## DE EXTREMA VNCTIONE

### TITVLVS VII.

*Extrema unctio ſolet exhiberi iis de quorum morte dubitatur: & duplex unctio, exterior & interior: & utriuſque effectus deſignat. h. d.*

HActenus loquuti fuimus de his ſacramentis, quæ ad ingreſſum, & ad progreſſum in Eccleſia comparata ſunt: conſequens nunc eſt, ut de iis videamus, quæ propter egreſſum ab Eccleſia ſunt conſtituta. Sciendum eſt igitur, graviter ægrotantibus, & de quorum morte probabiliter timeri poteſt, certas corporis partes ſanctificato oleo à presbyteris ex inſtitutione divina inungi debere: quæ quidem inunctio, non minus interiùs animæ, quàm exteriùs corporis ſanitatem operatur. Sunt k enim unctionis duæ ſpecies: Exterior, quæ materialis & viſibilis, & interior, quæ ſpiritualis eſt & inviſibilis. Exteriore viſibiliter inungitur corpus: Interiore inviſibiliter cor inungitur. Hæc, quòd in extremitate vitæ conſtitutis exhiberi conſuevit, meritò extremæ unctionis nomen eſt ſortita.

a *Can. pen. de conſ. diſt. 2.* b *Can. presbyter Euchariſtiam de conſec. diſt. 2.* c *Glo. in ſum. de conſe. d. 2.* d *ſum. d. diſt.* e *C. pernicioſus. extr. de celebr. miſſar.* f *Ca. cum Marthæ. §. diſtinguendum. extr. de celeb. miſ. ext. d. gl.* g *Can. nos autem.* i *C. cum Marthæ. §. de conſecrat. diſt. 2.* h *Vide in præced. §.* k *C. 1. §. ſcire te. ext. de ſacra unctione.* distinguendum. ext. de celeb. miſ.

Mag

*Magis dignum trahit ad ſe minus dignum. h. d.*

SAnctificatum autem oleum hoc loco accipimus, non modò quod ipſum totum conſecratum eſt, ſed etiam quod eſt conſecrato admixtum *a*. Poſtquam hucuſque de iis ſacramentis, quæ quoquo modo neceſſitatis ſunt, tractatum habuimus, reliquum eſt, ut de iis loquamur, quæ dignitatis ſunt & voluntatis.

## DE SACRAMENTO ORDINIS.
### TITVLVS VIII.

*Quid ſit ordo. h. d.*

VOluntatis Sacramenta ſunt (ut paulò antè expoſuimus) Ordo ſacer, & Matrimonium. Eſt autem ordo, nihil aliud quàm ſignaculum quoddam Eccleſiæ, per quod ſpiritualis poteſtas traditur ordinato, de cujus ſpeciebus, differentiis, & gradibus ſatis videtur ſuperiore libro dictum eſſe. Vnde ſolùm nunc reſtat, ut ad matrimonii materiam orationem vertamus.

## DE SACRAMENTO MATRIMONII.
### TITVLVS IX.

*Quid ſit matrimonium. h. d.*

MAtrimonium *b* eſt viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens, cum divini & humani juris communicatione.

*Matrimonium præcedit alia Sacramenta, ratione loci in quo inſtitutum eſt, temporis, amplitudinis & myſterii. h. d.*

ET meritò inter alia ſacramenta matrimonium quoque annumerari meruit, cùm cæteris loci, temporis, amplitudinis, & myſterii ratione etiam præcellat. Siquidem ab orbis primordio in paradiſo à Deo ipſo inſtitutum eſt, ut eſſet omnibus etiam infidelibus commune, quod in aliis minimè contigit. His illud quoque accedit *c*, quòd animorum conſenſus & corporum commixtio, quæ in matrimonio intercedunt, primum quidem charitatem ſignificat, quæ conſiſtit in ſpiritu inter Deum & juſtam animam, vel Eccleſiam: alterum verò ſacroſanctum conjugium deſignat, quod inter Chriſtum & Eccleſiam per incarnationis myſterium eſt contractum.

*Bona matrimonii ſunt ſacramentum, fides, proles, & fornicationis remedium. h. d.*

COnſequuntur & inde præter ſacramentum, & alia bona, utputà *d*, fides, & proles, & quod humana infirmitas in ruinam turpitudinis prona, honeſtate excepta conjugii, minimè læditur. Initiatur autem matrimonium ſponſione, conſenſu ratificatur, & copula conſummatur: de quibus ſingulis diſtinctiùs diſpiciamus.

## DE SPONSALIBVS.
### TITVLVS X.

*Quid ſint ſponſalia, & unde dicantur. h. d.*

SPonſalia *e* ſunt futurarum nuptiarum mentio, & repromiſſio: & dicta ſunt à ſpondendo, quòd per ea ſibi invicem ſe futuros conjuges viri & mulieres ſpondent.

*Sponſalia contrahuntur, verbis, literis, & conſenſu. h. d.*

COntrahuntur autem ſponſalia variis modis: utputà, re, verbis, literis, & conſenſu. Re contrahuntur per nudam ſubarrhationem, vel annuli immiſſionem. Verbis, ut ſi inter virum & mulierem promiſſio ſuper futuro matrimonio interceſſerit, veluti altero alteri vice mutua dicente: *Ego* f *te accipiam in meum maritum, & ego te in meam uxorem*: ſive in hunc ſenſum verba ſimilia protulerint.

a *Gl. fin. c. quod in dubiis. ext. de conſ. Eccleſ.* b *In ſum. 27. q. 2. §. ſanè. c. illud extr. de præſumpt* c *C. debitum. extr. de bigam* d *C. omne. 27. q. 2.* e *C. noſtrates. 30. q. 5. gloſſ. 1. c. licet. extrà, de tranſ. Epiſc.* f *Cap. penult. extr. eod.*

Literis, ut cùm abſentes inter ſe de futuris nuptiis per Epiſtolam paciſcuntur: quod ipſum & per nuncium, vel procuratorem fieri poterit.

*Procurator ad contrahendum matrimonium non poteſt ſubſtituere, niſi hoc habeat in mandatis. h. d.*

PRocurator *a* tamen ad hoc ſpecialiter conſtitutus, ob magnum, quod ex facto tam arduo poſſet periculum imminere, alium ſubſtituere non poterit, niſi hoc ei ſpecialiter commiſſum fuerit.

*Si duo impuberes, quorum prudentia non ſupplet ætatem, & qui pubertati non ſint proximi, vel etiam alter tantum ſit impubes, per verba de præſenti matrimonium contraxerint, talis contractus reſolvitur in ſponſalia de futuro: & ex eo inducitur juſtitia publicæ honeſtatis. h. d.*

COnſenſu *b* contrahuntur ſponſalia: ut cùm pubes & impubes, vel duo impuberes, non proximi pubertati, & in quibus ætatem prudentia non ſupplet, matrimonium per verba contraxerint de præſenti. Licet enim verba in præſens matrimonium ſonent, juris tamen interpretatione in ſponſalia de futuro reſolvuntur. Quo caſu dicta ſponſalia, licet contrahentes matrimonium celebrare intenderent, conjugium, quod ab initio ætate impediente, ut matrimonium non tenuit, per adventum pubertatis minimè convaleſcit, niſi per carnis copulam ſubſequutam, vel alium modum contrahentes cum ejuſdem perſeverantia voluntatis, ad pubertatis tempora perveniſſe evidenter conſtiterit: per dictum tamen contractum, qui valuit ut potuit, non ſicuti agebatur, publicæ honeſtatis juſtitia cenſetur inducta.

*In re denominanda potiùs effectum attendimus, quàm modum. hoc dicit.*

ET ideò hoc caſu conſenſu contracta ſponſalitia dicimus: quia, ſi verba ſpectes, non ſponſalia, ſed ipſum matrimonium contractum videri poterit. Cenſuerunt autem jura eos, qui, cùm non poſſent, conjugium de facto contraxerunt, voluiſſe etiam in caſu quo poſſent, contrahere: ideoq; ſaltem, ut ſponſalia, valere conventionem.

*Sponſalia contrahuntur tripliciter. purè, in diem, & ſub conditione: & qui contraxerunt ſponſalia purè, compellendi ſunt etiam matrimonium contrahere, & conſanguinei contrahentium non debent cum ipſis contrahentibus contrahere. h. d.*

RVrſus contrahuntur ſponſalia, aut purè, aut adjecta die, aut ſub conditione. Purè *c*, ut cùm vir & mulier ſe invicem futuros conjuges pollicentur. Et hoc caſu nullus conſanguineorum aliquo pacto alterum ex contrahentibus matrimonio ſibi copulare poterit: imò qui contraxerunt, ut ſe invicem recipiant, & mutua conjugali affectione pertractent, moneri, & niſi rationabilis cauſa obſiſtet, Eccleſiaſtica cenſura compelli poterunt.

*Si per contrahentem ſponſalia in diem, non ſtetit quò minùs matrimonium contraheret intra terminum, cum alia poſtmodum matrimonium contrahere poterit. h. d.*

DIes adjicitur ſponſalibus cùm quis intra certum temporis ſpatium aliquam ſe ducturum in uxorem convenit: in qua ſpecie, ſi per eum non ſteterit, quò minùs intra præfixum terminum cum eadem matrimonium contraheret, liberè ad nuptias alterius tranſire poterit.

*Sponſalia contracta ſub conditione, evaneſcunt conditione deficiente, niſi ab ea receſſum fuerit. h. d.*

SVb conditione celebrantur ſponſalia, cùm quis, ſi quid fiet vel contigerit, nuptias ſe contracturum pollicetur: veluti ſi dictum fuerit, *Ego* d *te in uxorem accipiam, ſi centum mihi dederis: aut, ſi pater meus conſenſerit.* quibus conditionibus deficientibus, ad matrimonium quis compelli non poterit, niſi conſenſus de præſenti, aut carnalis ſit inter eos commixtio ſubſequuta, cùm his caſibus à conditionibus receſſum videatur.

a *Ca. ſi. de procur. in 6.* b *Ca. 1. §. idem. de deſponſ. impub. in 6.* c *C. 2. & c. ex literis. cl. ſecunda. ext. eo. tit.* d *C. de illis. & cap. per tuas. ext. de conditio. appo.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Turpes conditiones adjectæ ſponſalibus vel matrimonio non vitiant, ſed vitiantur: niſi ſint contra ſubſtantiam & naturam conjugii. hoc dicit.*

HOc tamen de his conditionibus intelligere nos oportet, quæ honeſtæ ſunt, & Canonicis inſtitutis non contrariæ: nam ſi turpes ſint, aut impoſſibiles, ob favorem matrimonii debent pro non adjectis cenſeri: ſi tamen non ſolùm turpes ſint, ſed etiam contra ſubſtantiam, vel naturam conjugii: putà, ſi alter dicat alteri *a*: *Tecum contraho ſi generationem prolis evitaveris, vel donec aliam honore vel facultatibus digniorem inveniam, aut ſi pro quæſtu adulterandam te tradideris:* matrimonialis contractus, quantumcunque ſit favorabilis, omni carebit effectu.

*Minores ſeptennio non poſſunt ſponſalia contrahere, & contracta lapſu temporis non convaleſcunt, niſi nova voluntas acceſſerit, aut nixus copulæ intervenerit, h. d.*

NOn tamen omnibus, cujuſcunque ſint ætatis, licet ſponſalia contrahere: nam inter minores ſeptennio *b* celebrata, nullius roboris efficaciam ſortiuntur: ideoq; ſi infantes, vel unus major ſeptennio *c*, alter minor, ſponſalia contraxerint ipſi, vel parentes pro eis, niſi per cohabitationem eorum mutuam, ſive aliàs verbo, vel facto eoſdem in eadem voluntate factos majores perdurare liquidò appareat, ſponſalia hujuſmodi, quæ ab initio nulla erant, per lapſum dicti temporis minimè convaleſcunt: & ideò cùm ſint nulla, ratione defectus conſenſus, publicæ honeſtatis juſtitiam non inducunt. Si tamen cum ea, quam nondum ſeptennem domum quis traduxerit, copulæ nixus interceſſerit, aliud ſtatuendum erit.

*Qui contraxerunt ſponſalia, debent compelli ad matrimonium, etſi aliquid triſtè timeatur. h. d.*

INitiatum igitur ſponſalibus matrimonium fide conſenſus ratificari debet. Quòd ſi qui de contrahendo matrimonio fidem ſibi dederunt *d*, ſe invicem admittere omninò noluerint: inſtar eorum, qui ſocietatem interpoſitione fidei contrahunt, & poſtea eandem ſibi remittunt, diſſolutio tolerari poterit: cùm coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere.

*Non ſunt audiendi impuberes volentes diſſolvere ſponſalia, ſed exſpectandum tempus pubertatis. h. d.*

DE *e* illis, qui infra annos aptos matrimonio ſponſalia contrahunt, quæri poterit: & ſanè, ſive uterque, ſive alter reclamet, & antequam ad annos matrimoniis aptos pervenerint, ſeparari poſtulent, non ſunt audiendi: ſi verò alteruter iſtorum ad pubertatis annos pervenerit, infra eoſdem annos altero exiſtente, cùm ſponſalia contraherentur, ſi is, qui minoris eſt ætatis, ad pubertatis annos perveniens reclamaverit, nec in alterum conſentire voluerit, judicio Eccleſiæ ſeparari poterunt.

*Mulier viripotens contrahens cum impubere, non poteſt reſilire, ſed impubes factus pubes poteſt. h. d.*

MVlier *f* quoque, quæ nubiles annos attingens, ei qui nondum matrimonio erat aptus, nupſit, cùm in eum ſemel conſenſerit, amplius diſſentire non poterit, niſi ipſe, cui nupſit, poſtquam ad legitimam ætatem pervenerit, in eam ſuum negaverit præſtare conſenſum.

*Contrahens ſponſalia cum impubere coactè, non tenetur expectare impuberem. h. d.*

HÆc tamen de his dicta intelliguntur, quæ ſponte cum minoribus ſponſalia contraxerint. Si qua enim non tam ſponte ſua, quàm à parentibus coacta, cum impubere contraxerit, & domum traducta fuerit, licet aliquando ibi invita permanſerit, ſi puerum uſque ad annum decimumquartum minimè exſpectandum duxerit, ei alium ſibi virum accipiendi libera concedenda facultas erit.

*Sponſalia contracta à parentibus, non tenent, niſi filii aſſentiant & ratificent. h. d.*

NOn abſimile eſt *a* quòd de ſponſalibus, quæ parentes pro filiis puberibus frequenter contrahunt, ſtatuitur: nam ſi quidem ipſi filii expreſsè conſenſerint, vel tacitè, ut ſi præſentes fuerint, nec contradixerint, obligantur: & ex eis oritur publicæ honeſtatis juſtitia. Idem etiam obtinet, ſi filii tempore ſponſaliorum abſentes, & etiam ignorantes eadem ſponſalia, poſt ſcientes & prudentes ratificaverunt, tacitè vel expreſsè: aliàs ex ſponſalibus contractis à parentibus pro filiis, nec ipſi obligantur, nec publicæ honeſtatis juſtitia inde oritur.

*Sponſalia diſſolvuntur ipſo jure, quando non habetur ratio voluntatis contrahentium. h. d.*

DIſſolvuntur ſponſalia, aut ipſo jure, aut facto hominis. Ipſo jure tunc dicuntur ſponſalia diſſolvi, cùm nulla habita ratione voluntatis & conſenſus partium, ex certa superveniente cauſa diſtrahuntur: ut ex contractu matrimonii, ſacrorum ordinum ſuſceptione, religionis ingreſſu, cognationis interventu.

*Matrimonium per verba de præſenti contractum, tollit ſponſalia præcedentia, etiam juramento firmata: ſed matrimonium contractum per verba de præſenti, non irritatur etiam ſecuta copula. h. dicit.*

SI quis igitur eam, quæ tibi deſponſata fuerat, per verba ſibi junxerit de præſenti, etiam ſi inter te & ipſam ſponſalia juramento firmata extitiſſent, dum tamen copula non intervenerit, nihilominus per ſecundum matrimonium, etiam te invito, tolluntur: licet fidem frangentibus, ſalutaris ſit injungenda pœnitentia: quanquam, ſi priùs per verba contraxiſſes de præſenti, ita firmum maneret matrimonium, ut per ſecundum, etiam ſecuta copula, tolli non poſſit. Nec enim ut pactionis fidem interdum frangi jura ſuſtinent, ita etiam fidem conſenſus aboleri permittunt.

*Per ſuſceptionem ſacrorum ordinum, & ingreſſum monaſterii diſſolvuntur ſponſalia.*

ITem ex contrario, ſi quis ſacris ordinibus fuerit inſignitus, aut religionem fuerit ingreſſus, pariter diſſolvuntur ſponſalia. Conſultiùs *b* tamen egerit, qui certam mulierem ſe ducturum in uxorem fortè jurejurando firmaverit, ſi anteà contrahendo jusjurandum ſervaverit: poſteaque nulla ſubſequente carnali copula religionem ingrediatur.

*Affinitas ſuperveniens dirimit ſponſalia de futuro. h. d.*

ITem ſi inter ſponſum & ſponſam affinitas ſuperveniat: utputa, ſi ſponſum *c* propinquam ſponſæ cognoviſſe, aut manifeſtum ſit, aut de hoc ſit publicè diffamatus, aut ſpiritualis inter eos cognatio interceſſerit: diſſolventur inter eos ſponſalia, nec ad matrimonium perveniri poterit.

*Ponit quomodo facto hominis ſponſalia diſſolvuntur. h. d.*

FActo hominis diſſolvuntur ſponſalia, vel contrario utriuſque contrahentis conſenſu, vel cùm legitima emergente cauſa, diſſolutio alterius tantum voluntati permittitur: veluti, ex fornicatione *d*, abſentia, membrorum amiſſione, incurabilis morbi interventu.

*Sponſalia diſſolvuntur contrario conſenſu, nec pœna appoſita ſponſalibus appoſita, aliquid operatur. h. d.*

SI contrahentes igitur, vel ſeſe invicem liberent, vel impubes contrahens adveniente pubertate, tamen nolit habere matrimonium, diſſolventur ſponſalia: nec aliquid proderit, quòd ſub certa pœna contracta fuerint,

a *C. ſi. ext. de conditi. appo.* b *C. acceſſit. ext. de deſpon. impub.* c *C. 1. in prin. de deſponſ. impub. in 6.* d *C. 2. extr. eod.* e *C. 1. de illis. extr. de deſponſ. impuber.* f *C. de illis. §. mulier. extr. de deſponſ. impuber.*

a *C. 1. §. fin. ca. de deſponſat. impub. in 6.* b *C. 2. extr. de conver. conjug.* c *C. 2. extr. de conſanguinit. & affin.* d *Cap. q. 1. can. Apoſtolus & can. omnes. 32. q. 7. c. diſcretionem. extr. de eo. qui cogno. conſanguin.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cùm enim libera matrimonia *a* eſſe deceat, pœnarum inanis omnis eſt adjectio.

*Ob fornicationem poſt ſponſalia etiam juramento firmata commiſſam poteſt quis licitè reſilire: & id quod conjunctos disjungit, multò magis impedit conjungendos. h.d.*

VNius quoque tantùm diſſenſu etiam jurati ſolvuntur interdum ſponſalia: veluti *b* ſi quis aliquam ſe in uxorem ducturum juraverit, & ea poſtmodum fornicata fuerit. nam licet eidem fornicationem non poſſit opponere præcedentem, ob ſubſequentem tamen poterit eandem in conjugem non ducere: quia illi juramento talis ineſt conditio, ſi illa contra regulam deſponſationis non venerit: alioqui ſi poſt hujuſmodi juramentum publica meretrix fieret, teneretur eam in uxorem ducere: quod eſt prorſus abſurdum. Nam ſi poſt contractum conjugium, vir propter fornicationem licitè poteſt à ſua cohabitatione recedere, longè fortiùs, ante conjugium celebratum ſponſus ſponſam poterit non admittere.

*Carnalis & ſpiritualis fornicatio æquiparantur. h.d.*

IDem erit, ſi ſponſus vel ſponſa idololatrando, vel hæreſim ſequendo in ſpiritualem fornicationem inciderit.

*Si ſponſi conferant ſe ad remotas regiones, ſponſæ poſſunt ſe ad aliorum nuptias conferre, recepta, ſi pejeraverint, pœnitentia. h.d.*

SEd *c* & ſi qui præſtito juramento promittant aliquas ſe mulieres ducturos, poſteaque illis non cognitis, procul recedentes, ad alias partes ſe transferant, liberum erit mulieribus ad alia migrare vota: recepta tamen de perjurio, ſi fortè juramentum præſtiterint, pœnitentia, ſi per eas ſteterit quo minùs fuerit matrimonium conſummatum.

*Lepra, vel ſimilis morbus ſponſalia dirimit, licet non dirimat matrimonium. h.d.*

ITem ſi ſponſus, aut ſponſa, leproſus fiat *d*, vel leproſa: paralyticus, vel paralytica: aut naſum vel oculos amittat: aut quid ſibi turpius eveniat: ad conſummandam maritalem copulam compelli non debent: licet jam contractum matrimonium ſuperveniens lepra, vel alius morbus non dirimat.

## DE NVPTIIS.
### TITVLVS XI.

*Ponit ſubordinationem præſentis Tituli ad præcedentia & ſequentia. h.d.*

EXpoſuimus hactenus, quid eſſet matrimonium; quavè ratione inter ſacramenta reponatur, admonentes illud initiari ſponſalibus, cōſenſu ratificari, & copula conſummari. Sed cùm proximè de ſponſalibus, tanquam de principio tractatum habuerimus: reliquum nunc eſt, ut de conſenſu & copula, quibus ſubſtantia & perfectio matrimonii continetur, diſſeramus, quid impediat nuptias contrahi, vel contractas dirimat, cum cæteris quæ tractatui adjacent, recenſentes.

*Nuptiæ conſenſu partium contrahuntur, nec ſufficit conſenſus parentum. h.d.*

NVptias igitur, ſive matrimonium inter ſe contrahunt, viri puberes & mulieres viri potentes, ſimulatque in ſe invicem conſenſerunt. Vbi enim non eſt utriuſque conſenſus, non poteſt eſſe matrimonium: ideoque ſi ex altera parte pater puellæ tantùm conſenſerit, ex altera qui ſe cupit maritum fieri, nihil agitur: quanquam honeſtè faciant filii, ſi paternæ voluntati minimè reluctentur.

*Pubertas æſtimatur non tam annis quàm corporis habitu: & minores quatuordecim annis non poſſunt contrahere matrimonium, niſi pro bono pacis, & ex neceſſitate. h.d.*

SEd qui ſint puberes, videamus: & quidam ex annis tantùm pubertatem judicandam aſſerunt, eum eſſe puberem rati, qui quatuordecim annos impleverit: & viri potentem, quæ duodecim, quamvis tardiſſimè pubeſcant. Prævaluit tamen opinio exiſtimantium ex habitu corporis pubertatem debere cenſeri, atque eos qui generare poſſint, etiamſi minores annis ſint, in propoſito puberes reputari. Itaque, ſi malitia ætatem ſuppleat, etiam minores ea ætate conjungi poſſunt. Idem, ſi fortè urgentiſſima neceſſitas *a* interveniat: utpote quòd pro bono pacis talium conjunctio ſit toleranda.

*Quantum ad Eccleſiam, verba ſunt neceſſaria ad contrahendum matrimonium. ac muti & ſurdi ſignis nuptias poſſunt contrahere. h.d.*

LIcet *b* autem per ſolum legitimum viri & mulieris conſenſum matrimonium contrahatur, attamen quantum ad Eccleſiam, verba præſentem conſenſum exprimentia ſunt neceſſaria, ſi contrahentes loqui poterunt. Muti verò & ſurdi, qui loqui non poſſunt & exaudire, ſi contrahere velint, & quod verbis oſtendere nequiverint, ſignis declaraverint, proculdubio legitimas nuptias contrahent.

*Ponit quaſdam verborum conceptiones aptas ad matrimonium contrahendum. h.d.*

VErba autem ad hoc apta ſunt: verbi gratia *c*, *Ego te in meam uxorem accipio, & ego te accipio in meum maritum*: vel, *Promitto quòd te ab hoc tempore pro conjuge tenebo, & tibi ſicuti uxori meæ fidem ſervabo*: & contrà, *Promitto me te pro marito habituram, & tibi tanquam viro proprio fidem ſervaturam*: vel ſimilia conſenſum de præſenti exprimentia.

*Verba prolata in contrahendo matrimonio ſunt accipienda ſecundùm communem intelligentiam. h.d.*

INde quæritur, ſi alter conjugum ita loquutus fuerit *d*, ut quod propoſitum eſt, altera pars non intellexiſſe ſe affirmet, quid agendum ſit, ſi tali prætextu cauſæ diſſidii quærantur? in qua ſpecie, ſi matrimonium contracturi judicio & ætate ſint idonei, ſi alter, quod alter propoſuit, non intellexerit, ſtatutum eſt, ad communem verbi intelligentiam eſſe recurrendum, cogendique erunt ambo verba prolata in eum ſenſum accipere, quem ſolent rectè intelligentibus generare.

*Servi poſſunt etiam invitis dominis contrahere matrimonium, dum tamen dominos non fraudent debitis obſequiis. h.d.*

ILlud quoque explorati juris eſt, quòd matrimonia inter ſe contrahunt, non ſolùm liberi homines, verùm etiam ſervi *e*. Sicut enim neque liber, neque ſervus ab aliis ſacramentis Eccleſiæ removendus, ita nec inter ſervos matrimonia prohiberi debent: ideoque, quanquam contradicentibus dominis, & invitis contracta fuerint, nulla ratione propterea ſunt diſſolvenda. Servi tamen, qui contraxerint, proprios dominos debitis & conſuetis obſequiis minimè fraudare debent.

*Si unus conjugum comperiatur poſt contractum matrimonium ſervilis conditionis, poteſt diſſolvi matrimonium, niſi poſt talem cognitionem fuerit renovatus conſenſus, vel ſequuta copula. Et liberi ſunt ex libero ventre nati, niſi aliud inducat lex, & mos regionis. h.d.*

SI quis tamen *f*, vel ſi qua inſciens eum vel eam ſumpſerit in conjugem, quem vel quam poſtea ſervilis compertum ſit eſſe conditionis, nec poſt diem veræ cognitionis habitæ ſe invicem cognoverint, aut aliter facto invicem in ſe conſenſerint, ita ſeparari poterunt, ut utrique libera cum aliis contrahendi facultas non denegetur. Liberi autem ſunt, qui ſunt ex libero ventre

a *C. gemma. §. cùm itaq. ext. eod. ti.* b *quemadmodum. ext. de jurejurand.* c *C. de illis. ext. eod.* d *C. 1. & fi. ext. de conjugio leproſor.*

a *C. 2. in fi. extr. de deſponſ. impub.* b *C. tua fraternitatis. ext. de ſpon.* c *C. ex parte. ext. de ſponſ.* d *C. ex literis. Cle. 1. ext. de ſponſ.* e *C. 1. ext. de conjug. ſervo.* f *Ca. & fin. extr. de conjug. ſerv.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nati, niſi quis patris conditionem ſecundùm leges & conſuetudinem Provinciæ ſequatur.

*Error in perſona impedit matrimonium. h.d.*

MVltò magis matrimonium invalidatur, cùm quis in perſona erraverit: utputà, ſi exiſtimans ſe cum Gemma contrahere, cum Berta contrahat.

*Si alter contrahentium utitur verbis dubiis animo decipiendi mulierem, & eam poſtmodum carnaliter cognoſcit, judicatur pro matrimonio in foro judiciali: ſecus in pœnitentiali. h.d.*

DE eo quæſitum eſt, qui cùm non aliter mulierem, ut ſibi carnaliter commiſceretur, perducere poſſet, quàm ſi eandem deſponſaſſet, proprium mentitus nomen, illam per hæc verba deſponſavit *a*: *Te Ioannes deſponſat*: an quia vir illo nomine non vocaretur, nec ullum nubendi haberet propoſitum, ſed copulam tantùm carnalem exequendi, inter prædictos matrimonium ſit celebratum, cùm tamen mulier in virum conſenſerit? Et reſponſum eſt, non debere ex iſto facto conjugium judicari, cùm in eo nec ſubſtantia conjugalis contractus, nec forma contrahendi conjugium inveniri valeat: quoniam ex altera parte ſolummodo dolus adfuit, conſenſus omninò defuit, ſine quo cætera fœdus conjugale perficere nequeunt. Sed donec expreſſè non appareat, quòd is, qui mulierem deſponſavit in propria perſona, ſub nomine tamen alieno, quo vocari tunc ſe finxit, diſſenſit, interim erit pro matrimonio præſumendum.

## QVÆ MATRIMONIVM IMPEDIRE POSSUNT.

## TITVLVS XII.

*Error perſonæ & conditionis impedit matrimonium, non autem qualitatis & fortunæ. h.d.*

ERgo non omnis error matrimonium impedit: nam ſi quis corruptam in uxorem accipit, quam virginem arbitratur; vel qui accipit meretricem, quam putat eſſe caſtam: uterque quidem errat, neutro tamen caſu ob errorem matrimonium infringitur.

*Ei qui ſcienter ducit in uxorem publicam meretricem, peccata remittuntur. h.d.*

QVin potiùs qui ſcientes & prudentes, mulieres publicas de lupanari extraxerint *b*, & in uxores duxerint, quod agent, in remiſſionem proficiet peccatorum: cùm inter opera charitatis non minimum ſit, errantem ab erroris ſemita revocare.

*Qualis ſit error perſonæ, conditionis, fortunæ, & qualitatis. hoc dicit.*

SOlùm igitur perſonæ & conditionis error obſtat matrimonio: qualitatis verò & fortunæ non obſtat. Eſt autem error perſonæ, cùm hic, qui eſt Ioannes, Paulus putatur. Conditionis, cùm is, qui ſervus eſt, liber creditur. Fortunæ, ut cùm is, qui pauper eſt, dives exiſtimatur, vel contrà. Qualitatis, cùm is reputatur bonus, qui tamen eſt malus. Sunt & alii plures modi, quibus matrimonia impediuntur: utputà, conditio appoſita & non impleta, ſecundùm ea, quæ ſuprà diximus de ſponſalibus.

*Sacer ordo, & votum ſolenne impediunt matrimonium contrahendum, & contractum dirimunt: votum autem ſimplex ſolùm impedit contrahendum, & pro voto ſimplici fracto imponenda eſt pœnitentia. h.d.*

ITem voti *c* ſolennis emiſſio, & ſacri ordinis ſuſceptio, tam matrimonium impedit contrahendum, quàm poſtea contractum dirimit. Secus verò ſtatuitur in voto ſimplici: quanquam enim contrahendum impediat, non tamen contractum diſſolvit. Sic & religionis habitus ſine profeſſione ſuſceptus, ne contrahantur, impedit, ſed jam contractas nuptias nequaquam tollit. Huic tamen, qui nubendo votum ſimplex fecit irritum, quantò illud manifeſtiùs emiſerit, tantò propter plurium ſcandalum erit durior imponenda pœnitentia.

*Chriſtiani non debent nubere infidelibus: & ſi nubant, ſunt excommunicandi. h.d.*

CVltus quoque diſparitas matrimonium, & contrahendum impedit, & contractum interdum dirimit: ſi quis *a* enim Iudeæ conjugali ſocietate jungi voluerit, ſive Chriſtiana Iudæo, vel aliàs infideli, ſive Iudæa, vel aliàs infidelis Chriſtiano carnali conſortio miſceatur, quicunque eorum id commiſiſſe deprehenditur, à Chriſtiano cœtu & Eccleſiæ communione protinus ſegregandus erit.

*Si unus infidelium conjugum convertatur ad fidem, & alter noluit ſibi cohabitare, vel non ſine peccato mortali, ſolvitur conjugium, & converſus cum alia contrahere poterit, & proles communis converſo aſſignabitur. h.d.*

ITem *b* ſi alter infidelium conjugum ad fidem Catholicam convertatur, & alter, qui in infidelitate remanſit, vel nullo pacto, vel non ſine blaſphemia divini nominis, vel ut Catholicum ad mortale peccatum pertrahat, ei cohabitare voluerit, converſus, quaſi priore matrimonio diſſoluto, licitè ad ſecunda vota convolare poterit, & communis proles ipſi converſo aſſignabitur.

*Si alter infidelium conjugum convertitur, & antequam legitimè conjunctus fuerit, alius quoque convertatur, debet ſi vocam recipere. h.d.*

QVòd ſi converſum *c* ad fidem & uxor converſa ſequatur, antequam propter cauſas prædictas legitimam maritus ducat uxorem, eam recipere compellitur: nec quicquam converſo proderit, quòd jam ſecundùm ritum ſuum eandem repudiaverit, cùm repudium ipſum veritas Evangelica repudiaverit: ſed nec fornicationem dimiſſor dimiſſæ poterit objicere, propterea quòd alii poſt repudium nupſerit, niſi aliàs fornicata fuerit.

*Si paganus priùs plures uxores habeat, poſt fidem ſuſceptam habebit primam. h.d.*

QVia verò *e* pagani in plures ſimul fœminas affectum conjugalem dividunt, utrum poſt converſionem omnes, vel quam ex omnibus converſus retinere valeat, non immeritò dubitari poterit. Et cùm nulli unquam licuerit, plures habere ſimul uxores, niſi cui divina fuit revelatione conceſſum, nec cuiquam uxore etiam ob fornicationem dimiſſa, aliam liceat ſuperinducere, evidenter apparet, pluralitatem in utroque ſexu (cùm inter conjuges ſervanda ſit æqualitas) circa matrimonium reprobandam, & de pluribus primam tantùm retinendam.

*Matrimonium non ſolvitur altero conjugum fidelium in hæreſim lapſo. h.d.*

ALia ſanè cauſa eſt eorum conjugum *f*, quorum alter vel in hæreſim labitur, vel ad infidelium tranſit errorem: neque enim hoc caſu, qui relinquitur, ad ſecundas nuptias deſcendere poterit. Nam etſi matrimonium verum inter infideles ſit, non tamen eſt ratum: inter fideles autem, & verum & ratum exiſtit, quia ſacramentum fidei, quod ſemel eſt admiſſum, nunquam amittitur, ſed ratum efficit conjugii ſacramentum, ut ipſum in conjugibus, ipſo durante, perduret.

*Per dationem inſtantiæ ſolvitur argumentum. h.d.*

NEc *g* refert, quòd à quibuſdam forſan objici poſſet, quòd fidelis relictus non debeat jure ſuo ſine

a *C. tua nos. extr. de ſponſ.* b *Ca. inter opera. ext. de ſponſal.* c *Ca. 1. & 2. & per totum tit. ext. qui cler. vel vov. matrim. contra. poſſ.*

a *Can. ſi quis Iudæa. 28. q. 1.* b *C. quanto. §. ſi enim alter. extr. de divor.* c *C. gaudemus. §. quòd ſi converſum. extr. de divor.* d *d. c. gaudemus. §. qui autem. de divor.* e *d. c. gaudemus. §. quia verò. extr. de divor.* f *C. quanto. §. ſi verò. de divor.* g *d. can. quanto. §. nec obſtat. ext. de divor.*

culpa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

culpa privari, cùm idem multis caſibus contingat, ut ſi alter conjugum incidatur. Et hoc quoque quorundam malitiæ occurritur, qui odio conjugum ſimularent hæreſim, ut poſtmodum nubentibus conjugibus ab ipſa reſilirent. Quinimò, qui in fide permanſerit, ad eum qui ab hæreſi vel infidelitate ad Eccleſiam revertitur, vel invitus redire cogendus erit, niſi ad religionem tranſire maluerit.

*Conjugiorum aliud eſt legitimum & non ratum, aliud legitimum & ratum, aliud ratum & non legitimum. h.d.*

EX his apparet conjugium *a* aliud eſſe legitimum & non ratum: aliud legitimum, & ratum: quoddam verò, quod ratum quidem eſt, ſed non legitimum. Legitimum, & non ratum conjugium eſt, quod legali inſtitutione, vel Provinciæ moribus contrahitur: hoc inter infideles ratum non eſt, quia diſſolvi poteſt dato libello repudii, lege fori, & non lege poli, quam non ſequuntur. Inter fideles verò ſemper ratum eſt conjugium, cùm conjugia ſemel inter eos contracta nunquam ſolvi poſſint. Horum verò quædam ſunt etiam legitima, veluti cùm ſervatis nuptialibus ritibus, uxor ſponſo traditur. Illorum verò conjugia, qui contemptis legitimis ſolennitatibus, ſolo affectu aliquam ſibi deligunt in conjugem, non legitima, ſed rata tantummodo eſſe creduntur: quanquam enim ſpretis ritibus Eccleſiæ, matrimonium contrahi non debeat, non tamen ob id ſolum ſacramentum conjugii diſſolvi debet. Quin potius ſi tale matrimonium fuerit ab Eccleſia poſtmodum comprobatum, filii generati, & legitimi judicandi erunt, & hæredes: aliqua tamen illis erit imponenda pœnitentia, qui conceptis Eccleſiæ præceptionibus matrimonium contraxerunt.

*Juſtus metus, niſi purgatus fuerit, impedit matrimonium. h.d.*

COactio, quoque & juſtus violentiæ metus matrimonium impediunt. Cùm *b* enim ſolo conſenſu conjugium contrahatur, plena debet ille ſecuritate gaudere, cujus eſt animus indagandus, ne metu impulſus dicat ſibi placere quod odit. Planè *c* quæ invita probat ſe ſponſalia contraxiſſe, ſi comperiatur poſtmodum ſponte cognita, ad matrimonii diſſolutionem proclamare, & metum cauſare non poterit.

*Furor impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit contractum. h.d.*

FVror quoque quia conſenſum impedit nuptias contrahi prohibet: contractas autem non dirimit.

*Frigiditas & coëundi impotentia matrimonium impediunt. h.d.*

ITem frigiditas *d* & coëundi impotentia legitimum matrimoniis impedimentum afferunt. Sicut enim puer, qui debitum reddere non poteſt, non eſt aptus conjugio: ſic, qui ita ſunt natura impotentes, ut nec ope medicorum ſine mortis periculo juvari poſſint, apti ad contrahenda matrimonia minimè putantur. Ea igitur, quæ adeò eſt arcta, ut mulier fieri & alteri carnaliter commiſceri non poſſit, niſi per inciſionem, ad matrimonium contrahendum non debet idonea judicari.

*Leproſi poſſunt matrimonium contrahere. h.d.*

ALia eſt cauſa leproſorum *e*: nam ſi mulierem invenerint, quæ ſibi velit nubere, vel mulier leproſa virum, liberum erit illis conjugali vinculo colligari.

*Publica honeſtatis juſtitia impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit. h.d.*

PVblicæ *f* quoque honeſtatis Iuſtitia tam matrimonium contrahendum impedit, quàm contractum irritat. Eſt autem publicæ honeſtatis Iuſtitia, quæ ex legitimis ſponſalibus oritur mulieris, quæ illi conjuncta eſt, cum qua nunc vir matrimonium contrahere deſiderat: ut, ecce cum Berta ſponſalia contraxi, volo nunc cum Gemma, quæ Berta cognationis vinculo eſt conjuncta, matrimonium contrahere: publica honeſtate impedior. Inhoneſtum enim ac turpiſſimi viſum eſt exempli, ut ei quis nubere valeat, cujus conjunctam ſponſalia frangendo deceperit, ne in eandem ejus nubendo conjunctæ, quaſi injuriam cumulet.

*Sponſalia pura & certa, ex conſenſu valida, licet aliàs nulla, inducunt publicæ honeſtatis juſtitiam, quæ ſequentia ſponſalia dirimit, non præterita. h.d.*

VSque adeò autem ex puris & certis ſponſalibus *a* impedimentum juſtitiæ publicæ honeſtatis exoritur, ut etiam ſi illa conſanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quavis ratione nulla ſint, dum tamen non ſint nulla ex defectu conſenſus, nihilominus & impedire & dirimere ſequentia ſponſalia, vel matrimonia dignoſcatur, licet præcedentia diſſolvere non valeant. Quare, qui ſponſalia pure ac determinatè cum aliqua muliere contraxit, & poſtmodum cum ſecunda prioris conſanguinea idem fecit, ex priorum ſponſaliorum vigore ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus.

*Filii nati ex matrimonio, cui obſiſtit publicæ honeſtatis juſtitia, non ſuccedunt patri ſcienter contrahenti. h.d.*

FIlii quoque nati ex matrimonio *b*, quod publicæ honeſtatis Iuſtitia impediente contractum fuit, cùm nec Eccleſiæ permiſſionem, nec patris allegare poſſint ignorantiam, ad ſucceſſionem bonorum paternorum minimè admittentur.

## DE TRIPLICI COGNATIONE.
## TITVLVS XIII.

*Cognatio eſt triplex, ſpiritualis, legalis, & naturalis: & ſpiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit. h.d.*

MVltò magis cognatio matrimonio interdum eſt impedimento: eſt autem cognatio triplex, ſpiritualis, legalis, & naturalis. Spiritualis *c* cognatio eſt, attinentia quædam proveniens ex ſacramenti collatione, vel ad ſacramentum detentione. Non ſolùm igitur *d* inter baptizantem, & illum qui eum de baptiſmo ſuſcepit, item inter baptizatum & ſuſcipientis filios, & uxorem ante ſuſceptionem à ſuſcipiente carnaliter cognitam: verùm etiam inter ſuſcipientem, parentesque baptizati, cognatio ſpiritualis contrahitur, quæ & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit poſtea contractum. Et quæ de ſuſcipiente dicta ſunt, eadem etiam de baptizante ſunt intelligenda.

*Excepto baptiſmate, & confirmatione, non oritur ex ſacramentis cognatio impeditiva matrimonii. h.d.*

EIſdem modis confirmatione *e* ſpiritualis cognatio contrahitur, matrimonia ſimiliter impediens contrahenda, & poſtea contracta dirimens. Ex datione verò aliorum ſacramentorum cognatio ſpiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat, vel diſſolvat.

*Cognatio ſpiritualis per Catechiſmum contracta, impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit contractum. h.d.*

PEr Catechiſmum *f* an ſpiritualis cognatio contrahatur, dubitatum eſt: & conſtitutum eſt, contrahi quidem illam, ſed non tantam: licet enim ex ea contrahendum matrimonium impediatur, poſt eam tamen contractum minimè diſſolvetur.

*Spiritualis cognatio non dirimit matrimonium antea contractum. h.d.*

DIximus autem hujuſmodi cognationem matrimonia contracta dirimere, non ſimpliciter, ſed poſtea

a *C.fi.§.item illud.28.q.1.* b *Cùm locum.ext.de ſponſ.* c *C.inſuper.ext.qui matrim.accuſ.poſſ.* d *ext.per totum tit.de frig.& malef.* e *C.2.ext.de conjug.leproſ.* f *C.referente.ext.qui fi li ſint legitim.c.juvenis.& ſeq.ext.de ſponſ.*

a *C.1 de ſponſ.in 6.* b *C.referent.ext.qui fil.ſint.le.* c *gl.in ver.ſpiritualis.c.1.de cog.ſpir.in 6.* d *d.c.1.de cog.ſpiritual.in 6.* e *C.1.§.fi.de cogn.ſpir.in 6.* f *C.2.de cogn.ſpir.*

contracta: nam *a* ſi vir vel mulier ex ignorantia vel dolo proprium filium de ſacro fonte ſuſceperit, propter hoc ſeparari non debent, nec alter alteri debitum ſubtrahere, niſi ad continentiam ſervandam poſſint induci: quia ſi ex ignorantia id factum eſt, eos ignorantia excuſare videtur: ſi ex malitia, eis proprius dolus patrocinari non debet. Quinimò pro tali auſu, matrimonio ſua firmitate durante, pœnitentia imponenda erit.

*Filii per quorum neutrum ventum eſt ad compaternitatem, copulari poſſunt, niſi mos regionis aliud inducat. h.d.*

DE *b* filiis quoque, per quorum neutrum ad compaternitatem ventum eſt, an copulari poſſint, quæſitum eſt: & ſanè, niſi conſuetudo Eccleſiæ, ubi de contrahendis nuptiis agitur, vel aliarum vicinarum aliter ſe habeat, tali conjugio minimè obſiſtendum erit.

*Licet plures non debeant eſſe patrini, ſi plures tamen fuerint, cum omnibus ſpiritualis cognatio contrahitur. h.d.*

DE eo quoque admonendi ſumus, quòd *c*, licet non plures, quàm unus vir, vel una mulier ad ſuſcipiendum de ſacro fonte infantem accedere debeant: ſi tamen plures acceſſerint, ſpiritualis cognatio æquè, quoad omnes, inde contrahitur, tam matrimonia contrahenda impediens, quàm etiam poſtea contracta diſſolvens. Circa quod idem ſtatuitur & de confirmatione.

*Legalis cognatio modò affert temporale impedimentum matrimonii, modò perpetuum. h.d.*

LEgalis cognatio, eſt proximitas per adoptionem proveniens. Ejus autem duæ ſunt ſpecies: una, quæ temporalem impediendi matrimonii cauſam continet: alia, quæ perpetuam. Temporalem cauſam impedimenti continet ea, quæ inter te, & eam, quæ tibi per adoptionem ſoror eſſe cœperit, intercedit. Nam per adoptionem quæſita fraternitas, eouſque nuptias impedit, donec manet. Perpetuam prohibitionis cauſam continet, utputà quæ inter adoptantem & adoptatum, item inter adoptantem uxoremque adoptati. & inter adoptatum uxoremque adoptantis, intercedit. Nam & per emancipationem diſſoluta adoptione, matrimonium impeditur.

*Quid ſit naturalis cognatio, quid conſanguinitas, quid affinitas. h.d.*

NAturalis cognatio eſt, quæ medio conſanguinitatis, vel affinitatis contracta reperitur. Eſt autem conſanguinitas *d* attinentia perſonarum ex eo proveniens, quod una deſcendit ab altera, vel ambo ab eadem: vel conſanguinitas, eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contractum. Et dicitur conſanguinitas, quaſi ſanguinis unitas, quia ſcilicet conſanguinei de communi ſanguine deſcendunt. Affinitas *e* quædam perſonarum proximitas ex coitu proveniens: ex eo dicta, quaſi duorum ſit ad unum finem unitas. Cùm enim duæ cognationes diverſæ per aliquorum copulam conjunguntur, alter ad alterius cognationis quaſi quoſdam fines accedere videtur.

*Affinitas & conſanguinitas contrahitur etiam ex damnato coitu. h.d.*

NEc *f* intererit, quòd ad conſanguinitatem, vel affinitatem contrahendam, ex juſtis nuptiis aliqui, an ex damnato coitu invicem copulati fuerint.

*Hodie matrimonia uſq; ad quartum gradum incluſivè ſunt prohibita, & de facto contracta temporis curſu non validantur. hoc dicit.*

COnſtitutum igitur erat olim, ut quicunque vel ſeptimo conſanguinitatis, ſive affinitatis gradu ſeſe invicem contingerent, legitimas nuptias contrahere non poſſent, quod ipſum non ſolùm in primo, verùm etiam in ſecundo & tertio affinitatis genere ſibi locum vendicabat: nec ſoboles ex ſecundo matrimonio ſuſcepta, cognationi præmortui viri copulari poterat. Sed cùm hujuſmodi prohibitiones difficultatem frequenter inducerent, & aliquando periculum parerent animarum, evidenti utilitate ſuadente, hujuſmodi conſtitutiones abrogatæ fuerunt *a*, ſancitumque, ut prohibitio copulæ conjugalis quartum conſanguinitatis gradum primi duntaxat generis non excedat. Vir *b* igitur, qui à ſtipite quarto gradu, & mulier, quæ ex alio latere diſtat quinto, licitè conjungi poterunt. Aliàs ſi propiore gradu ſeſe invicem contingant, temerè contractum matrimonium adeò erit irritum, quòd nullo poterit annorum numero defendi.

*Infideles intra quartum gradum conjuncti, ſi convertantur, non ſunt ſeparandi, & eorum proles eſt legitima. h.d.*

SI tamen infideles *c*, qui ſecundùm veteris, vel propriæ legis inſtituta, circa gradus conſanguinitatis, vel affinitatis à Canonibus notatos, conjuncti ſunt, Domino inſpirante converſi fuerint, matrimonium antea contractum non erit poſt baptiſmi lavacrum irritandum: cùm per ſacramentum baptiſmi non ſolvantur conjugia, ſed crimina dimittantur. Vnde & proles inde nata legitima cenſebitur.

*Propinquitas viri reputatur uxoris, & propinquitas uxoris reputatur viri. h.d.*

ADmonendi etiam ſumus, perinde virum à conſanguineis & propinquis uxoris abſtinere debere, & uxorem à propinquis viri, atque à propriis. Hujus autem rei manifeſta ratio illa eſt: quia, ſi ſecundùm divinam ſententiam ego & uxor mea una caro ſumus, profectò mihi & illi mea ſuaque cognatio una propinquitas efficitur. Quocirca ego & ſoror meæ uxoris in uno & primo gradu erimus, filius verò ejus in ſecundo gradu erit à me, nepos tertio, & ſic deinceps. Vxorem verò propinqui, cujuſcunque gradus ſit, ita me oportet attendere, quemadmodum ſi ejuſdem gradus fœmina propriæ propinquitatis exiſtat: quod nimirum & uxori meæ de propinquitate mea, in cunctis cognationis gradibus, convenit obſervare.

*Conjuncti uxoris non impediuntur matrimonium contrahere cum conjunctis viri. h.d.*

QVanquam autem omnes conſanguinei viri, uxoris ſint affines, inter conſanguineos tamen uxoris & viri nulla intelligitur eſſe affinitas contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. Pater igitur & filius cum matre & filia, item duo cognati cum duabus cognatis, licitè contrahere poterunt.

*Qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ non poteſt debitum petere, licet reddere teneatur, & uxore ſuperſtite, carebit ſpe conjugii. h. d.*

SI *d* quis autem contracto matrimonio conſanguineam uxoris ſuæ cognoverit: utputà, ſi vitricus privignam, vel maritus ſororem propriæ uxoris adulteraverit, matrimonium quidem antea contractum non dirimitur: ſed qui ſe ita contra leges alteri commiſcuit, à conjuge nunquam debitum petere poterit, nec cum aliqua legitimas unquam nuptias contrahere, licet propriæ uxori ſupervixerit.

*Vxor, cujus conſanguinea à proprio viro cognita eſt, monenda eſt, non cogenda ad continentiam. h.d.*

VXor quoque, cujus conſanguinea à proprio marito fuit cognita, diligenter eſt commonenda, ut à commixtione viri abſtineat *e*, & in continentia maneat, donec vir viam univerſæ carnis ingreſſus fuerit. Quòd ſi fortè monitionibus parêre recuſans, talis fuerit, ut de lapſu ipſius probabiliter timeri poſſit, vir ejus & po-

a *Ca. 2. extr. de cogn. ſpirit.* b *Ca. ſuper eo. extr. de cogn. ſpirit.* c *C. fi. de cogn. ſpirit. in 6.* d *Ads ad Arb. conſang. in 6. in declar.* e *In declar. Arb. affin.* f *In declar. Arb. affin. in 6.*

a *Ca. non debet. ext. de conſan. & affin.* b *C. fi. ext. de conſanguin. & affin.* c *C. de infidelib. ext. de conſang. & affin.* d *Ca. transmiſſa. extr. de eo qui cogn. conſang.* e *C. pen. & fin. ext. de eo qui cogn. conſ.*

teſt

terit & debebit debitum ſibi ſolvere conjugale; cùm *a* affinitas poſt matrimonium iniquè contracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non exiſtit.

*Subſequens affinitas non dirimit matrimonium, ſed præcedens legitimè probata.h.d.*

ERgo præcedens affinitas, non ſubſequens dirimit matrimonium. Sed nec id quidem indiſtinctè obtinet. nam *b* etſi utriuſque conjugum conſtet aſſertione, acclamante etiam vicinia, quòd conjugatus ante contractum matrimonium uxoris ſuæ conſanguineam cognoverit, propterea conjuges ſeparari non debent: nec enim talis confeſſio momentum habere debet, cùm alioqui facilè fieri poſſit, ut quicunque inter ſe contra matrimonium velint colludere, ad confeſſionem inceſtus facilè proſiliant, ſi ſuæ aſſertioni Eccleſiæ judicium acceſſurum credant. Rumor autem viciniæ non eſt adeò judicandus validus, ut, niſi fide dignæ probationes accedant, poſſit ritè contractum matrimonium irritare.

## DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

### TITVLVS XIV.

*Prohibentur matrimonia contrahi clandeſtinè, nec poſtea oporteat illa diſſolvere.h.d.*

NE *c* tamen poſt ſecutam copulam & ſuſceptam prolem, detectis quibuſdam impedimentis, non ſine gravi ſcandalo contracta matrimonia retractari oporteat, nevè, ſi alter conjugum qui clàm contraxerint, conjugium negaverit legitimis probationibus deficientibus, Iudicis ſententia ritè fuerit abſolutus, uterque aliis nubendo reatum incurrat adulterii, conſultiſſimè conſtitutum eſt *d*, ut nullus fidelium occultè nuptias contrahat. Sed cùm matrimonia contrahenda fuerint *e*, per Presbyterum proponantur publicè, competenti termino præfinito, intra quem qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum opponat, & ut ipſe quoque Presbyter per ſe inveſtiget, utrum aliquod futuro matrimonio obſiſtat impedimentum.

*Suſpenditur contractus matrimonii, donec extat præſumptio, quòd non poſſit contrahi.h.d.*

CVjus *f* ſi apparuerit probabilis conjectura, contractus expreſsè interdicetur, donec quid fieri debeat, manifeſtis conſtiterit documentis.

*Nati ex clandeſtinis & interdictis matrimoniis non ſunt legitimi, licet nati ex matrimonio contracto in faciem Eccleſiæ ante ſententiam divortii ſint legitimi, niſi uterq; conjugum noverit impedimentum.h.d.*

QVicunque *g* verò hujuſmodi clandeſtina & interdicta conjugia inire auſus fuerit, etiam ignoranter, proles ex hujuſmodi conjunctione ſuſcepta, prorſus illegitima cenſebitur, nec de parentum ignorantia ullum eſt habitura ſubſidium: cùm ſic contrahentes, vel non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectores ignorantiæ videantur, licet alioqui, ſi ignorantes in faciem Eccleſiæ contraxerint, ante latam ſententiam divortii nati, & legitimi habeantur, & in bona paterna hæreditario Iure ſuccedant. Idem Iuris erit, ſi in conſpectu quidem Eccleſiæ contraxerint ſed impedimentum ambo noverint.

*Sacerdos contemnens conſtitutiones Eccleſiæ punitur pro qualitate culpæ, & clandeſtina matrimonia, ſi publicentur, recipit Eccleſia.h.d.*

SAnè *h* ſi parochialis ſacerdos tales conjunctiones prohibere contempſerit, per triennium ab officio ſuſpendendus erit: graviùs etiam puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulaverit. Verùm (ut ſuprà indicavimus) ſi contrahentes clandeſtina matrimonia publicare voluerint, niſi alia cauſa impediat, ab Eccleſia recipienda ſunt, tanquam à principio in Eccleſiæ conſpectu contracta.

## QVI MATRIMONIVM ACCVSARE POSSVNT, VEL CONTRA ILLUD TESTIFICARI.

### TITVLVS XV.

*Non admittitur ad accuſandum matrimonium, qui tempore denunciationis ſiluit, niſi juret de calumnia, & quòd poſt denunciationem novit quæ objecturus eſt: & negligentia authoris mei non intelligitur eſſe mea.h.d.*

NOn tamen quandocunque, aut indiſtinctè omnes ad matrimonium impugnandum admittendi erunt. Nam ſi quis tempore factæ à ſacerdote denunciationis *a* in ipſa diœceſi conſtitutus, nihil contra matrimonium dixerit, eidem mox conjunctos impetere minimè concedendum erit, niſi proprio firmaverit juramento, quòd ea, quæ objecturus eſt, poſteà didicerit, quandoque ad accuſandum dolo non proſiliat: quo caſu etiamſi, quod objecturus eſt, ab illis didiciſſet, qui denunciationis tempore ſiluerunt, claudi non debet ei accuſandi aditus: quoniam etſi ab impetitione hujuſmodi, culpa ex tali ſilentio contracta, authores excludat, iſte tamen, qui culpa caret, amoveri non debet.

*Ex cauſa etiam poſt denunciationem poteſt quis matrimonium accuſare. h.d.*

IDem juris erit *b*, ſi tempore denunciationis, vel extra diœceſim commorabatur, vel aliàs denunciatio ad ejus notitiam pervenire non potuit: utputa, ſi nimiæ infirmitatis fervore laborans, mentis non erat compos, vel in annis tam teneris conſtitutus erat, ut ad talium rerum perceptionem ejus ætas ſufficere non valeret, ſive alia legitima cauſa fuerit impeditus.

*Ad accuſandum matrimonium, non ex cauſa delicti, ſoli conjuges admittuntur.h.d.*

SEd nec omnes ad accuſationem, teſtimoniumvé dicendum admitti debent: nam ſi de tali impedimento agendum ſit, quod neque conjugum in ſe delictum contineat, nec ob id matrimonium diſſolvi cujuſquam interſit, præterquam ipſorum conjugum (utputa, ſi erratum in conditione ſtatus fuerit, vel ſi mulier ita ſit arcta, ut cognoſci non poſſit, vel vir ita frigidus, ut coire nequeat) ſoli ipſi conjuges admittentur.

*Ad accuſandum matrimonium ex cauſa delicti, omnes admittuntur, ſed potiſſimum conjunctiores, antiquiores, & honeſtiores, h. d.*

QVòd ſi delictum contineat, ut, quia aliqui in gradu vetito vel contraxiſſe, vel contrahere velle dicantur, tunc quilibet quidem ad accuſandum recipitur, ſed omnium maximè parentes *c*: & ſi ii deſint, proximiores, id eſt, ſoror, frater, patruus, avunculus, amita, matertera, eorumque deſcendentes. Quòd ſi progenies tota defecerit *d*, ab antiquioribus, & honeſtioribus, quibus eadem propinquitas nota veriſimiliter eſſe debeat, accuſatio, teſtimoniumvè recipi poterit. Ideò autem omnium maximè parentes, & conjunctiores admittuntur, quoniam unuſquiſq; ſuam genealogiam cum teſtibus & chartis, tum verò ex recitatione majorum ſcire laborat. Nulli igitur decentiùs admitti debent, quàm qui meliùs ſciunt.

*Speciale eſt in cauſa matrimonii, quòd pater admittitur in cauſa filii, & econtrà. Et teſtimonium parentum interdum non debet admitti, ubi eſt diſparitas inter conjuges.h.d.*

QVod *e* autem legitur, pater non recipiatur in cauſa filii, nec filius in cauſa patris, in criminalibus

a *Cap. diſcretionem. in fi. & ca. pen. extr. d. tit.* b *Cap. ſuper eo. ext. de eo qui cogno. conſa.* c *gl. in ſum. 30. q. 5. & can. ſi quis divinis §. his itaq. diſt. 30. q. 5.* d *Can. 2. 30. q. 5.* e *C. cum inhibitio. in prin. ext. eod. tit.* f *d. c. cùm inhibitio. §. cùm autem. extra, eo. tit.* g *d. cum inhibitio. §. ſi quis. ext. eod. tit.* h *d. ca. cùm inhibitio. §. fi. extr. eo. tit.*

a *Ca. cùm in tua. §. alioquin. extr. eo. tit.* b *Ca. cùm in tua. §. ſuper quo. extr. eo. tit.* c *C. videtur. extr. eo. tit.* d *Ca. 1. cum palea ſeq. 35. q. 6.* e *Ca. videtur. §. quòd verò. extr. eo. tit.*

cauſis & contractibus ſibi locum vendicat. In matrimonio verò conjungendo & impediendo, ex ipſius conjugii prærogativa, & quia favorabilis res eſt, congruè admittuntur. Vbi tamen *a* alter conjugum divitiis, honore, nobilitate, & potentia ſuperior eſſet, teſtimonium illius, qui parens eſſet inferioris, adeò ſuſpectum redditur, ut illud nullo modo ſit admittendum: cùm parentes filiorum incrementum, & honorem affectare proculdubio comperiantur.

*Quales eſſe, & qualiter jurare debent teſtes ſuper conſanguinitate. h.d.*

QVoties *b* ergo aliqui propter cognationem propinquitatis ſeparari petuntur, duobus vel tribus ejuſdem conſanguinitatis teſtibus adhibitis, vel totidem ſenioribus & melioribus ejuſdem loci, id debet legitimè comprobari. Teſtium autem examinatio in hac cauſa duplicis interventu juramenti fieri debet: ut jurent ſcilicet, & ſe non privato odio, neque amicitia, nec alicujus proprii commodi intuitu, ad hoc jurandum inductos: & ſicut ipſi dicunt, rei veritatem à majoribus accepiſſe, & ſe credere ita eſſe.

*Probatio matrimonialis impedimenti non poteſt reprobari. h.d.*

PRæſtitis *c* autem juramentis & impedimento matrimonii legitimè probato, ſi quis contra præcedentem probationem partibus publicatam, quaſi matrimonium impediri jure non valeat, probare velit, audiendus non erit, ſed priori ſtandum erit probationi.

## DE DIVORTIIS.
### TITVLVS XVI.

*Divortium eſt diſſolutio matrimonii. Et ſeparatio tori poteſt appellari divortium. h.d.*

DIvortium *d* eſt diſſolutio matrimonii, quæ utroque vivente conjuge contingit. Sed & ſimplicem tori ſeparationem divortium non malè appellamus.

*Matrimonium regulariter diſſolvi non poteſt, & niſi ſequuta ſit copula, ſolvitur per ingreſſum monaſterii, ita ut remanens in ſeculo poſſit alteri nubere. h.d.*

SCiendum eſt igitur legitimè contractum matrimonium diſſolvi non poſſe, quippe à Deo conjuncti ab homine ſeparari non debent, nec valent: ſi tamen alter conjugum *e*, qui per verba contraxit de præſenti, copula non ſecuta, ſeſe ad obſervantiam regularem voluerit aſtringere, poterit id altero etiam inconſulto efficere: & ei, qui in ſeculo remanere voluerit, alteri ſe jungere permittendum erit, nec cauſari poterit religionem ingreſſus, ſe falſa ad id cauſa inductum, putà quòd conjugem lepra percuſſam crediderit, & ob id ejus abominatus complexus fuerit, cùm & ſine cauſa id ipſum facere potuerit.

*Dicenti ſe velle ingredi religionem, eſt certum tempus præfigendum, intra quod vel ingrediatur, vel ad uxorem redeat. h. d.*

EI *f* autem qui ſe ad religionem tranſire velle dictitat, certum eſt præfigendum tempus, intra quod legitimè caveat, quòd aut ad religionem ſe transferet, vel redibit ad conjugem.

*Reddit rationem, cur non ſecuta copula per religionis ingreſſum matrimonium diſſolvitur. h.d.*

NEque mirum videri debet, quòd poſt legitimum de præſenti præſtitum conſenſum, carnis non ſecuta commiſtione *g*, alter conjugum etiam altero invito ad vitam regularem tranſitum facere valeat: quia cùm nondum una caro effecti ſint, ſatis probabiliter, uno ad Deum tranſeunte, alter in ſeculo remanere poterit.

a *C. ſuper eo. extr. de teſtibus.* b *C. quoties. extr. de teſtibus.* c *C. juravit. extr. de probation.* d *Ca. 1. in glo. 32. q. 7. & glo. 2. in c. omne. 27. q. 2.* e *C. ex parte. §. nos autem. ext. de converſ. conjuga.* f *C. ex publico. extr. de converſ. conjuga.* g *C. 2. ext. de con. conjug.*

*Per ſacri ordinis ſuſceptionem non diſſolvitur matrimonium, etiam non conſummatum. h.d.*

DIverſum ſtatuitur, ſi quis poſthabito Canonico religionis ingreſſu, poſt aliquam per verba de præſenti deſponſatam, ſacros ordines ſuſceperit. quanquam enim votum per ſacri ſuſceptionem ordinis firmatum, ad impediendum matrimonium futurum, ac dirimendum poſteà contractum habeatur efficax: ad diſſolvendum tamen priùs contractum etiam non conſummatum, invalidum cenſetur. Ideoque talium ordinum non obſtante ſuſceptione, ſi ad profitendam probatam religionem induci non valeat, & ſponſa ejus inſtiterit contractum matrimonium conſummare, per cenſuram Eccleſiaſticam compellendus erit.

*Cultus diſparitas, & creatoris contumelia ſunt juſta cauſa dirimendi: & quod facit Papa, Deus cenſetur facere. h.d.*

SEd & ſi inter infideles matrimonio contracto ſequuta copula fuerit, ſi alter qui in infidelitate permanſerit *a*, velit à fideli disjungi, aut non niſi cum contumelia creatoris, cum altero commorari, licebit Chriſtiano non modò matrimonium diſſolvere, ſed etiam (ut ſuprà diximus *b*) alteri ſe matrimonio jungere. Quibus caſibus cùm authoritate ſedis Apoſtolicæ, & Romani Pontificis matrimonium diſtrahatur, non jam humana, ſed potiùs divina poteſtate conjugium diſſolutum intelligitur.

*Ob veram coëundi impotentiam, non ob putativam diſſolvitur matrimonium. h.d.*

ITem ſi quis ignarus virginem in uxorem duxerit, quæ adeò arcta ſit, ut mulier fieri non poſſit, vel ſimile vitium à natura contraxerit, ut ope medicorum non poſſit adjuvari: aut mulier virum acceperit, qui adeò frigidæ ſit naturæ, ut eidem carnaliter commiſceri non poſſit, poterunt invicem ſeparari: & qui matrimonio aptus erit, ad ſecundas nuptias liberè tranſitum facere. Si quis tamen coëundi impotentiam cauſatus, poſt ſeparationem aliam acceperit, aut ea *c* quæ arcta putabatur, aliquem invenerit, qui ſibi ſeras reſeraret, utroque caſu poſt peractam pœnitentiam, ad priora conjugia redire compellendi erunt.

*Quam quis duxit vel retinuit ſciens copulæ non idoneam, habebit ut ſororem, ſi non poteſt habere velut uxorem. h.d.*

PLanè ſi ſcienter *d* quis cum ea, quæ maritus impotens eſt commiſcere, matrimonium contraxerit, vel alterius comperta poſtmodum impotentia, ſimul morari conſenſerint, his caſibus Eccleſia judicare conſuevit, ut quas viri tanquam uxores habere non poſſint, habeant ut ſorores.

*Ob fornicationem carnalem vel ſpiritualem non ſolvitur matrimonium, ſed fit ſeparatio tori. h.d.*

SÆpiùs tamen accidit, ut matrimonii remanente ſacramento, tori tantùm fiat ſeparatio, utputà, ſi alter conjugum carnaliter vel ſpiritualiter fornicatus fuerit: quibus caſibus matrimonium minimè aboletur, ſed ſibi ſunt invicem conjuges, etiam ſeparati.

*Pendente judicio ſuper adulterio, non habet locum ſeparatio tori. h.d.*

SEd & ſeparatio non inſtituta ſtatim de crimine accuſatione, facienda erit: ſed probata *e* & peracta. Interim enim pendente judicio, conjugum alteruter, lure, quod habet in altero, privari non poterit.

*Facta ſeparatione tori ob fornicationem carnalem, poſt emendationem non compelluntur conjuges ſe reſumere: ſecus, ſi ob ſpiritualem, niſi alter velit monaſterium ingredi. h.d.*

MVltum autem intereſt, utrùm ob carnalem, an verò ob ſpiritualem fornicationem tori ſit facta ſeparatio. Primo enim caſu maritus adulteram uxorem

a *C. quanto. ext. de divor.* b *ſuprà tit. qua mat. impe. poſſ. §. a. §. & ſeq.* c *C. fratern. in fi. extr. de frig. & malef.* d *C. conſultationi. ext. de frig. & malef.* e *C. 2. ext. ut lite penden.*

etiam

etiam emendatam, niſi & ipſe ſimili fornicatione *a* pollutus fuerit, recipere non compellitur, ſed fornicatrix in clauſtris cum religioſis mulieribus ad perpetuam agendam pœnitentiam erit collocanda *b*. Secundo vero, ſi fornicatus ſpiritualiter, ab infidelitate revertatur, cogetur, quæ in fide remanſit, illum reſumere, niſi & ipſa ad religionem tranſitum facere voluerit: quod etiam nolente viro ad fidem reverſo, exequi liberè poterit.

*Regulariter uxor & vir non poſſunt disjungi, ut alter ſumat ſacros ordines, aut monaſterium ingrediatur fallit hoc in caſibus præcedentibus & ſequentibus, h.d.*

HIs exceptis caſibus alter conjugum, altero in ſeculo remanente, nec ad ſacros ordines, nec ad regularem ſuſcipiendus eſt obſervantiam, niſi fortè remanens ejus ſit ætatis, ut ſine ſuſpicione incontinentiæ valeat in ſeculo remanere, aut ipſam continentiam vovere voluerit. Alioqui quanquam de uxoris licentia *c* monaſterium quis ingreſſus fuerit & profeſſionem fecerit, non uxor ad continentiam cogi, ſed vir ad uxoris torum evocari poterit, niſi poſt conjugis ingreſſum fornicata fuerit, aut ſe invicem continentiam promittendo abſolverint.

*Qui invita uxore ingreſſus eſt monaſterium, & ab eadem uxore redire coactus, ea mortua, non cogitur rurſus in monaſterium reverti, ſed non poterit amplius uxorem ducere. Quòd ſi uxore non contradicente fuerit ingreſſus, illa mortua non poterit exire, præſertim ſi fuerit profeſſus conſentiente uxore. h.d.*

QVæſitum tamen eſt, ſi quis uxore invita *d* monaſterium intraverit, & repetitus ad eam redire coactus fuerit, an eadem mortua, cogendus ſit ad monaſterium reverti, an verò aliam poſſit in uxorem ducere? Et in hac ſpecie reſponſum eſt, votum quidem non tenuiſſe, & propterea ad monaſterium redire minimè illum teneri: ſed cùm ingrediendo monaſterium, debitum ſe non exacturum, promiſiſſe videatur, ulteriùs uxorem ducere non poterit: cùm id vovere in ſua poſitum voluntate fuerit. Quòd ſi quis ſciente *e* uxore, nec contradicente, vitam profeſſus fuerit monachalem, uxore poſtmodum defuncta, nec habitum quem ſemel aſſumpſit, abjicere, nec aliquam ſibi matrimonio copulare poterit. Matrimonium quoque temerè *f* contractum dirimendum erit: quod in eo, qui conſentiente uxore profeſſus fuerit, multo magis obtinebit, quanquam monaſterium nunquam ingreſſus fuerit.

*Quæ credens virum eſſe mortuum, religionem eſt ingreſſa, à viro educta, ſi vir moriatur, non cogitur reverti ad monaſterium, licet id ſibi expediat. h.d.*

QVid ſtatuemus de ea, quæ credens maritum mortuũ *g*, habitum religionis aſſumpſit, an ſi eo reverſo, de monaſterio educta fuerit, poſt obitum viri ſit ad regularem obſervantiam compellenda? Et quidem huic conſultius ad ſalutem fuerit, ſi ad monaſterium redeat: ſed ſi ad hoc perduci non poterit, cogenda non erit.

*Etiam altero conjugum invito poteſt quis vovere peregrinationem. h.d.*

LIcet autem alter conjugum altero invito religionis votum non poſſit aſſumere, viri tamen etiam præter uxorem aſſenſum peregrinationis ad terram ſanctam propoſitum vovere, & implere liberè valent.

*Uxor non plenè certificata de morte viri, contrahere non poteſt, quamvis continere nequeat. h.d.*

ET *h* quamvis illi diutiſſimè in peregrinatione commorentur, vel etiam ab hoſtibus capti nuncientur, donec certum nuncium de virorum morte uxores non receperint, ad aliorum conjugium convolare non poterunt, quamvis ut certiorarentur, magnam adhibuerint diligentiam, & ejus ætatis ſint & fragilitatis, ut continere nequeant.

*Agenti petitorio ad conjugem, obſtat conſanguinitatis exceptio, ſecus ſi poſſeſſorio: quia antequam de exceptione cognoſcatur, plenaria reſtitutio eſt facienda, niſi conventus excipiens juret de malitia, & probationes habeat in promptu: quo caſu fiet reſtitutio quoad alia, non quoad copulam. h.d.*

ERgo niſi legitima ſubſit exceptio, conjugibus temerè disjunctis, alterum alterius repetendi ſemper integrum ius manet. Erit autem legitima exceptio, cùm aliquis conſanguinitatis gradus objicitur *a*: quo quidem caſu, licet ſi petitorio judicio actum ſit, antea de ipſa exceptione cognoſci debeat: ſi tamen poſſeſſorio quis experiatur, antequàm de conſanguinitate diſcutiatur, plenaria erit facienda reſtitutio, niſi is qui convenitur, & de malitia juret, & ſuper exceptione promptas probationes offerat. Quo caſu excepta carnali commixtione, tantùm quoad reliqua, reſtitutio facienda erit.

*Si mulier reſtituenda timeat ſævitiam viri, debet ab eo præſtari cautio: & ſi ea non putetur ſufficiens, dum cauſa plenè cognoſcitur, uxor eſt deponenda in loco honeſto & tuto. h.d.*

PRæſtanda tamen erit idonea cautio *b*, quòd nullam reſtitutæ violentiam vir inferet: quòd ſi tanta ſit viri ſævitia, aut odio tam capitali uxorem proſequatur; ut trepidanti mulieri ſufficiens ſecuritas provideri nequeat, uſque ad cauſæ deciſionem alicui probæ & honeſtæ mulieri ſtudioſiùs cuſtodienda committetur, in loco ubi vir, vel ejus conjuncti, mulieri nullam poſſint injuriam inferre. *c*

*Ob ſolam traductionem mulieris ad domum, nullum jus oritur impeditivum ſequentis matrimonii. h.d.*

ET hæc quidem obtinent, ſecuto inter viros & mulieres matrimonio. Cæterùm *d* ſi nullis præcedentibus ſponſalibus, vel legitimo conſenſu mulier ad viri domum jam traducta, poſtea abſcedens alii fortè nubere voluerit, nulla facienda erit reſtitutio.

*Qui vivente uxore etiam ab eo ſeparata quoad torum, ſecundam conſciam duxit uxorem, etiam prima mortua ſeparabitur à ſecunda, ſed cum alia contrahere poterit. h.d.*

FOrnicationis *e* quoque repetenti obſtat exceptio, toriqúe ob eam cauſam ſequuta ſeparatione, ſeparata vivente, aliam uſque adeò ſuperinducere quis prohibetur, ut ſi de facto duxerit, exque ea filios ſuſceperit, etiam mortua adultera eandem retinere non poſſit: quod ipſum & priore uxore minimè cognita ſibi locum vendicat, licet aliam ducere minimè prohibeatur.

*Si mulier matrimonium contraxerit cum eo quem ignorabat conjugatum, uxore prima mortua erit in ejus poteſtate virum retinere. h.d.*

HOc *f* tamen de ea intelligi oportet, quam quis non ignaram aliam vivere, & fortè aliquid in morte alterius machinatam, in uxorem duxit: nam ſi qua præcedentis matrimonii penitus inſcia alicui nupſerit, priore mortua, niſi mulier divortium petat, ad petitionem viri non ſunt ſeparandi. Nec enim ſuſtinendum eſt, ut vir qui ſcienter in legem commiſit, de proprio dolo commodum reportet.

*Cum ea quam quis uxore vivente cognovit non ſub ſpecie matrimonii, defuncta uxore poteſt quis contrahere, ſi neuter ipſorum machinatus eſt in mortem prædefunctæ uxoris. h.d.*

CVm ea autem, quam quis uxore vivente non prætextu matrimonii cognovit, ſi nihil in perniciē olim viventis uxoris vir, aut mulier cognita, machinati fuerint, nec fidem de contrahendo ſibi invicem dederint, contractæ poſteà nuptiæ legitimæ reputandæ erunt. Sed etſi

a *Can. pen. & fin. extr. de adult.* b *C. gaudemus. extr. de converſ. conjug.* c *C. 1. de converſ. conj.* d *C. quidam. extr. de converſ. conjug.* e *C. conſuluit nos, ext. d. tit.* f *C. ex parte. ext. d. tit.* g *C. placet nobis. ext. de converſ. conjug.* h *C. in Provincia noſtra. ext. de ſpon.*

a *Ca. literas. extr. de reſti. ſpolia.* b *C. literas in fin. extr. de reſtit. ſpol.* c *C. ex transmiſſa. ext. di. tit.* d *C. ex parte. extr. de reſti. ſpol.* e *C. ex literarum. extr. de eo qui dux. in mat.* f *C. 1. extr. de eo qui duxit in matr.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fidem quidem ſibi invicem dederint, vel etiam de facto contraxerint *a*, ſi nec antè, nec pòſt, legitima conjuge ſuperſtite, carnalis interceſſit copula, quamvis uterque graviter deliquerit, & propterea etiam ſit imponenda pœnitentia, matrimonium tamen contractum poſt uxoris obitum, minimè diſſolvetur.

*Bonum aliquod ſubſecutum præcedens delictum, & ejus pœnam non abolet. h.d.*

VSque adeò *b* autem machinato in alterius conjugum obitum adhibita, inter ſuperſtites machinatores matrimonii ſpem excludit, ut ſi infidelis cum Chriſtiana communicato conſilio ejuſdem maritum de medio ſuſtulerit, licet poſtea per ſtudium ſuperſtitis uxoris ad fidem Chriſtianam translatus fuerit, non tamen propterea magìs cum ea nuptias legitimas contrahere, aut contractas retinere poterit. Nec enim hujuſmodi lucro, tam deteſtandum damnum Eccleſia reſarciri patitur.

*Animus & propoſitum diſtinguunt maleficia. h.d.*

DIverſa *c* ratio eſt eorum, qui ad fidem converſi, illorum ſibi matrimonio junxerunt uxores, quos in belli certamine occiderunt: eorumque qui converſas duxerunt, quarum infideles maritos ſimili modo interfecerunt. nam cùm tales virorum defunctorum interitum ſpecialiter non quæſiverint, & matrimonium inter hujuſmodi perſonas licitè poteſt contrahi, & ſic conjuncti divortium poſtulare nequeunt.

*Punitur affectus licet non ſequatur effectus. h.d.*

SEd etſi machinationem adhibitam in necem conjugis effectus conſequutus non fuerit, ſi inſidiator alteri ſupervixerit, ſpe conjugii *d* perpetuò deſtitutus, ad ſecundas nuptias nunquam aſpirare poterit: ſicut & in iis accidit, qui inceſtum admiſerunt, ſacerdotem interfecerunt, & aliis pluribus caſibus.

*Secundæ nuptiæ abſq; timore infamiæ intra annum luctus poſſunt celebrari, ſed non debent benedici, quocunq; tempore contrahantur. h.d.*

ILlud quoque admonendi ſumus, quibus caſibus ſecundarum nuptiarum permiſſa eſt celebratio, minimè verendum eſt nupturis, ne ſi intra annum luctus ad ſecunda vota tranſeant, aliqua notentur infamia *e*. Cùm enim ſecundùm Apoſtolum mulier viro mortuo ſit ab ejus lege ſoluta, ejuſdem ſententia & authoritate, omnis legalis infamia cenſetur abolita: cùm in his præſertim ſeculares leges non dedignentur ſacros Canones imitari. Vir *f* tamen & mulier ad bigamiam tranſiens, non debet à Preſbytero benedici: quia cùm ſemel benedicti fuerint, hujuſmodi benedictio iterari non debet.

## DE REBVS SACRIS, SANCTIS, ET RELIGIOSIS.

### TITVLVS XVII.

*Titulus ſequens ſolùm ſubordinat ſequentia ad præcedentia. h. d.*

SAcramentorum breviter explicato tractatu, illorumque ſectione ac natura cognitis, tranſeamus jam ad res ſacras & ſanctas, quales ſunt Eccleſiæ, Altaria, Sanctorum in his conditæ reliquiæ, vaſa, veſtes, & ſimilia ad divinum cultum principaliter comparata. Paulò mox & de religioſis dicturi, ut ſunt, religioſæ domus, xenodochia, cœmeteria, & ſepulturæ.

## DE CONSTRVENDIS, CONSECRANDIS, ET REPARANDIS ECCLESIIS, ET ALTARIBUS.

### TITVLVS XVIII.

*Non licet celebrare, niſi in templis conſecratis, niſi ex privilegio, vel ex cauſa neceſſitatis. h.d.*

a *C. ſi. ext. de eo qui dixit in matr.* b *C. 1. ext. de converſ. infid.* c *C. 1. extr. de conv. infid.* d *C. 1. extr. de divortiis.* e *C. pen. & fin. extr. de ſecun. nup.* f *C. vir autem. extr. de ſecun. nup.*

ECcleſiam *a* hoc loco accipimus non tam Chriſtianorum multitudinem, fideliumque congregationem, quàm manufactum ipſum templum Dei, & orationis domum, ab eo quod continetur ejus quod continet ſumpta denominatione. Sicut ergo non alii *b*, quàm ſacrati Deo ſacerdotes, ſacramenta miniſtrare debent: ſic non in aliis, quàm in Domino conſecratis locis, cum ſuis altaribus, vaſis, veſtibus, & reliquis ad divinum cultum explendum utenſibus, itidem conſecratis, ſacrificia offerre licet: niſi quis ſuper hoc ſpeciali ſit privilegio munitus, vel ſumma coëgerit neceſſitas: utpote *c*, quia combuſta ſit eccleſia. quo caſu, donec illa reſtauretur, in capellis cum ſacrata tabula celebrari poterit.

*Conſtitutis in itinere, licet celebrare ſub dio, & celebrans in privatis domibus eſt deponendus. h.d.*

IN itinere *d* quoque conſtitutis, eccleſia non reperta, ſub dio, ſive in tentoriis, ſi tabula altaris, cæteraque ſacra miniſteria adfuerint, miſſarum ſolennia celebrari permittendum erit: alioqui ſi quis in oratoriis *e* intra privatas domos conſtitutis, ſine conſenſu Epiſcopi hoc facere auſus fuerit, deponendus erit.

*Epiſcopus excreſcentibus fidelibus, novam eccleſiam conſtruere poteſt, & unam in plures dividere. h.d.*

COnſtituuntur autem Eccleſiæ, vel ob incrementum populi, vel ob commoditatem plebium, vel certæ univerſitatis intuitu, aut in paſtoralis dignitatis privilegium. Ob incrementum populi tunc nova conſtituenda eſt Eccleſia, cùm certis in regionibus adeò multitudo fidelium excrevit, ut illorum curæ unica ſit impar Eccleſia. Sicut *f* enim ea ratione unus Epiſcopatus in duos, Antiſtitis accendente voluntate, dividi poteſt: ſic etiam Epiſcopus de baptiſmatibus & parochialibus Eccleſiis, Rectorum accedente conſenſu, facere poteſt: quod cùm factum fuerit, illa pars populi, quæ novis Eccleſiis ſupponitur, à jure prioris Eccleſiæ abſolvetur.

*Plures baptiſmales Eccleſiæ non debent fieri ſub una terminatione, & terminationis controverſia dirimenda eſt judicio plebium, vel ſortè. h.d.*

PLures *g* tamen baptiſmales Eccleſias in una terminatione facere non poterit. Quòd ſi de terminatione duarum matricum eccleſiarum contentio fuerit, plebes utrarumque diſcernent: quòd ſi non convenerint, Dei judicio controverſia diſcernetur.

*Non eſt perjurus Epiſcopus fabricans Eccleſiam, licet juraverit non alienare eccleſiaſtica. h.d.*

NEc *h* quicquam Epiſcopo obſtiterit, quòd de rebus Eccleſiæ non alienandis juraverit, nam & tali non obſtante juramento, populo indigenti ſuper baſilicarum inſtitutione ſalubriter providere poterit, & debebit.

*Ob commoditatem plebium nova Eccleſia ædificari poteſt, quæ tamen matrici honorem exhibere debet. h.d.*

PLebium *i* commoditas tunc novam ædificare ſuadet Eccleſiam, cùm parochianorum pars adeò diſtat à veteri, ut certis temporibus non ſine magna difficultate, & periculo illam adire, & ibi congruis temporibus divinis intereſſe, & ſacramenta percipere poſſint: quo quidem caſu maximè ſi miniſtro commodè pro ſuſtentatione ſua provideri poſſit, nova quidem erit Eccleſia conſtruenda, ſed à filiali matrici Eccleſiæ pro facultate loci competens honor exhibendus erit.

*Univerſitatis intuitu poteſt nova Eccleſia ædificari, utpute pro leproſis. h.d.*

VNiverſitatis intuitu nova Eccleſia ædificari permittitur: veluti cùm plures ſimul leproſi *k* ſub com-

a *Can. Eccleſia. de conſ. diſt. 1.* b *C. ſicut non alii. & ca. 2. ibi.* c *C. concedimus. de conſec. di. 1.* d *C. concedimus. verſ. in itinere. de conſec. di. 1.* e *C. clericos. de conſ. diſt. 1.* *ea quæ de conſe. di. 1.* f *C. præcipimus. §. ſi cui. 16. q. 1.* g *C. plures baptiſmales. 16. q. 1.* h *C. ſi. ext. de eccl. ædifi.* i *C. ad audientiam. Cl. I. ext. de eccl. ædifi.* k *C. 2. extr. de eccl. ædif.*

muni

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

muni vita congregati fuerint. Iis enim, quod Eccleſia cum cœmeterio, & quòd proprio gaudere valeant privilegio, permittendum erit. Cavebunt tamen hi, ut injurioſi veteribus Eccleſiis de jure parochiali nequaquam exiſtant. Nec enim quod eis ob pietatem indulgetur, ad aliorum injuriam flecti convenit.

*Epiſcopo conceditur pro ſepultura propria Eccleſiam ædificare, aut novum monaſterium conſtruere. h.d.*

EPiſcopo *a* quoque in ſua parochia novam Eccleſiam ædificare permittitur. Sed multum intererit, Eccleſiam monaſticis informandam regulis conſtruat, an verò ex alia cauſa, fortè pro propriis erigere velit ſepulturis: cùm primo caſu eandem ex rebus Eccleſiæ, cui præſidet, uſque ad quinquageſimam tantùm partem dotare debeat: ſecundo verò non amplius, quàm centeſimam conferre licebit, ea quoque adhibita cautela, ut unam tantummodo ex his duabus remunerationem eligat.

*Quæ ſervari debent in conſtruenda Eccleſia, vel conſecranda, & quòd Eccleſia indotata conſecrari non debet. h.d.*

QVacunque tamen ex cauſa nova extruenda ſit Eccleſia, obſervandum eſt in primis, ut civitatis Epiſcopus *b*, ſine cujus aſſenſu id inchoari non debet, ad locum veniat, in quo crucem ipſe figet, & publicè atrium deſignabit, nec illam antea patietur ædificari, aut munus impendet conſecrationis, quàm dotem baſilicæ, & obſequium ipſius per donationem chartula confirmatam accipiat, quæ ad luminaria, & ad cuſtodiam, & cuſtodum ſtipendia, ſufficere valeat.

*Conſtruenti novam Eccleſiam poteſt novum opus nunciari. hoc dicit.*

SEd *c* ſi quis, dum nova conſtruitur Eccleſia, aut proprium jus imminui, aut ſibi quoquo modo noceri exiſtimet, novi operis nunciatione conſulere ſibi poterit: poſtquam ſi legitima non ſit impetrata remiſſio, quicquid ædificatum fuerit, ſive illud jure, ſive injuria, omninò ædificantium impenſis deſtruendum erit, negotiumque ipſum ſecundùm legum & canonum ſtatuta terminabitur.

*Qui præter Epiſcopi conſenſum Eccleſiam conſtruit, facit jacturam juris patronatus. h.d.*

DIverſum ſtatuerunt in ea, quæ præter Epiſcopi conſenſum conſtructa fuerit: hæc enim ſi nemini nocet, deſtruenda quidem non erit, ſed ob ſuperioris neglectum excluſo jure patronatus cum dotibus ſuis Epiſcopalibus juribus applicabitur.

*Eccleſia debet, quanto poteſt citiùs, conſecrari. h.d.*

BAſilica igitur legitimè extructa non ante ſacris eſt deputanda *d* myſteriis, quàm munus conſecrationis acceperit: quod ne qua divino cultui offeratur mora, quanto poterit citiùs *e*, conficiendum erit.

*Eccleſia conſecranda eſt ab Epiſcopo, qui prius baptizavit incolas regionis, ubi conſtructa eſt. h. d.*

ET *f* ſi dubitetur à quo dedicanda ſit, illud exquiri oportebit, cujus civitatis Epiſcopus, antequam fundaretur, incolas baptizaverit, & ad cujus conſignationem ſub annua devotione concurrerint: atq; is etiam ad conſecrationem vocandus erit.

*Eccleſia ſemel conſecrata, non debet amplius conſecrari: nec dicitur iteratum, quod ignoratur ſemel factum. h.d.*

ECcleſiæ *g* autem, vel altari ſemel Deo conſecratis non debet iterum conſecratio adhiberi: quia velut infans à ſacerdote ritè baptizatus, non debet iterum baptizari, ita nec locus ſemel Deo dicatus, iterum conſecrari. Planè *h* ſi de Eccleſiarum, vel altarium conſecratione dubitetur, nec de ea aut ſcriptura appareat, aut teſtes exiſtant, ſine ulla dubitatione erunt conſecranda. Nec talis trepidatio iterationem facit: qui iteratum dici non poteſt, quod ſemel eſſe factum ignoratur.

a *Can. bona rei. pen. 12. qu. 2. & c. pen. extr. de donat.* b *Can. nemo Eccleſiam. de conſe. diſt. 1.* c *C. 1. & ſeq. ext. de novi oper. nunciat.* d *Miniſterii, fortè.* e *Ca. fi. ex. de conſ. eccl.* f *Ca. 2. ext. de relig. dom.* g *Can. eccl. ſemel. de conſ. diſt. 1.* h *Can. ſolennitate. §. de eccleſiarum. & can. eccleſia vel. de conſ. diſt. 1.*

*Eccleſia polluta debet reconciliari. h.d.*

SEd ſi Eccleſia, aut *a* ab igne exuſta, aut fuſione ſanguinis, vel ſeminis, vel excommunicati humatione polluta fuerit, etiam ſi ſemel antea conſecrata appareat, nihil minùs diligentiſſimè expurgata, iteratò conſecranda, vel reconcilianda erit.

*Propter detrimentum altaris, ipſum altare, non Eccleſia eſt iterum conſecranda. h.d.*

DE eo dubitari contigit, ſi altare motum fuerit *b*, aut lapis ſuperpoſitus, qui ſigillum continet, confractus, aut diminutus, an Eccleſia debeat iterum conſecrari. Et reſponſum eſt, ob id Eccleſiæ non eſſe conſecrationem iterandam, ſed ipſum ſolùm altare denuò conſecrandum.

*Quibuſcunq; diebus poteſt Eccleſia conſecrari, ſed ſolùm ab Epiſcopis, qui ea quæ ſunt juriſdictionis, poſſunt demandare inferioribus: ſecus quæ ſunt ordinis. h. d.*

COnfici *c* autem poterit Eccleſiarum, Altariumque conſecratio quibuſcunque diebus, tam Dominicis, quàm privatis, ſed non a quocunque. Licet *d* enim aqua per Epiſcopū benedicta, per alium Epiſcopum, qui aquæ benedictionem non impenderit, Eccleſia reconciliari poſſit, idem tamen per ſacerdotes ſimplices fieri non poterit: quia ea quidem quæ juriſdictionis ſunt, etiam inferioribus Epiſcopis demandare poteſt: ſed quæ ordinis ſunt, inferioris gradus clericis committere non poteſt.

*Non debet conſecrari Eccleſia, ubi ſepulta ſunt corpora infidelium, niſi ſervata forma hujus §. h.d.*

ILlud etiam animadvertere conſecrantem oportebit, ne baſilicam *e*, in qua infidelium ſepulta ſunt cadavera, ſanctificet. Sed ſi conſecrationi apta videbitur, evulſis inde corporibus, & raſis parietibus & tignis, conſecrari poterit.

*Feſta dedicationum Eccleſiarum debent celebrari. h.d.*

SOlennitates *f* quoque dedicationum ipſarum Eccleſiarum per ſingulos annos erunt celebrandæ, ipſo Domino exemplum dante, qui dum ad feſtum dedicationis templi celebrandum cum reliquis populis acceſſit, omnibus idem faciendi formam tribuit.

*Reparatio Eccleſiæ pertinet ad poſſeſſorem beneficii, & Epiſcopus debet de ſua tertia contribuere. h.d.*

HÆc de ædificandis & conſecrandis Eccleſiis, vel altaribus delibaſſe ſufficiat: nam ſi repurgandæ ſunt, vel emendandæ *g*, id oneris procul dubio ad eum, qui Eccleſiaſticum poſſidet beneficium, pertinebit. Sed & Epiſcopus tertiam partem ſibi obtingentem impendere debebit. Nunc de Eccleſiarum unionibus, paucis diſpiciamus.

## DE VNIONIBVS ECCLESIARUM.

### TITVLVS XIX.

*Quid ſit unio, & quotuplex. h.d.*

VNio nihil eſt, quàm duarum pluriumvé Eccleſiarum facta connexio: dicta ab uniendo, ex eo quòd plures Eccleſiæ in unum conjungantur. Vnionum autem duæ ſunt ſpecies: aut enim perpetuæ ſunt, aut temporales. Perpetuæ ſunt, quæ fiunt, ut ſine præfinitione temporis perdurent. Temporales ſunt quæ ad certum tempus, putà ad alicujus vitam inſtituuntur.

a *Can. Eccleſiis ſemel. ver. niſi. de conſe. diſt. 1. c. propoſuiſti. c. conſuluiſti. & c. fi. extr. de conſe. Eccleſia.* b *C. 1. extr. de conſec. Eccleſ. vel alt.* c *2. extr. de tit.* d *Can. aqua per. ca. 9. ex. de conſecr. Eccleſ.* e *Can. Eccleſiam in qua. & can. ſeq. de conſecr. diſtin. 1.* f *Can. ſolennitates. de conſ. diſt. 1.* g *C. 1. & c. de his. ext. de Eccleſ. ædific.*

*Cauſa uniendi ſunt, neceſſitas, & utilitas. h.d.*

VElut ergo ex cauſa una Eccleſia, vel Epiſcopatus in plures dividi permittitur, ſic etiam rebus ſuadentibus plures Eccleſiæ in unam conjungi poſſunt. Cauſæ verò unionum ſunt, aut *a* urgens neceſſitas, aut evidens utilitas. Neceſſitas, veluti cùm duæ Eccleſiæ adeò ſunt pauperes *b*, ut impoſſibile ſit earum proventus ad victum duorum ſacerdotum ſufficere: aut, ſi altera hoſtium *c* immanitate deſolata ſit. Vtilitas *d*, ut cùm locorum opportunitas id expoſcit, vel temporis qualitas: putà, quia in loco nunc Chriſtianorum dicatur imminutus numerus: aut, quia ob fructuum tenuitatem non perinde idonei ſacerdores ad beneficium procurandum inveniantur. His igitur caſibus, ne quid detrimenti divinus cultus & animarum cura patiatur, debent plura beneficia vel Eccleſiæ in unum conjungi.

*Sicut unire Epiſcopatus pertinet ad Romanum Pontificem, ſic minores Eccleſias ad Epiſcopum cui ſubſunt: inferiores verò non poſſunt unire. h. d.*

NOn tamen omnibus paſſim quaſcunq; Eccleſias uniendi poteſtas indiſtinctè permittitur, ſed certis duntaxat ſervatis regulis. Et quidem *e*, ſicut unire Epiſcopatus, atq; poteſtati alienæ ſubjicere ad ſummum Pontificem pertinere noſcitur, ſic ad Epiſcopum ſpectat Eccleſiarum ſuæ diœceſis unio atq; ſubjectio. Ab Epiſcopo itaque inferiores uniendi poteſtatem minimè ſibi vendicare poterunt. Ideoq; ſi Prior, vel Abbas monaſterium monaſterio ſubjecerit, vel unierit, Epiſcopi conſenſu minimè requiſito, quod inconſulto præſule fecerit, non ſubſiſtet, nec ſubjectionem, vel unionem Metropolitani conſenſus, vel confirmatio ſuſtinebit, cùm is in diœceſi ſui ſuffraganei abſque ipſius aſſenſu non debeat aliquid contra conſtitutiones Canonicas attentare.

*Epiſcopus unire poteſt Eccleſiam alteri, vel loco religioſo donare, etiam non vocato Rectore, vel defenſoribus, ſed propriæ menſæ non poteſt. h. d.*

VSqueadeò autem Epiſcopo in propria diœceſi facultas uniendi competit, ut ſi per eundem conſentiente capitulo, Eccleſia Eccleſiæ, dignitati, vel præbendæ uniatur, aut religioſo loco donetur, ex eo quòd Rector ipſius ad hoc vocatus, vel ſi vacabat, defenſor ei ſuper hoc datus non extitit, nequaquam impugnari valeat. Aliud tamen obtinet, ſi quam is Eccleſiam menſæ ſuæ, vel capitulo uniendam duxerit: id enim (etſi capituli conſenſus acceſſerit, & loci conſuetudo ſuffragetur) irritum penitus erit: cùm unientium utilitas probabilem non rectè factæ unionis ſuſpicionem ingerat.

*In unione facienda requiritur conſenſus non ſolùm capituli, ſed etiam eorum qui lædi poſſent. h.d.*

NEc ſolùm capituli unientis Epiſcopi in unione conſenſus exigitur, ſed etiam illorum, qui ex unione lædi poſſent. Vnde ſi aut collegiata, aut patronata, alicujus ſuffraganei Eccleſia ſit unienda, collegii patroni, & ſuffraganei aſſenſum intervenire oportebit.

*Quis ſit unionis effectus. h.d.*

SEcuta verò unione Canonica, ſtatim is, cujus Eccleſiæ alia per unionem eſt applicata, eandem in unitam nanciſcitur poteſtatem, & jus, quod in eam olim habebat, cui ab initio præfuit: ſtatimq; unitæ Eccleſiæ eadem privilegia competunt, quæ in principali Eccleſia competere comperiuntur.

*Per unionem non præjudicatur juribus Epiſcopalibus. h. d.*

SEd quæri poterit *f*, ſi per Apoſtolicum Eccleſia in certa diœceſi conſtituta, putà in Peruſina, Eccleſiæ alterius diœceſis, veluti Tiphernatis, unita fuerit, an Eccleſia per unionem alteri connexa, per hoc à juriſdictione præſulis Peruſini cenſeatur exempta, & Tiphernati ſubjecta? Et reſponſum eſt, à juriſdictione prioris Epiſcopi unitam Eccleſiam non eximi, cùm Roman. Pontifex in hujuſmodi unionibus ſingulis Epiſcopis jura ſua inviolata ſervari velit.

*Vnio diſſolvitur temporis lapſu, & cauſæ ceſſatione, & ab his qui habent jus uniendi. h. d.*

DIſſolvetur autem unio, ſi temporalis ſit, temporis lapſu: quòd ſi ſit perpetua, ceſſantibus eiſdem cauſis, ex quibus facta fuerit, ab iis itidem diſſolvi poterit, quorum conſenſu & authoritate olim fuerit inſtituta: nihil eſt enim tam rationi cõſonum, quàm ut is deſtruendi habeat poteſtatem, cui conſtruendi facultas conceditur.

*Licet vacans Eccleſia poſſit uniri, unio tamen Eccleſiarum vacantium diſſolvi non poteſt. h.d.*

ILlud inter inſtituendam, & diſſolvendam unionem intereſt, quòd licet etiam vacans Eccleſia alteri poſſit uniri, ſi tamen Eccleſias per unionem connexas vacare contigerit, unio interim vacantium Eccleſiarum diſſolvi minimè poterit.

## DE IMMVNITATE ECCLESIARVM ET SUBIECTIONE.

### TITVLVS XX.

*Immunitas in hoc titulo largè aſſumitur, & quid ſit immunitas hoc dicit.*

IMmunitas, eſt à muneribus indulta exemptio. Sed hoc loco immunitatem largè accipimus, pro quolibet Eccleſiarum favore, indulgentia, rigoris remiſſione, & privilegio.

*Triplex eſt ſpecies immunitatis Eccleſiarum, localis, perſonalis & realis: & quòd immunitas localis eſt, per quam profana in Eccleſiis, & non conſecratis, vel oratoriis exerceri prohibentur. h.d.*

ESt autem Eccleſiarum immunitas triplex: localis, perſonalis, & realis. Localis immunitas eſt, quæ ſacris ipſis domibus, aliquibus ſacrarum ædium intuitu conceditur. Cùm enim Eccleſia *a* ſecundùm Evangelicam veritatem domus eſſe debeat orationis, merito à profanis uſibus eſſe convenit alienam.

*Proceſſus facti, & ſententiæ latæ in Eccleſiis, vel cœmeteriis ſunt nulli. h. d.*

SEculares *b* igitur judices cauſas, præcipuè ubi de ſanguinis agitur effuſione, & de pœna corporali tractatur, in Eccleſiis, vel earum cœmeteriis agere ſub anathematis interminatione prohibentur. Abſurdum eſt enim ibi judicium ſanguinis exerceri, ubi eſt tutela conſtituta refugii. Proceſſus quoque *c*, quos ibi legitima contempta prohibitione, & ſpreta ultione divina, faciendos duxerint, ac ſpecialiter prolatæ ſententiæ, omni firmitatis robore carebunt.

*Conſilia publica, nundinæ & negotia ſecularia non debent tractari in Eccleſiis. h.d.*

PVblicæ quoq; *d* quarumlibet ſocietatum, & univerſitatum conciones, & conſilia, nundinarum, aliorumq; ſecularium tractationes negotiorum, confabulationes, & profana colloquia ab his penitùs amoveri debent.

*Convivia non debent fieri in Eccleſiis, niſi ex neceſſitate: & quod dicitur de Eccleſiis, intelligitur etiam de non conſecratis & oratoriis. hoc dicit.*

SEd *e* & convivia, & hoſpitia, licet illa deſpicere non oporteat, in ſacris domibus celebrari, vel exerceri à laicis non poterunt, nec etiam à clericis, niſi fortè tranſeuntes ob hoſpitiorum neceſſitatem illic reficiantur: quod & in oratoriis obſervari conveniet, & nomini opera jugiter impenſa concordet: & ne, ubi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio. Idem

a *C. expoſuiſti. §. ſi evidens. ext. de præb.* b *Ca. eam te. ext. de ætat. & qualit. in fin. & can. unio. 10. q. 3.* c *Can. poſtquam hoſtilis. 16. q. 1.* d *Can. & temporis. 16. q. 1.* e *Ca. ſicut unire. ext. de exceſſ. prælat.* f *Ca. 2. ext. de relig. dom.*

a *C. cum Eccleſia. ext. 40. tit.* b *Ca. cum Eccleſia. §. ſeculares. ext. eod.* c *C. 2. §. ſi. eo. tit. in 6.* d *C. 2. §. ceſſent, eod. tit. in 6.* e *Can. non oportet. & can. ſeq. 42. diſt.*

ſtatui-

ſtatuitur & de Eccleſia, in qua divina myſteria celebrantur, licèt adhuc conſecrata non fuerit, qui cùm obſequiis divinis ſit dedicata, nullius temerariis auſibus eſt profananda.

*Qui invitum abſtrahit à ſacris locis, excommunicatur, & quaſi ſacrilegus punitur. h.d.*

SAcrorum [a] locorum intuitu illis conceditur immunitas qui ad ipſam Eccleſiam confugiunt: nam ſi eos qui ad ſtatuam Principis ſe proripiunt, ab omni violentia leges ſeculares vindicant, quantò magis convenit ad templum Domini confugientes, loci ſancti reverentia, & authoritate defendi? Quicunq; igitur inde hominem reluctantem reclamantemq; violenter abſtraxerit, tam aliis pœnis pro ſacrilegio, quod admiſit, quàm Eccleſiaſticæ ſubjacebit excommunicationi.

*Non poteſt quis invitus abſtrahi à domo Epiſcopi, vel ab Eccleſia circuitu, intra triginta paſſus. h.d.*

NEc [b] ab atriis tantùm Eccleſiæ quenquam invitum abſtrahere non licebit, verùm etiam nec à domo Epiſcopi, & ab Eccleſiæ circuitu intra triginta paſſus ab oſtio: quod ſpatium Eccleſiæ reverentia defendi ſacri Canones voluerunt.

*Liber homo non debet ab Eccleſia violenter abſtrahi, niſi impetrata vita, & membrorum incolumitate. h.d.*

HÆc tamen ſecuritas non omnib' æquè & indiſtinctè ſolet indulgeri, ſed ſtatus habetur ratio & cauſarum, quibus quis fugiendum ad Eccleſiam duxerit. Si liber [c] igitur quis ſit, quantumvis gravia perpetraverit, non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus, nec inde ad mortem damnari debet, ſed Eccleſiarum Rectores vitam & membra debent fugientib. obtinere: aliis tamen pœnis de eo, quod inique egerint, puniendi erunt.

*Publici latrones, & qui in ſacris locis immunitatis ſpe ducti delinquunt, privilegiis ſacrorum locorum non gaudent. h.d.*

HOc autem [d] de publicis latronibus, vel nocturnis agrorum populatoribus, viarumque obſeſſoribus intelligi non oportet. Hi enim ſecundum Canonicas ſanctiones nulla impunitate præſtita violenter, & egreſſionis adhibitis inſidiis, ab Eccleſia extrahi poterunt. Idem & de his ſtatuendum erit, qui impunitatem ſuorum exceſſuum obtinere ſperantes, homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis, vel ipſarum cœmeteriis committere non verentur, quæ niſi per Eccleſiam crederent ſe defendi, nullo pacto commiſſuri fuerant: tales enim, cùm in eo, in quo quis deliquit, puniri debeat, & fruſtra legis invocet auxilium, qui in ipſam legem committit, immunitatis privilegio, quo ſe fecerunt indignos minimè gaudebunt.

*Dominus præſtito juramento de impunitate, poteſt ſervum ſuum etiam invitum ab Eccleſia abducere. h. d.*

QVod ſi ſervus ſit [e], qui ad Eccleſiam confugerit, poſtquam de impunitate Dominus clericis juramentum præſtiterit, ad ſervitium domini ſui redire compelletur: alioqui ſi redire nolit, à domino occupari poterit: famuli enim, qui dominos metuunt, ſi ad Eccleſiæ ſepta confugerint, interceſſionem debent quærere, non latebras: nec quenquam religionis reverentia proprio jure fraudari convenit.

*Clerici & Monachi deſervientes Eccleſiæ ſunt exempti à muneribus perſonalibus. h.d.*

PErſonalis [f] immunitas eſt, quæ perſonis Eccleſiaſticis indulgetur. Cùm enim in clericorum miniſterio conſtituti, non niſi altari & ſacrificiis deſervire debeant, rectiſſimè conſtitutum eſt, ut Deo dicati ab omnibus perſonalibus muneribus reddantur immunes. Perſonalia autem munera ſunt, quæ cum corporis labore, & animi ſolicitudine, ac vigilantia principaliter ſuſtinentur. Generaliter igitur Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Monachi, immunitate omnis tutelæ & curæ ipſo jure gaudebunt.

*Miſerabilium perſonarum tutelam debent clerici ſuſcipere. hoc dicit.*

VIduarum [a] autem & orphanorum curam ſuſcipere non ſolùm non prohibentur clerici, ſed etiam jubentur, cùm ipſis cupiditatis negotia, non pietatis interdicantur.

*Ad murorum cuſtodiam etiam clerici tenentur, tempore neceſſitatis. hoc dicit.*

EXcipitur [b] etiam ab his muneribus murorum cuſtodia: à qua ſi magna immineat neceſſitas, neminem excuſari conſtitutum eſt, ut cunctis vigilantibus melius valeat civitas cuſtodiri.

*Perſonæ Eccleſiaſticæ non poſſunt à ſecularibus poteſtatibus collectari. hoc dicit.*

REalis immunitas eſt, per quam res Eccleſiaſticæ à cenſu, vel collectis poteſtatum ſecularium liberæ redduntur. Siquidem [c] tam profanis legibus, quàm ſacris Canonibus ſub excommunicationis & interdicti pœna conſtitutum eſt, ne quis eorum qui juriſdictionem temporalem obtinent, poſſit tributa, collectas, ſeu quaſcunque exactiones, ſub quovis titulo, vel colore, imponere Eccleſiis, vel perſonis Eccleſiaſticis, pro domibus, prædiis, vel quibuſcunq; poſſeſſionibus legitimè acquiſitis, etiamſi ipſæ Eccleſiæ, vel perſonæ, vel res ſint intra illorum territorium conſtitutæ.

*Ob magnam neceſſitatem, vel utilitatem, conſulto Pontifice, poſſunt clerici, ſine tamen coactione, laicis ſubvenire. h.d.*

SI tanta [d] tamen ſit in republica neceſſitas, aut utilitas, ut Epiſcopus cum clero ſuo laicorum non ſuppetentibus facultatibus, communes utilitates per ſubſidia Eccleſiaſtica ſublevandas ducant, Romano priùs conſulto Pontifice, omni penitùs ceſſante coactione, poterunt aliquid in commune conferre, & laici humiliter ac devotè cum gratiarum actione ſuſcipere.

*Eccleſiæ Epiſcopo omnimodam ſubjectionem debent. h.d.*

QVemadmodum autem ſacroſanctis domibus ſecularium poteſtatum intuitu omnimoda debetur immunitas, tam locorum ratione, quàm perſonarum & rerum: ſic eiſdem rationibus ab illis proprio Epiſcopo omnimoda ſubjectio debetur [e]. Nam quantum ad ipſa loca pertinet (ut paulò antè diximus) nemo Eccleſiam in diœceſi ædificare poterit, aut conſecrare, præter ſui præſulis conſcientiam. Quoad perſonas Eccleſiaſticas, ipſi debetur Canonica obedientia [f], ſubjectio, reverentia: ad eundem ſpectat inſtitutio, deſtitutio, correctio, reformatio, cauſarum omnium ad forum Eccleſiaſticum de jure ſpectantium juriſdictio, Eccleſiaſticarum cenſurarum promulgatio, Sacramentorum exhibitio. Si res Eccleſiaſticas ſpectes, ipſi cenſus debetur, ipſi cathedraticum, ſive ſynodaticum, ipſi procuratio annua, ipſi mortuariorum & decimarum quarta.

*Ad Epiſcopum quædam pertinent jure ordinationis, quædam lege juriſdictionis, quædam lege diœceſana. h.d.*

SEd hæc omnis paſtoralis poteſtas in tria principalia membra contrahitur: quædam enim ad Epiſcopum ſpectant jure ordinis, ut clericorum ordinatio, virginum benedictio, altarium & Eccleſiæ conſecratio: quædam lege juriſdictionis, ut corrigendi, conferendi, excommunicandi, & inſtituendi poteſtas: quædam lege diœceſana, ut jus cenſus & cathedraticum exigendi, decimam percipiendi, jus hoſpitii indicendi, & his ſi

a *Can. diffinivit. 17. q. 4.* b *Canon. id conſtituimus. 17. q. 4.* c *C. inter alia. §. ſi libert. ext. eo.* d *C. inter alia. §. ſuper hoc. ext. eo.* e *C. inter alia. §. ſi. ext. eod.* f *C. non minus. ext. eo. tit. can. cler. eod. tit. in 6. & §. realis.*

a *Diſt. 87. in ſum. & diſt. 88. in ſumm.* b *Ca. 2. ext. eod. tit.* c *Cap. 1. §. volentes. eo. tit. in 6. & §. perſonalis. d. tit.* d *C. adverſus §. verum. ext. eo. tit.* e *C. de Xenodochiis. ext. de relig. domib.* f *C. conquerente. §. nos. ext. de offic. ord.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

milia. Sed cùm tam de locali, quàm de perſonali ſubjectione, deque his, quæ ad Epiſcopos tam jure ordinis, quàm lege juriſdictionis pertinent, ſuprà locis congruis locuti fuerimus: tranſeamus nunc ad eam ſubjectionem, quæ cognoſcitur ex ſolutione cenſus, & rerum quæ lege Diœceſana ad ordinarium pertinent.

## DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, ET PROCURATIONIBUS.

### TITVLVS XXI.

*Cenſus generaliter ſumptus continet omnem penſionem, ſpecialiter verò tantùm cathedraticum. h. d.*

CEnſus appellatio generalis eſt, ſumiturque pro omni penſione, quæ prælatis de Eccleſiaſticis proventibus ſingulis annis in ſignum ſubjectionis, vel alterius juris penditur. Speciali tamen nomine cenſus, qui Epiſcopo ab Eccleſiis in argumentum ſubjectionis tribuitur, *Cathedraticum* appellatur: eò quòd ob honorem cathedræ perſolvatur.

*Quibus temporibus, & quibus cauſis poteſt cenſus conſtitui in Eccleſiis. h. d.*

COnſtituitur autem cenſus, aut fundationis tempore, aut conſecrationis, aut donationis, aut tempore immunitatis indultæ. Fundationis aut conſecrationis tempore cenſus imponitur, quia veluti præter ordinarii conſenſum, nec fundari, nec dedicari poteſt Eccleſia: ita eodem tempore certum cenſum Epiſcopis in ſubjectionis ſignum conſtituere poterit. Sed nec illud inſolitum, aut novum haberi debet, ut cùm Epiſcopi Eccleſias piis locis ritè conceſſerint, aut exemptas fecerint, aliquid ſibi in eis penſionis nomine reſervent. Sedes quoque Apoſtolica cùm libertatis privilegium vel etiam quibuſdam Eccleſiis protectionis indulget præſidium, cenſum gratis oblatum ſuſcipit, & in literis Apoſtolicis, ad futurorum Pontifex memoriam quantitas cenſus exprimitur. Sed *a* & patrono fundationis tempore poterit Epiſcopus moderatos ſumptus conſtituere.

*Simplices ſacerdotes non poſſunt proprias Eccleſias facere cenſuales: & qui de facto id fecerit, ab Eccleſia removebitur. h.d.*

SImplices autem ſacerdotes, vel clerici non poſſunt Eccleſias, quibus præſunt, propria authoritate, præſertim poſt eorum deceſſum, cenſuales efficere. Ideoq; *b* qui ab eiſdem quadam colluſione penſionem annuam de Eccleſiis receperint, illis defunctis ſuper penſionis receptione audiendi non erunt, ſi Romani Pontificis, aut alterius, qui de jure id facere potuerit, authoritatem ſuper hoc non interveniſſe conſtiterit. Quin potiùs colluſionem *c* talia facere comperti fuerint, ab ipſis Eccleſiis removendi erunt.

*Epiſcopus non poteſt novum cenſum imponere, vel veterem augere, præter cathedraticum. h. d.*

SEd *d* nec Epiſcopus ipſe, aut quilibet alius Eccleſiis novos cenſus imponere, aut veterem augere, aut partem proventuum ſuis uſibus vendicare poterit: idq; adeò obtinet, ut etiam ſi juramentum *e* de novo cenſu perſolvendo quis ſuſceperit, non propterea ſolvere, ſed abſolvi ab illicito jurejurando debeat. Nec quicquam profuerit, quòd Epiſcopus, vel quilibet de novo *f* illas de manibus laicorum eripuerit: nam nec eo caſu præter cathedraticum, & quæ cæteris imponuntur, aliquid exigi poterit.

*Ex cauſa & non in propriam utilitatem poteſt Epiſcopus novum cenſum conſtituere, vel augere veterem, accedente conſenſu capituli. hoc dicit.*

a *C. præterea. in fin. extr. de ju. patron.* b *Canon. præterea. extr. eod. titul.* c *Ca. cum clerici. extr. eod. tit.* d *C. prohibemus. ext. eo. tit.* e *C. ſignificavit. d. tit.* f *Canon. Eccleſ. extravagant. eod. tit.*

QVod autem diximus, Epiſcopum nec novum poſſe cenſum imponere, nec augere veterem, ita intelligi oportet, ſi in propriam velit utilitatem convertere. Cæterùm ſi non in ſuum, ſed in alterius ſibi ſubjectæ Eccleſiæ commodum, ex juſta cauſa, vel novum cenſum conſtituere, vel veterem augere, vel etiam minuere velit, Capituli accedente conſenſu: id ſibi minimè interdicitur.

*Provinciæ & Eccleſiæ de novo converſæ in perſolvendis cenſibus ſervabunt conſuetudinem vicinarum. h. d.*

SEd quis erit modus obſequiorum Metropolitano exhibendorum, ſi qua de novo *a* converſa provincia, ad alicujus Eccleſiæ juriſdictionem acceſſerit? Et ex facto reſponſum eſt, id obſervari debere, quod in vicinis provinciis obſervatum reperitur.

*Epiſcopis viſitantibus debetur procuratio. h. d.*

VLteriùs prælatis diœceſim viſitantibus *b*, etiam procuratio debetur. Eſt autem procuratio neceſſariorum ſumptuum exhibitio. Nam cùm Apoſtolico teſtimonio ſuffragante congruum ſit, ut à quibus ſpiritualia recipimus, eiſdem etiam temporalia noſtra communicemus: rectiſſimè conſtitutum eſt, ut cùm prælati diœceſim peragrando divina nobis exhibent, illis etiam à nobis temporalia exhibeantur.

*Epiſcopus remittens Eccleſiæ ſervitia, non cenſetur remittere procurationem, ſed illam dare detrectantes poteſt excommunicare, & procurationi non præſcribitur. h. d.*

ET adeò viſitationi annexa eſt procuratio, ut ſi Epiſcopus *c* alicui Eccleſiæ omnia ſervitia remiſerit, eidem viſitanti nihilominùs moderata debeatur procuratio: quam ſi viſitati exhibere negaverint *d*, ſi quam in contumaces ritè tulerit ſententiam, erit inviolabiliter obſervanda, cùm nec ullam adverſus procurationem, quæ ratione viſitationis compedit, præſcriptionem currere dignoſcatur *e*.

*Qui viſitare poſſint, & quòd Archiepiſc. poteſt viſitare provinciam, etiam cùm ſuffraganei non ſint negligentes. h. d.*

VIſitandi *f* verò ſolicitudo non modò incumbit Epiſcopis, verùm etiam Archiepiſcopis, Patriarchis, ſedis Apoſtolicæ legatis, nunciis, Archidiaconis, & Decanis: qui quidem ne non tam divina, quàm propria quæſiviſſe videri poſſint, cautè proſpicient, ut ea, quæ tam generali *g*, quàm Lateranenſi concilio *h* continentur, & quæ Innocentiana *i* conſtitutione, atque aliis Canonibus ſalubriter conſtituta comperiuntur, inviolabiliter obſervent. Quod autem diximus, Archiepiſcopis viſitare licere provinciam, ac procurationes à locis recipere viſitatis, tunc etiam ſibi locum vendicat, cùm ejus ſuffraganei argui negligentiæ nomine non poſſunt: nec enim propterea minus ſuam liberè viſitare provinciam poterunt.

*Ob oratorium non eſt exigenda procuratio, & ob urgentem neceſſitatem poteſt Epiſcopus exigere charitativum ſubſidium. h. d.*

POſtremò *k* admonendi ſumus, propter privatum oratorium, in quo quis interdum celebrat, procurationes, quæ viſitationis ratione debentur, à quoquam exigi vel extorqueri non poſſe: ſed nec aliis exactionibus ſubditos ſuos Epiſcopi gravare debent *l*, niſi quandoque eiſdem multæ ſuperveniant neceſſitates: quibus caſibus ſi manifeſta ac probabilis cauſa extiterit, cum charitate moderatum ab eis poſtulare ſubſidium ſubſtinendi erunt.

a *C. ſuper eod. extr. eod. tit.* b *Extr. conſ. vaſ. eod. tit. & in 6. Ca. cùm Apoſtolus. extravag. eod. tit. & per totum titul. & in 6.* c *Ca. cùm venerabilis. extr. eod.* d *C. cùm nuper. eod. tit. extra.* e *C. accedentes. extr. de præſcrip.* f *Ca. fœlicis. eod. tit. in 6. & Clem. 1. d. tit. & can. ſopitæ. & can. cum inſtantia. extr. eod. tit.* g *Can. 2. eod. tit. in 6.* h *Ca. cùm Apoſtolus. extr. eod.* i *C. 1. eod. tit. in 6.* k *C. extr. eod. tit.* l *C. cùm Apoſtolus. §. prohibemus. extr. eod. tit.*

DE

### DE CAPELLIS MONACHORVM.
### TITVLVS XXII.

*Omnes Eccleſiæ poſitæ in diœceſi ſubſunt Epiſcopo, etiam monaſteria, & monachorum capellæ, niſi defendantur privilegio, vel præſcriptione. h. d.*

VSqueadeò autem omnes baſilicæ *a* per diverſa loca conſtructæ in Epiſcopi, in cujus territorio poſitæ ſunt, poteſtate conſiſtunt, ut ſi Eccleſia *b*, ubi monachi habitant, populi curam habeat, cùm per monachum plebs regi non debeat, Capellanus ad conſilium monachorum ab Epiſcopo ſit inſtituendus: ita ut conſuetudine, aut quovis ſtatuto contrario non obſtante, ex ſolius Epiſcopi arbitrio, tam ordinatio ejus, quàm depoſitio, & totius vitæ pendeat converſatio. Nec id mirum videri debet, cùm *c* monaſteria ipſa, & monachorum diſciplina, ſi nec privilegio, nec legitima præſcriptione doceantur exempta, ad eum pertineant Epiſcopum, in cujus ſunt territorio conſtituta.

### DE RELIGIOSIS DOMIBVS.
### TITVLVS XXIII.

*Xenodochia, Orphanotrophia, & loca ſimilia Epiſcopis ſubſunt, qui providere debent, ne illorum res diſſipentur. h. d.*

XEnodochia quoque, Orphanotrophia, Brephotrophia, Noſocomia, Gerontocomia, aliaque ſimilia loca, ad Epiſcoporum *d*, in quorum ſunt diœceſi, ſolicitudinem pertinent, per eoſdemque ad eas utilitates, quibus conſtituta ſunt, ordinanda ac dirigenda erunt: nec poſtquam hujuſmodi loca ad hoſpitalitatis uſum *e*, & pauperum proviſionem, Pontificis ordinatione deputata fuerint, ad profanos uſus converti poterunt: cùm ea, quæ ad certum uſum largitione fidelium ſunt deſtinata, ad alium, ſalva ſedis Apoſtolicæ authoritate, converti non valeant.

*Ordinarii loca pia & religioſa poſſunt reformare authoritate Apoſtolica, ſi opus ſit reformatione. h. d.*

QVinimò *f* ſi talium locorum Rectores exempti ſint, ſi tamen illorum cura poſtpoſita, bona & jura ipſorum ab uſurpatorum manibus vendicare negligant, aut quoquo modo res illorum collabi ſinant, poterunt ordinarii authoritate Apoſtolica ſibi ex Viennenſi concilio præſtita, loca ipſa ſalubriter reformare, & occupata, alienata, deperdita, ut in ſtatum priſtinum redigantur, procurare: contradictoresque quoſcunque per cenſuram Eccleſiaſticam & aliis juris remediis compeſcere, licet nullum per hoc exemptionibus, ſeu privilegiis, quò ad alia, præjudicium generari debeat.

*Xenodochia, & loca ſimilia non poſſunt in beneficium conferri, niſi certis caſibus. h. d.*

EOdem cavetur Concilio *g*, ut nullus ex hujuſmodi locis ſecularibus clericis in beneficium conferatur, etiamſi cõſuetudine id fuerit aliàs obſervatum, niſi in illorum fundatione aliter conſtitutum fuerit, ſive per electionem ſit de rectore hujuſmodi locis providendum: ſed quòd eorum gubernatio viris providis, ac boni teſtimonii committatur, quos bona prædicta in alios uſus convertere, præſumptio veriſimilis non exiſtat.

*Adminiſtratores hoſpitalium æquiparantur tutoribus. h. d.*

VT autem *h* hi demandatæ ſibi curæ diligentiùs inſiſtant, inſtar tutorum & curatorum debent juramentum præſtare, ac de bonis inventaria conficere: & ordinariis, ſeu aliis, quibus loca hujuſmodi ſubſunt, vel deputandis ab eis ſingulis annis de adminiſtratione ſua

a *Can. omnes baſilicæ. 16. q. 7.* b *C. 2. extr. eod. tit. & cap. 1. eod. tit. in 6.* c *Ca. pen. extr. de relig. domi. & ca. 2. eod. titul.* d *Ca. de Xenodochiis. extr. eod. tit.* e *Ca. 2. ad hæc. extr. eodem.* f *Cl. 2. in prin. eod. tit.* g *Clem. 2. §. ut autem. eod. tit.* h *D. Clem. 2. §. 1. verſ. illi etiam. eo. tit.*

rationem reddere: quòd ſi ſecus à quoquam fuerit attentatum, proviſio, ſeu ordinatio minimè valebit.

*Suprà dicta non habent locum in hoſpitalibus militarium ordinum, aut religioſorum. h. d.*

PRædicta *a* verò ad hoſpitalia militarium ordinum, vel aliorum religioſorum minimè extenduntur. Hi enim ſuorum ordinum inſtitutiones & conſuetudines obſervare cogendi erunt.

*Hoſpitalibus circa ſacramentorum exhibitionem ſervanda eſt antiqua conſuetudo. h. d.*

SEd *b* & ſi qua ſint hoſpitalia, altaria & cœmeterium ab antiquo habentia, & Presbyteros celebrantes & ſacramenta Eccleſiaſtica pauperibus miniſtrantes, quoad exercenda & miniſtranda ſpiritualia prædicta, antiquam conſuetudinem Viennenſe concilium oſervari voluit.

### DE SEPVLTVRIS.
### TITVLVS XXIV.

*Cur in Eccleſiis & locis ſacris ſepulturæ conſtituantur.*

TRactemus nunc de ſepulturis, quæ quidem per fideles, non niſi in ſacris & religioſis locis, ideò conſtituuntur: quòd minùs ibi ſpiritibus vexantur immundis, & quòd Sanctorum illorum commendantur patrociniis, quorum nomini Eccleſia, in qua corpora conquieſcunt, eſt conſecrata. Accedit *c*, quòd defunctorum proximi ad ſacra loca venientes, ſepulturamque conſpicientes, ſuorum recordantur, & pro eis pias preces fundunt. Vnde *d* mortuorum ſepultura, & cœmeteria apud illas Eccleſias, & monaſteria ex antiquo diſpoſita eſſe comperiuntur, in quibus religioſorum conventus ſunt conſtituti; ubi orationes, & miſſarum ſolennia, tam pro vivis, quàm pro defunctis, frequentius celebrantur.

*Vnuſquiſque habet liberam facultatem ſepulturam eligendi, & ſi quis non eligat, in parochiali Eccleſia, aut majorum ſepulchris eſt ſepeliendus. h. d.*

REgulariter igitur in parochiali Eccleſia, aut ibi quis ſepeliendus erit, ubi majorum *e* ſuorum ſepulchra conſtituta reperiuntur: nulli *f* tamen propterea propriam, ſi contemptus abſit, negatur eligere ſepulturam: quod uſqueadeò obtinet *g*, ut antiqua dimiſſa, novam poſſit quis etiam in loco minus religioſo ſibi deligere: nec propterea poterit hodie electio talis impugnari, licet antiqua jura ſuper hoc diverſa eſſe videantur.

*Vxor non tenetur ſequi ſepulturam viri, ſi velit aliam eligere. h. d.*

NEc *h* ulla ſuper hoc inter virum & mulierem facienda eſt diſtinctio, quaſi uxor capitis ſui ſequi judicium & ſepulturam ſit compellenda: ſed utrique æqualis erit eligendi facultas, cùm hujuſmodi electio ad eum ſtatum pertineat, quò mulier à lege viri ſolvitur.

*Si uxor ſepulturam non eligat, tenetur ſequi ſepulturam ultimi viri, ſi plures habuerit. h. d.*

SI tamen ipſa ſibi ſepulturam non eligat, & plures fortè viros habuerit *i*, cum viro ultimo, cujus domicilium retinet, tumulanda erit.

*Filiusfamiliâs licet non poſſit aliquid relinquere pro anima, ſi careat caſtrenſi peculio, vel quaſi, tamen poteſt ſibi eligere ſepulturam, niſi ſit impubes: quo caſu poterit pater ſepelire illum, ubi voluerit, niſi ſit conſuetudo in contrarium. h. d.*

DE filiofamiliâs, an ſibi ſepulturam eligere valeat, dubitari poterit, & multum intereſt, an ejus ætas intra pubertatis annos contineatur, an verò pubertatem exceſſerit: primo enim caſu ſepulturam eligere non poterit: permittendum *k* tamen erit patri, ſi id loci con-

a *Clem. 2. §. permiſſ. eod. tit.* b *Cle. 2. §. fi. eod. tit.* c *Ca. cùm gravia. 13. q. 2.* d *C. fraternitatem. in prin. extr. eod. tit.* e *Canon. 1. & c. fraternitatem. extr. eod. tit.* f *c. in noſtra. extr. eo. tit.* g *C. 2. §. 1. eod. tit. in 6.* h *C. de uxore verò. ext. eo. tit.* i *C. is qui. §. 1. eo. tit. in 6.* k *C. de uxore. §. fi. ext. eod. tit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuetudo patiatur, ubicunq; voluerit, illum ſepelire: quòd ſi conſuetudo id non habeat *a*, cum ſuis majoribus, vel in parochiali Eccleſia tumulandus erit. Secundo verò caſu, cùm pubertatem attigit, liberè abſq; patris aſſenſu ſibi ſepulturam eligere poterit, quanquam pro anima ſua præter patris aſſenſum aliquid judicare non poſſit, niſi *b* caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium habuerit.

*Religioſi non poſſunt ſibi ſepulturam eligere. h.d.*

IMpuberi ſimiles religioſi habentur: hi enim, cùm propriæ voluntatis libertatem *c* non habeant, eligere ſibi ſepulturam nequeunt, ſed apud propria monaſteria tumulandi ſunt: niſi adeò fortè ſint remoti, quòd ad ea, cùm moriuntur commodè exportari nequeunt.

*Non poteſt quis etiam jurejurando à ſe ipſo abdicare liberam eligendæ ſepulturæ poteſtatem. h.d.*

ALias autem ſepulturæ uſq; adeò libera eſſe debet electio, ut Bonifaciana *d* conſtitutione cautum ſit, ne qui ad vovendum, jurandum, vel fide interpoſita, vel aliàs promittendum aliquos inducant, ut apud eorum Eccleſias ſepulturam eligant, vel jam electam ulteriùs non immutent, & ſecus factum omninò infringit.

*Mortuus ruri, qui ſepulturam non elegit, ſi ſine periculo poſſit exportari, vel in parochiali Eccleſia, vel in majorum ſepultura debet ſepeliri. h.d.*

ILlud *e* tamen in dubium venire poteſt, ſi quem, dum animi, vel agri colendi cauſa ruſticatur, ruri inopino forſitan interitu, nec electa ſepultura contingat occumbere, an in Eccleſia ruri conſtituta, an potiùs in alia ſepeliri debeat? & reſponſum eſt, ſi abſque periculo defunctus inde valeat exportari, non in Eccleſia ruri poſita, ſed in ſua parochiali, vel in qua majorum ipſius ab antiquo ſepultura extitit, ſepeliendum fore.

*Quibus non communicamus vivis, nec mortuis communicamus. hoc dicit.*

NOn tamen omnes, qui fato functi fuerint, Eccleſiaſticæ tradendi ſunt ſepulturæ: quibus *f* enim non communicamus vivis, nec defunctis communicare debemus. Unde carebunt Eccleſiaſtica ſepultura, qui priùs erant ab Eccleſiaſtica unitate præciſi. Igitur nec Paganus, nec Iudæus, nec hæreticus, nec qui uſuras exercuit, nec qui ſibi mortem conſciverunt, aut qui perſonis Eccleſiaſticis violentas manus injecerunt. nec homicidæ, nec incendiarii, aut Eccleſiarum violatores, nec inceſtuoſi, nec blaſphemi, nec ullus qui pro manifeſtis condemnatus eſt exceſſibus, Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi poterit.

*Tumulati contra canones, ſunt exhumandi ſi illorum corpora poſſint diſcerni à corporibus fidelium. h.d.*

ETſi contigerit aliquando horum corpora in cœmeterio Eccleſiaſtico tumulari *g*, ſi ab aliorum corporibus diſcerni poterunt, exhumari debent, & ab Eccleſiaſtica ſepultura procul jactari. Quòd ſi diſcerni non poterunt, cum excommunicatorum oſſibus corpora fidelium extumulanda non erunt, cùm licet non obſit juſtis ſepultura nulla, vel vilis, celebris tamen vel ſpecioſa non proſit improbis.

*Qui contemptis clavibus non humandos in locis ſacris humaverit, excommunicationem incurrit, à qua non eſt abſolvendus antè quam arbitrio Epiſcopi ſatisfecerit. h.d.*

SI quis autem *h* contemptis Eccleſiæ clavibus hujuſmodi perſonas, aut interdicti tempore quoſlibet, in Eccleſiis vel cœmeteriis ſepelire auſus fuerit, ipſo facto, excommunicationis ſententiam incurrit: à qua, niſi priùs ad arbitrium diœceſani Epiſcopi eis, quibus injuria irrogata fuerit, ſatisfactionem competentem exhibuerit, abſolvi non poterit, nec ullum circa præmiſſa contrà facientibus privilegium ſuffragabitur.

a *Ca. pen. eo. tit. in 6.* b *D. c pen. in fi. in 6.* c *C. fi. eod. tit. in 6.* d *C. 1. in prin. eo. tit. in 6.* e *C. 11 qui. in prin. eod. tit. in 6.* f *C. ſacris. in prin. extr. eo. tit.* g *C. ſacris eſt. ext. eod. titul.* h *Clem. 2. eod. tit.*

*Reconciliati, licet alioqui Eccleſiaſtica ſepultura non eſſent tradendi poſt reconciliationem tradi poterunt. h.d.*

SEd hæc de illis intelligenda ſunt, qui impœnitentes deceſſerint, nec in articulo ſaltem mortis Eccleſiæ reconciliati fuerint. Nam *a* ſi, cùm forſitan in extremis agerent, legitimè abſoluti fuerint, Cœmeterium his & alia Eccleſiaſtica ſuffragia denegari non debent: hæredes tamen & propinqui, ad quos ipſorum bona pervenerint, ut pro eiſdem ſatisfaciant, ſi caſus exigat, Eccleſiaſtica ſunt cenſura compellendi.

*Cadavera punitorum pœnitentium ſunt tradenda ſepulturæ Eccleſiaſticæ. h.d.*

EX his apparet, eorum cadavera, qui poſt confeſſionem Deo peractam, pro ſceleribus ſuis in patibulis ſuſpenduntur *b*, ad Eccleſiam eſſe deferenda, & oblationes pro eis offerendas. Cùm enim pro peccatis ſuis pœnam extremam ſolverint, & dignè pœnituerint, non judicat Deus bis idipſum.

*Deprehenſi in ſcelere & vulnerati, ſi confeſſi ex vulneribus mortui fuerint, item improviſo caſu oppreſſi, non privantur Eccleſiaſtica ſepultura. h. d.*

QVin etiam *c* ſi, dum in ſcelere comprehenduntur, vulnerati fuerint, & ſacerdoti poſtmodum confeſſi, ex vulneribus acceptis deceſſerint, communio eis minimè denegabitur: quanquam ſi, dum ſeipſos defendunt, interfecti fuerint, aliud ſit ſtatuendum. Is autem, quem caſus improviſus opprimit *d*, ſi nihil aliud obſiſtat, Eccleſiaſtica ſepultura non arcebitur.

*Pro ſepultura non poſſunt clerici aliquid exigere, nec conſuetudo in contrarium valet, poſſunt tamen ſponte oblatum accipere. h.d.*

ILlud etiam atque etiam admonendi ſumus, ſacris Canonibus penitùs interdici *e*, ne quis terram pro ſepulchro vendere, aut pro hominibus ſepeliendis quoquo modo munera *f* exigere audeat, niſi fortè ſepeliendus Eccleſiæ in cujus atrio *g* ſepelitur, aliquid vivens tradi juſſerit, aut poſt mortem ipſius parentes, proximi, vel hæredes pro luminaribus, vel eleemoſyna aliquid ultrò dare voluerint: quo caſu ſpontè oblatum licitè recipi poterit: peti *h* verò, vel aliquid exigi, eſt omninò vetitum, ne aut venalis dicatur Eccleſia, aut clerici hominum interitu gaudere videantur, ſi ex illorum cadaveribus ſtudeant habere compendium, nec obtentu cujuſquam conſuetudinis, niſi pia & laudabilis fuerit, reatum ſuum quis excuſare poterit.

## DE CANONICA PORTIONE.
### TITVLVS XIV.

*Quid ſit Canonica portio, & quòd eſt duplex, parochialis & Epiſcopalis, & quòd parochiali debetur ratione relictis factis Eccleſiæ, in qua quis poſthabita propria Eccleſia elegit ſepeliri. h.d.*

CAnonica portio eſt, quæ de relictis, & proventibus Eccleſiis obvenientibus detrahitur, & prælatis debetur. Eſt autem duplex, Parochialis & Epiſcopalis. Parochialis eſt, quæ Parochiali Eccleſiæ, vel ipſius Curato, & Rectori debetur. Sciendum eſt enim, ſi quis in alia Eccleſia, quàm in ea, in qua divina audit officia, & Eccleſiaſtica ſacramenta percipit, ſepulturam ſibi elegerit (quod quibus caſibus fieri poſſit, proximè expoſuimus) ne parochialium Eccleſiarum Rectores, quibus cura incumbit animarum, debitis fraudentur ſubſidiis, conſtitutum eſſe *i*, ut Curatus de his rebus, quas defunctus pro anima ſua in ultima diſpoſitione reliquit Eccleſiæ, in qua ſepeliri elegit, quartam

a *C. fin. ext. eod. tit.* b *Canon. quæſitum eſt. 13. q. 2.* c *Can. fures. Clem. pen. 13. q. 2.* d *C. ex parte parentum. extr. eod. tit.* e *C. pen. extr. eod.* f *Can. quæſta eſt. §. unde. 13. q. 2.* g *Can. præcipiendum. d. 13. q. 2.* h *d. can. quæſta. §. peti.* i *C. cum ſuper. & c. ſeq. ext. de ſepult.*

partem

partem percipiat, aut aliam, quam legitima conſuetudo præfixerit.

*De his, quæ quis vivens & ſanus contulit alicui Eccleſiæ, Curato non debetur Canonica portio: ſecus, ſi infirmus, & ex eadem infirmitate decedens. h. d.*

SEd etſi nihil quidem teſtamento quis reliquerit, ſed in ægritudine *a* conſtitutus cum bonis ſuis ad loca religioſa ſe tranſtulerit, Eccleſiæ parochiali Canonica portio debetur, ſimodò ille de eadem ægritudine deceſſerit. Quòd ſi ſanus ad ea loca ſe tranſtulerit, de his, quæ locis ipſis contulit, cogi non poterit aliquid Eccleſiæ, à qua diſceſſit, impertiri: quia liberum eſt eis tunc bona ſua non ſolùm religioſis, ſed etiam quibuſlibet privatis conferre.

*Canonica portio ſolvitur Eccleſiæ, in qua quis divina percipit: & ſi duo quis habeat domicilia, dividetur inter Eccleſias duorum domiciliorum. h. d.*

DVbitari tamen poteſt, ſi cujus *b* majores antiquitùs in aliqua Eccleſia ſepeliri conſueverant, ea dimiſſa alibi ſepulturam elegerit, num dimiſſæ Canonica portio debeatur, an parochiali? Et ſtatutum eſt, illi perſolvendam in qua quis audire divina, vel ſacramenta recipere debet. Quòd ſi is, qui duo habet domicilia, ſeque in utroque collocat æqualiter, in loco tertio ſepulchrum eligat, domiciliorum Eccleſiæ inter ſe Canonicam portionem divident.

*Ponit, de quibus rebus parochialis non detrahatur. h. d.*

SVnt *c* tamen quædam relicta, ex quibus Canonica portio detrahi non debet, utputà ſi quid pro fabrica, pro luminariis, pro anniverſario, pro equis *d*, vel armis contra infideles exercendis, vel aliàs ad perpetuum cultum divinum, vel particulari perſonæ legatur: de quibus omnibus niſi ea machinatione facta fuerint, ut parochialis Eccleſia fraudetur, hujuſmodi portio detrahenda non erit.

*Minores, & Prædicatores indiſtinctè de omnibus obventionibus parochialem portionem ſolvere tenentur. h. d.*

SEd iſtud *e* quidem ita demum obtinet, ſi neque in Minorum, neque Prædicatorum quis Eccleſiis ſepulturam ſibi elegerit: hoc enim caſu dictorum ordinum fratres de omnibus obventibus, tam funeralibus, quàm quibuſcunque, & quomodocunque relictis diſtinctè vel indiſtinctè, ad quoſcunq; certos, vel determinatos uſus, etiam de quibus Canonica portio dari, ſive exigi non conſuevit, vel de jure non debet, nec non de datis, vel qualitercunque donatis in morte, ſeu mortis articulo, infirmitate donantis, vel dantis, de qua deceſſerit, quomodocunque, directè vel indiſtinctè, quartam partem parochialibus ſacerdotibus, & Eccleſiarum Rectoribus integrè largiri tenentur.

*Canonica Epiſcopalis eſt, quam detrahit Epiſcopus de relictis pro anima, quam teſtator prohibere non poteſt, & ubi eadem ratio, eadem debet eſſe juris diſpoſitio. h.d.*

CAnonica portio Epiſcopalis eſt, quæ de relictis alicui Eccleſiæ pro anima ab Epiſcopo deducitur. Nam veluti parochialis Eccleſia pro labore, & cura, quam geſſit, animarum, certam portionem detrahit de relictis alteri Eccleſiæ, in qua quis ſepulturam elegerit: ſic etiam licebit ipſi Epiſcopo *f*, niſi ſibi quadragenaria *g* obſtet præſcriptio, curæ paſtoralis intuitu, quam diœceſi ſuperintendens ſuſcipit de relictis, & pro anima cujuſlibet Eccleſiæ oblatis Canonicam ſumere portionem: etiam ſi teſtator expreſſerit, quòd non Epiſcopi velit eſſe relictum, ſed tantùm Eccleſiæ, cùm privata teſtatoris diſpoſitio generalem Canonis conſtitutionem immutare nequeat *h*.

a *C. de his. extr. de ſepult.* b *C. 1. de ſepult. in 6.* c *C. ſi. ext. de teſt.* d *C. in noſtra. ext. de ſepul.* e *Cle. 2. verum. & per totum. tit. de ſepult.* f *C. requiſiſti. in prin. ext. de teſt.* g *C. de quarta. ext. de præſcript.* h *d. c. requiſiſti. ver. ſecus autem.*

*Eccleſiæ debetur Canonica portio de relicto Epiſcopo, quam tamen poteſt teſtator prohibere. h. d.*

ITem *a* ex contrario, quemadmodum Epiſcopo ſua portio competit, ſi quid Eccleſiæ relinquatur: ita ſi quid Epiſcopo relictum fuerit, Eccleſia de illo Canonicam petere portionem poterit. Sed hoc caſu, ſi teſtator exprimat, quòd velit illud Epiſcopi tantùm eſſe, non Eccleſiæ, teſtatoris erit ſervanda diſpoſitio.

*Si quid ſimpliciter Epiſcopo à conjuncto fuerit relictum, in dubio non debetur Eccleſiæ Canonica portio: ſecus ſi ab extraneo. hoc dicit.*

SEd *b* in hac ſpecie multum intererit, qua legandi formula teſtator uſus fuerit. Nam ſi ſimpliciter dixerit, *Rem talem relinquo*, diſtinguendum eſt, Epiſcopi propinquus leget, an extraneus. Primo enim caſu cùm non Eccleſiæ relictum præſumatur intuitu, niſi fortè probetur, ſed perſonæ, de relicto in vita Epiſcopi Eccleſia petere nihil poterit. Contraria obtinet præſumptio & diſpoſitio, ſi ab extraneo quid Epiſcopo relictum fuerit.

*Si quid conjunctim legetur Epiſcopo & Eccleſiæ, fit inter ipſos diviſio, etiam ſi teſtator hoc reliquerit Epiſcopo, illud Eccleſiæ: niſi ſtare velint teſtatoris voluntati, quod ob favorem ultimæ voluntatis conceditur. h.d.*

QVòd ſi *c* conjunctim dictum fuerit, *Relinquo rem Epiſcopo & Eccleſiæ.* de ea inter ipſos Canonica diviſio facienda erit. Si verò iſtud Epiſcopo, & illud Eccleſiæ relinquatur, relicta inter Epiſcopum, & cathedralem Eccleſiam ad Canonicam diviſionem ſunt redigenda: niſi ambo teſtatoris velint eſſe diſpoſitione contenti, quam propter ultimæ voluntatis favorem obſervare eſt ſatis condecens, ubi neque fraus intervenit, nec alteruter nimium debita portione fraudatur.

*Cum Eccleſiis inferioribus Epiſcopus non dividit ſibi relictum, ſed bene detrahit quartam de relictis dictis Eccleſiis. hoc dicit.*

SEcùs *d* autem eſt, ſi quid legetur Epiſcopo, & capellis vel monaſteriis, aut aliis piis locis: nam hoc caſu, quod Epiſcopo legatur, ejus præcipuum eſt: cum Eccleſia cathedrali, & de illis quæ aliis locis legantur, portionem Canonicam nihilominus obtinebit. Et hæc ideò tam variè, quia non tanta inter monaſteria, aut capellas eſt communio, quanta inter Eccleſiam cathedralem & Epiſcopum, qui cathedrali ſpirituali copulatus eſt conjugio: unde & quæ acquirit Epiſcopus, non illis, ſed iſti tantùm acquirit.

*Si teſtator aliquid Epiſcopo, aliquid Eccleſiis reliquit, & juſſit Epiſcopum eſſe contentum ſuo relicto, poſthabita detractione quartæ, ſervanda eſt teſtatoris voluntas, niſi ſit facta in fraudem. hoc dicit.*

HOc autem tunc obtinere oportet, ſi ſimpliciter Epiſcopo legatum factum fuerit: cæterùm ſi eam adjecerit conditionem teſtator, ut Epiſcopus ſuo ſit legato contentus *e*, & ipſe legatum agnovit, quia per hoc aliis renunciaſſe videtur, de cæteris portionem exigere non poterit. Sed ſi conſtiterit, quòd eadem adjecta conditione in fraudem modicum conſtituit mortuarium, ut Epiſcopus portione debita fraudetur in cæteris, quia dolus cuiquam patrocinari non debet, poterit is etiam ex aliis relictis exigere portionem à Canone conſtitutam, ſalvis tamen indulgentiis, quæ à Romano Pontifice quibuſdam regularibus ſunt conceſſæ.

*Relictum ei, qui poteſt proprium poſſidere, non habenti prælationem vel adminiſtrationem, à quocunque præſumitur relictum intuitu propriæ perſonæ, non Eccleſiæ. h. d.*

ILlud *f* etiam generaliter obſervandum eſt circa eum qui proprium poſſidere poteſt, prælationem, vel

a *C. requiſiſti. §. ſi ab extra. de teſt.* b *D. ca. requiſiſti. §. ſi verò.* c *D. c. requiſiſti. §. quid ſi. & ſeq. extr. de teſt.* d *d. c. requiſiſti. §. ſecus autem. extrà de teſt.* e *Ca. officii & infra. extra, de teſt.* f *C. requiſiſti. §. illud. extra, de teſt.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adminiſtrationem Eccleſiæ non habentem, quòd ſi ei aliquid relinquatur ſpecialiter, non ſolùm à propinquo, verùm etiam ab extraneo, non intuitu Eccleſiæ, ſed perſonæ eſſe relictum intelligitur, niſi probatio in contrarium appareret: & idcircò de illo, nec Epiſcopus, nec Eccleſia poteſt in vita ejus ſibi aliquid vendicare.

*Epiſcopalis & parochialis pari paſſu ambulant. h.d.*

ITem de quibus relictis parochialis portio non detrahitur, nec Epiſcopalis detrahenda erit.

## DE DECIMIS.

### TITVLVS XXVI.

*Ponit ſubordinationem tituli ad præcedentia & ſequentia. h.d.*

EXplicito tractatu rerum, quæ ſpiritualitate quadam continentur & cenſentur, ſupereſt nunc, ut de rebus Eccleſiaſticis quidem, ſed temporalibus, illarumque adminiſtratione dicamus. Sed cùm decimæ mediam quandam inter ſpirituales res & temporales naturam obtineant, quippe quòd ipſum decimandi jus ſpirituale ſit, fructus vero ipſi decimarum temporales & profani, meritò de his quaſi in confinio quodam, tractatus habendus erit, & tam præcedentibus, quàm ſubſequentibus annectendus. Quod eò etiam congruentiùs poſſe fieri videtur, quòd & proximè de iis, quæ ſacerdotibus, & Eccleſiis parochialibus debentur, & ſimilem naturam habere videntur, loquuti fuimus, & ipſarum quoque decimarum ad parochiales Eccleſias jure communi ſpectat perceptio.

*Quid ſit decima. h.d.*

DEcima eſt quota bonorum mobilium pro Deo, tam divina, quàm humana conſtitutione debita *a*.

*Decimarum aliæ perſonales, aliæ prædiales. h.d.*

DEcimarum duæ ſunt ſpecies: perſonales, & prædiales. Perſonales ſunt, quæ ex iis proventibus deducuntur, qui ex propria cuiq; ſolertia & induſtria obveniunt, utputà de negotiatione, artificio, & militia. Prædiales ſunt quæ ex fructibus prædiorum ſolvuntur, ut de vino, tritico, & his ſimilibus, quas in ſignum univerſalis ſibi retenti dominii reddi Deus præcipere voluit.

*Perſonales prabendæ debentur Eccleſiæ, in qua quis ſacramenta percipit: prædiales verò Eccleſiæ, in cujus finibus ſunt conſtituta prædia, niſi aliud inducat conſuetudo. h.d.*

INter perſonales autem & prædiales decimas hoc intereſt, quod perſonales illi ſolùm parochiæ debentur, in qua quis Eccleſiaſtica ſacramenta percipit, rametſi lucrum alibi contigerit: prædiales verò, ſi ex prædiis in aliena parochia conſtitutis fructus collecti fuerint, ei debentur Eccleſiæ regulariter, in cujus territorio prædia ſunt conſtituta: quanquam ſi conſuetudo aliud introduxerit, ſervanda erit *b*.

*Perſonales decimæ, quæ ſolvuntur ex rebus venditis & paratis pecunia decimata, ſolvuntur deductis impendiis: ſecus verò prædiales: & fructus non, niſi cum onere decimarum, alienari poſſunt. h.d.*

ITem ſi perſonales, quæ de rebus acquiſitis, vel factis ex pecunia decimata, ſi vendantur, ſolvendæ ſint *c*, utputà ſi vendatur domus, ager, vinea, molendinum, grex, aut merces, quælibet expenſæ priùs, quas quis in rebus parandis fecerit, deduci debent, & de reſiduo, quaſi de lucro, decimæ præſtabuntur. Expenſæ verò etiam ſeminis, quæ fiunt pro percipiendis fructibus, ex illis de quibus fructus proveniunt, etiam ſi decimatæ fuerint, non deducentur: quoniam, ſalva decima, fructus efficiuntur eorum, qui expenſas ipſas faciunt: ſed nec fructus ipſi, niſi cum onere decimarum, alienari poterunt.

*Non deducuntur impenſæ factæ pro inſtaurandis rebus, de quibus ſolvendæ ſunt decimæ, tam perſonales, quàm reales. h.d.*

ILlud commune tamen eſt tam perſonalibus, quàm prædialibus, quòd expenſæ, quæ factæ fuerunt pro reſtaurando *a* detrimento rerum, ex quibus decimæ perſolvuntur, ut ſi pars aliqua moriatur armenti, vinea fiat deterior, mercis depereat portio, de proventib. decimandis minimè deduci debent. Cujus rei illa eſt ratio, quòd penes dominum res inſtauratæ remanent.

*Cenſus & tributa de fructibus, de quibus decimæ ſolvendæ ſunt, non debent deduci. h. d.*

SEd *b* nec cenſus, nec tributa de fructibus, de quibus decimæ perſolvendæ fuerint, primitus deduci poterunt. Cùm *c* enim in ſignum univerſalis dominii, quaſi quodam ſpeciali titulo decimas ſibi Dominus reſervaverit, conſequens eſt ut in prærogativam dicti generalis dominii decimarum ſolutio, cenſuum & tributorum præcedat exactionem: vel ſaltem hi, ad quos cenſus, vel tributa pervenerint, quoniam res cum ſuo tranſit onere, decimas ſolvere per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur.

*De omnibus proventibus decimæ ſolvi debent. h.d.*

EAdem *d* ratione conſtitutum eſt, ut non ſolùm de vino & grano, fructibus arborum & hortorum decimæ perſolvi debeant, ſed etiam de pecoribus, de venationibus, negotiationibus, de ipſa etiam militia, & denique de omnibus bonis, & proventibus omnibus, ita ut qui de his eas cum integritate ſolvere neglexerint, Eccleſiaſtica diſtrictione percelli debeant.

*Omnes tenentur ſolvere decimas, tam Chriſtiani, quàm Iudæi. Iudæi tamen tantùm prædiales tenentur ſolvere, Chriſtiani & prædiales, & perſonales. h.d.*

ILlud etiam nullam recipit dubitationem, ad ſolutionem earum quemlibet teneri, niſi quis ſpeciali privilegio ab ipſarum præſtatione doceatur exemptus. Vnde non ſolum Chriſtiani, ſed etiam Iudæi tenebuntur. Inter eos tamen illa differentia, quòd fideles ad perſonales & prædiales præſtandas indiſtinctè tenentur: Iudæi verò *e* ad prædiales tantùm, quas ſi recuſent ſolvere, ad ipſas poſſeſſiones renunciandas compellendi erunt, ne forte hac occaſione Eccleſiæ ſuo jure fraudari valeant.

*Monachi regulares, & clerici communiter viventes ſolvunt prædiales decimas, & quòd novale eſt ager de novo redactus ad culturam. hoc dicit.*

DE Monachis & regularibus, ſeu clericis communiter viventibus videamus, & ſanè nulla fuit ratio, ut ab his de laboribus ac nutrimentis propriis decimæ extorqueantur: ad prædiales tamen etiam de novalibus, de quibus antea decimæ ſolvebantur, tenebuntur. Eſt autem novale, ager nunc primum proſciſſus, & nuper ad culturam redactus: de quo, quod aliquando cultus fuerit, memoria non extat.

*Decimas ſolvere tenentur Monachi, & alii communiter viventes, etiam de prædiis de novo acquiſitis, & propriis manibus excultis, niſi obſtet aliquod privilegium. h.d.*

SEd & ſi iiſdem poſſeſſiones pia fideliũ devotione collatæ fuerint, aut pro monaſteriis de novo fundandis comparatæ, vel quoquo modo recenter acquiſitæ, etiamſi eas propriis manibus aut ſumptibus excolant, nihilominus decimas perſolvent Eccleſiis, quibus ratione talium prædiorum antea ſolvebantur, niſi *f* ſuper hoc ſpeciali jure vel privilegio muniti eſſe probentur.

*Privilegium tollitur re judicata & præſcriptione. h.d.*

SEd nec ſemper eis privilegium ſuffragabitur: nam ſi res judicata obſiſtat, vel privilegio muniti decimas per quadraginta annorum ſpacium ſolverint, cùm liberum ſit unicuique juri proprio renunciare, præſcrip-

a *C. parochianos. ext. eo.* b *d.c. ad Apoſtolica. in fin.* c *C. paſtoralis officii. ext. eod. tit.*

a *C. paſtoralis. §. nec pro eo. tit. extr.* b *C. cum non. ext. eod.* c *C. tua nobis. circa med. eo. tit. ext.* d *C. ex parte. & c. ſeqq. extr. eo. tit.* e *C. de terris. ext. eo. tit. & c. pen. in fin. ext. de uſur.* f *C. 2. §. cæterùm. eo. tit. in 6.*

tione

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tione tanti temporis proprio privilegio detrahere voluiſſe præſumuntur, & ea propter ad decimarum præſtationem compelli poterunt.

*Privilegia ſunt interpretanda, ut nemini indebitè damnum inferant. h.d.*

ITem ſi poſt initam inter aliquos ſuper decimis conventionem certi tenoris privilegia obtenta fuerint, niſi conventioni per ea derogetur expreſsè, illis non obſtantibus, erit inviolabiliter obſervanda: ita enim hujuſmodi privilegia ſunt accipienda, ut nemini læſionem, præcipuè enormem, inferre debeant. Vnde *a* ſi ſuper hujuſmodi conceſſiones parochiales Eccleſias adeò gravari contingat, ut Rectores de reditibus earum congruè ſuſtentari, & Epiſcopo debita perſolvere non poſſint, per locorum ordinarios ita providendum erit, ut eiſdem Rectoribus tantum relinquatur, quòd & competentē ſubſtentationem habere, aliaque onera debita ſupportare valeant.

*Privilegiati ſuper decimis, tenentur illas ſolvere de prædiis conductis: & privilegiatus ſuper laboribus propriis ſolvet decimas ſuper prædiis locatis. h.d.*

SVper decimis quoque non ſolvendis privilegiati, ſi aliena prædia conduxerint *b* privilegio minimè obſtante, de conductis prædiis ſolitas decimas parochiis ſuis integras perſolvent. Idemque erit de locatis prædiis, ſi privilegiatus ſuper laboribus, quos propriis vel manibus, vel ſumptibus excoleret, terras ſuas aliis locaverit.

*Laici, & etiam Imperator non poſſunt concedere privilegium ſuper decimis non ſolvendis. h.d.*

GEneraliter autem, niſi hujuſmodi immunitatum privilegia ab Apoſtolica poteſtate obtenta fuerint. nullam habebunt efficaciam, ideoque *c* etiam Imperialis conceſſio quantumcunque concepta generaliter, cùm nulla ſit laicis de ſpiritualibus diſponendi facultas, à ſolutione decimarum neminem poterit eximere: imò ſacrilegii *d*, crimen incurrit, qui de manu laicorum rem eccleſiaſticam recipiet.

*Laicus etiam de manu clericorum non poteſt decimas recipere, ſub pœna excommunicationis, & privationis ſepulturæ, & clericus concedens deponetur. h.d.*

EX contrario quoque laicus etiam à clericali poteſtate decimas recipere, & in alium, velut hæreditario jure tranſmittere non poterit: & ſi ſecus actum fuerit, & qui conceſſerit, à ſtatu ſuo dejicietur *e*, & qui receperit, & Eccleſiæ non reddiderit, & vivens excommunicationis vinculo *f* innodabitur, & mortuus eccleſiaſtica ſepultura carebit. *g*

*Reditus decimarum locari poſſunt, dummodo locatio non ſapiat alienationem. h.d.*

SI *h* quis tamen, cùm Eccleſiæ ſuæ conditionem meliorem facere poſſit, decimarum ſuarum proventus alicui locare velit, dummodo hujuſmodi locatio ad feudum, vel alienationem non videatur extendi, id facere minimè impedietur.

*Epiſcopo debetur à Rectoribus quarta decimarum, quas exigunt, niſi præſcripta fuerit. h.d.*

POſtremò ſciendum eſt, quòd veluti parochialibus Eccleſiis (ſecundùm ea quæ proximè expoſuimus) decimæ debentur, ita etiam decimarum ipſarum quarta Epiſcopo à Rectoribus Eccleſiarum, niſi legitima obſtet præſcriptio *i*, perſolvenda erit.

## DE REBVS ECCLESIÆ ALIENANDIS, VEL NON.

a *C.2. §. ubi autē. eo. ti. in 6.* b *C. dilecti filii. & ca. ex parte. ext. n. & cap. ſeq.* c *C. tua. Cl. I. ext. eo. tit.* d *C. dudum. §. cum ſa. privilegii. extr. eod.* e *C. quamvis ſit. in fi. ex eo. tit. extr.* f *C. adhac. eod.* g *C. prohibemus. ex eo. tit.* h *C. 2. extra loca.* i *C. de quarta. extrà, de præſcr.*

### TITVLVS XXVII.

*Regulariter Epiſcopus non poteſt aliquid agere ſine conſenſu, vel conſilio capituli. h.d.*

TRactemus nunc de rebus temporalibus Eccleſiarum, illarumque adminiſtratione & alienatione, ſine quibus ſpiritualium dignitas haud facilè conſiſtere poteſt. Et quidem illud in primis firmare nos oportet, nihil Epiſcopum regulariter ſine conſenſu ſui capituli vel conſilio poſſe ſuper his ſtatuere: cùm velut caput ad membra, ita ſeſe prælatus habeat ad capitulum. In eo autem totius videtur eſſe conſenſus capituli, cui & major & ſanior fratrum acceſſerit ſententia.

*Alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ſine utilitate Eccleſiæ, & clericorum conſenſu, non valet: & quid contineat alienationis verbum. h.d.*

EX his conſequens eſt, ut rerum Eccleſiaſticarum abſq; clericorum ſubſcriptione, & Eccleſiæ utilitate, & Romano inconſulto Pontifice *a*, ab Epiſcopo facta donatio, vel alienatio, vel ſuppoſitio non teneat, niſi eam poſtmodum ratam habeant. Prælatus enim Eccleſiaſticarum rerum procurator eſt, non dominus: & conditionem Eccleſiæ meliorem quidem facere poteſt, deteriorem verò non poteſt. Quòd ſi ſecus factum fuerit, nec quod geſtum eſt, vires ullas ſortietur, & Canonum temeratores tam ſecularium, quàm Eccleſiaſticarum legum pœnis ſubjacebunt. Alienationis autem verbum continet hoc loco venditionem, permutationem, hypothecam, donationem, conductionem, emphyteuſim, & omnem conventionem, per quam dominium transfertur.

*Eccleſiam ſuam non poteſt quis gravare pro alienis debitis, & debita neceſſaria facta prædeceſſore luenda ſunt. Idem ſi clericus de mandato fidejuſſerit, aut in rem ipſius Eccleſiæ mutuum verterit. h.d.*

SEd *b* nec commiſſam ſibi Eccleſiam pro alienis gravare debitis, aut literas alicui, vel ſigilla concedere, quibus Eccleſia poſſit obligari, aliquis audere debet: alioqui nec Eccleſia ad talium debitorum ſolutionem tenebitur, & qui id auſus fuerit, à ſpiritualium & temporalium adminiſtratione ſuſpenſus erit. Debita *c* tamen à prædeceſſore ſuo pro Eccleſiæ neceſſitate contracta, ſolvere proculdubio tenebitur. Idem, ſi clericus de mandato fidejuſſerit *d*, aut ſi non de mandato, in rem tamen Eccleſiæ, mutuum verterit.

*Poteſt prælatus rem non magni valoris in aliquem benè meritum transferre, & terram gratia fabricandæ Eccleſiæ alicui concedere. h.d.*

EXcipiuntur tamen nonnulli caſus, in quibus donandi, permutandi, locandi, libertatem, feudum, & emphyteuſim dandi, aut aliter alienandi jure licentia conceditur. Nam *e* ſi quid prælatus non magni valoris alicui fortè ob benè merita donaverit, præſertim ſuadente conſuetudine, jure ſuſtinebitur donatio. Multò magis idem erit ſtatuendum, ſi quid fortè ſoli ad Eccleſiæ fabricam erigendam conceſſum fuerit: quo caſu tantum donare licet, quantum Eccleſiæ parietes concludere poſſunt.

*Proventus Eccleſiaſtici poſſunt vendi ad modicum tempus & ad precariam concedi, quæ renovanda erunt de quinquennio in quinquennio. h.d.*

IDem juris erit & redituum fructuumque venditionibus ad tempus modicum faciendis, & de precariis, quæ quandoque de eccleſiarum poſſeſſionibus fieri ſolent: quæ, ne temporis longinquitate juris eccleſiaſtici pereat memoria, de quinquennio *f* in quinquennio renovandæ erunt.

a *Cap. 2. in princ. eod. tit. in 6.* b *C. 2. extr. de fidejuſ.* c *C. 1. extr. de ſolut.* d *C. pen. extr. de fidejuſſ.* e *Ca. cæterum. extr. de donat.* f *C. 1. extr. de preca.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Precarium ſolvitur ad beneplacitum concedentis: ſecus precaria, niſi ſit irrationabilis. h.d.*

DIſtat autem precarium à precaria: qui precarium *a* tandiu conceditur, quoad is, qui conceſſit, patitur: Precariæ verò non ſunt pro voluntate concedentium revocandæ, niſi ſint irrationabiles: quo caſu poterit ſucceſſor à prædeceſſore conceſſam precariam reſcindere & revocare.

*Ruinæ, prædia inculta, & ſylvæ extirpatæ poſſunt ſub annuo cenſu concedi in emphyteuſim, & ſi per biennium in ſolutione cenſus ceſſatum fuerit, poteſt emphyteuta expelli. h.d.*

RVinæ quoque quas Eccleſia reficere non valet, & inculta prædia, ut extirpatæ ſylvæ, in emphyteuſim ſub annuo cenſu his concedi poterunt, à quibus, vel ſuo, vel parentum *b* ſuorum labore conſtiterit extirpatas, niſi fortè poſſint aliis ad majorem Eccleſiæ utilitatem cum eodem onere conferri. Qui *c* tamen ſi per biennium in ſolutione Canonis ceſſaverint, niſi celeri ſatisfactione poſtmodum ſibi conſulere ſtuduerint, jure expelli poterunt: nec quicquam eis proderit, quòd ut Canonem ſolverent, ſibi nunciatum non fuit, cùm hoc caſu præfixus dies pro domino interpellet.

*Terrulas incommodas, & minùs utiles, item ſervos fugitivos poteſt prælatus alienare. h.d.*

TErrulas *d* quoque aut vineolas exiguas, & Eccleſiæ minùs utiles, aut longè poſitas, vel domos, quæ Eccleſiæ plus incommodi quàm utilitatis afferunt, ſi neceſſitas fuerit, diſtrahendi poteſtatem Epiſcopus habebit. Simili ratione fugitivos ſervos, & qui de fuga revocati, retineri non poſſunt, ſi voluerint, aut illi ex alio meruerint, Epiſcopis diſtrahendi poteſtas erit.

*Feudum à vaſallo alienatum, & difficilis recuperationis, poteſt Epiſcopus alteri ſub conditione recuperandi concedere. h.d.*

SEd & in feudum *e* certis caſibus, & jurejurando de non alienando minimè obſtante, res Eccleſiaſticas concedere poterit, veluti ſi feudum per vaſallum alienatum fuerit, & per Epiſcopum id facilè recuperari non valeat: poterit eum per Epiſcopum illud alicui concedi, qui & ipſum recuperet, & in feudum ab Eccleſia recognoſcat.

*Feudum devolutum poteſt per Epiſcopum alteri concedi. hoc dicit.*

QVinimò *f* etiamſi talis neceſſitas non immineat nihilominus alienantis filium, vel conſanguineum, vel ejuſdem feudi conſortem poterit Epiſcopus inveſtire. Idem erit, ſi per obitum vaſalli feudum ad Eccleſiam remeaverit: nam & eo caſu inveſtire prælatus alium liberè poterit, ſi Eccleſiæ viderit expedire.

*Qui aliquid contulerunt, vel acquiſiverunt Eccleſiis, poſſunt pro modo collati, vel acquiſiti manumittere, dum tamen manumiſſus cum poſteritate & peculio remaneat in patrocinio Eccleſiæ. h.d.*

ILud etiam Toletano Concilio *g* diffinitum reperitur, quòd ſi ſacerdotes aliquid Eccleſiæ ſuæ relinquunt, vel nihil habentes, aliqua prædia, vel familias Eccleſiis ſuis acquirunt, liceat eiſdem aliquos juxta collatæ modum ex familia ejuſdem Eccleſiæ manumittere, ita ut manumiſſi cum peculio & poſteritate ſua ſub Eccleſiæ remaneant patrocinio. Quòd ſi qui nihil de proprio *h* Eccleſiæ contulerunt, libertati ſervos Eccleſiæ donare auſi fuerint, ex eodem Concilio Epiſcopus ſucceſſor ad Eccleſiæ Ius revocare poterit. Impium eſt enim, ut qui lucrum de rebus ſuis Eccleſiæ non contulit, damnum inferre valeat.

*Princeps poteſt rem ſuam æqualem, vel majorem cum Eccleſiaſtica permutare: & ſervi Eccleſiaſtici, ſi frugi ſint, præterquam ad libertatem, commutari non poſſunt. h.d.*

a C.fin.ext.de prec. b C.ad aures. ext. eo. c C.fin. extr. loca. d C.terrulas. 12. q.2. e C.2.ext.de feud. f C.ſi.ext.de feud. g C.conſenſus. ext. eod. h C.Epiſcopi.ext.eo.tit.



SEd & Princeps, ſi cauſa probabilis id popoſcerit, cum re Eccleſiaſtica & immobili, rem ſuam majorem, vel æqualem permutare poterit, pragmatica ſuper hoc præcedente forma: Eccleſiaſtica tamen mancipia quæ frugi fuerint, præterquam ad libertatem, commutari non poterunt.

*Epiſcopus poteſt permutare terras duarum Eccleſiarum ſuæ diœceſis, illarum accedente conſenſu: & de temporalibus ad ſpiritualia non poteſt fieri permutatio. h.d.*

EPiſcopus quoque duarum ſuæ diœceſis Eccleſiarum terras, invicem ambarum *a* partium accedente conſenſu, permutare poterit, & ſi alterius partis prædium valore præponderet, ad æqualitatem inducendam ab altera parte pecuniam refundi jubebit *b*. De temporalibus autem ad ſpiritualia permutatio jure conſiſtere non poteſt. *c*

*Res eccleſiaſtica poteſt propter præſcriptionem legitimam ab Eccleſia abduci, & detrahi. h. d.*

PRæterea & ſi quis per tempora ſacris Canonibus definita rem Eccleſiaſticam juſto titulo & bona fide ita poſſederit, ut nullo tempore rei conſcientiam habeat alienæ, completa præſcriptione, res poſſeſſa à juribus Eccleſiæ dubio procul intelligitur eſſe avocata.

*Decima & oblationes præſcribi non poſſunt. h.d.*

PRoventus tamen primitiarum & decimationum præſcriptione tolli non poterunt, etiam ſi à Romano Pontifice laicus quilibet ſuper his reſcriptum impetrarit.

## DE PECVLIO CLERICORVM, RELICTIS ET SUCCESSIONIBUS EORUM.

### TITVLVS XXVIII.

*Eccleſiaſtica reputantur etiam res illæ, quas ſacerdos acquiſivit, cùm tempore ſuæ promotionis nihil haberet: quas ſub pœna his contentis curabit, ut de rebus à ſe emptis ad nomen Eccleſiæ ſcripturam conficiat. h.d.*

ERgo res Eccleſiaſticas ab Eccleſiæ juribus abdicare non licet: Eccleſiaſticas autem res intelligimus, non modò quas Eccleſiæ rationibus ſacerdos comperit aſcriptas, ſed etiam eas, quas is emerit, cùm tempore ſuæ promotionis nihil haberet. Cùm igitur, & hæc tanquam de bonis Eccleſiæ quæſita ejuſdem eſſe intelligantur, ne quando Ius Eccleſiaſticum imminuatur, curabit ſacerdos, ut de his, quæ ſuperemerit, & ad ipſius Eccleſiæ nomen ſcripturam *d* conficiat, & Eccleſiæ relinquat, alioqui ab ejus ordinatione diſcedet. Qui verò prætextu proprii *e*, vel alieni nominis fraudem facere voluerit, ſacrilegii crimen incurret.

*Relictum ſacerdoti pro anima, & cenſetur relictum Eccleſiæ: ſecus eſt, ſi quid ei ſit relictum ſub onere fideicommiſſi. h. d.*

SEd & ſi non emerit, ſed pro anima quiſpiam intuitu Eccleſiæ ſacerdoti reliquerit, adhuc idem ſtatuendum erit. Congruit enim, ut quemadmodum ſacerdos habet, quod relinquetur ſacerdoti. Si quid tamen per fideicommiſſum, aut ſacerdoti, aut Eccleſiæ relictum fuerit, alteri poſtmodum profuturum, id inter Eccleſiaſticas facultates computandum non erit.

*Bona quæſita ſacerdotibus intuitu Eccleſiæ, debent remanere apud Eccleſiam, nec de his poteſt quis teſtari: & quid continuatur nomine Eccleſiæ. h.d.*

GEneraliter *f* igitur bona quælibet ob Eccleſiam acquiſita ſacerdotib', ſive mobilia, ſive immobilia, poſt illorum obitum debent apud eandem remanere, nec ſuper his ullum de Iure teſtamentum fieri poterit. Nomine autem Eccleſiæ, ubi clericorum eſt collegium, non Epiſcopus, vel morientis clerici ſucceſſor, ſed congregatio communis intelligitur, quæ rerum illarum curam & Ca-

a Ca. 1.extr.eod.tit. b C.ad quæſtiones.extr.de rer.permut. c C.fin..de rer. permut. d C.1.ext.eod. e Cap.penul.ext.eod. f C.relatum, vel ſecundo ext.de teſt.

nonicam

nonicam debet habere diſtributionem. Vbi autem in locum defuncti unus tantùm ſubſtituendus erit, is ea bona, velut & alia, diſpenſabit.

*Clerici poſſunt maximè accedente juſta cauſa de bonis Eccleſiaſticis facere eleemoſynam. h.d.*

LIcet autem clerici, nec de mobilibus ipſis teſtamentum conficere poſſint, conſuetudinis tamen eſt non improbatæ, ut de his pauperibus, & religioſis locis, & his qui viventi ſervierint, ſive ſint conſanguinei, ſive extranei, aliqua juxta ſervitii meritum conferantur, non teſtamenti ratione, ſed eleemoſynæ duntaxat intuitu *a*.

*Poteſt quis tantùm legare de bonis Eccleſiaſticis, quantum contulerit Eccleſiæ. h.d.*

ITem ſi tantundem de proprii Iuris facultate contulerit Eccleſiæ, quantum de Eccleſiaſticis bonis legaverit, legatum ſuſtinebitur.

*Clerici poſſunt teſtari de his, quæ acquiſiverunt non intuitu Eccleſiæ. h.d.*

DE his verò *b*, quæ aut paternæ ſucceſſionis, vel cognationis intuitu, ſeu conſanguineorum, vel amicorum munere, reſpectu non habito ad Eccleſiam, ad clericos pervenerint, liberè teſtari poterunt.

*Clerico ingenuo deficientibus ſucceſſoribus ab inteſtato ſuccedit in totum Eccleſia. h.d.*

QVòd ſi deceſſerint inteſtati, nec aliqui fuerint inventi, qui jure cognationis ipſis ſuccedere valeant, ſi ingenuis gaudeant natalibus, in integrum tunc Eccleſia ſuccedet, nec cuiquam ex rebus eorum aliquid præſumere licebit.

*Bona ſervi promoti ad ſacros ordines ab inteſtato decedentis dividuntur in quatuor partes, ut hic. h.d.*

SI verò ſervus *a* ad ſacros ordines promotus, libertatem nactus fuerit, idemque poſtea acceſſerit inteſtatus, nihil olim dominus de bonis ejus vendicare poterit, ſed ejus peculium in quatuor partes dividetur, quarum una Epiſcopo, altera Eccleſiæ, tertia pauperibus aſſignabitur, quarta parentibus: & ſi non ſint capaces parentes, Epiſcopus eam recipiet, & in uſum Eccleſiæ diligenter diſtribuet.

a *Ca. adhæc. ext. de teſt.* b *C. quia nos. ext. de teſt.*

a *Can. 2. extr. de ſucceſſ. ab inteſt.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

# INSTITUTIONUM JURIS CANONICI, LIBER TERTIUS.

## DE JUDICIIS, ET ILLORUM DIVISIONE.

### TITULUS PRIMUS.

*Quid ſit judicium, & quid cauſa. hoc dicit.*

RESTAT, ut videamus de judiciis. Poteſt autem judicium ita deſcribi. IVDICIVM eſt diſcuſſio cauſæ, quæ ritè fit in foro coram judice: CAVSA verò eſt origo negotii, & materia judicii.

*Quæ ſint judicia ſecularia, & quæ Eccleſiaſtica. h.d.*

SVmma diviſio judiciorum hæc eſt, quòd aut ſunt ſecularia, aut Eccleſiaſtica. Judicia ſecularia ſunt, quæ coram judice laico inter perſonas ſeculares exercentur. Eccleſiaſtica verò ſunt, quæ coram judice Eccleſiaſtico inter perſonas Eccleſiaſticas agitantur. Duo enim ſunt, quibus principaliter orbis regitur *a*, Authoritas ſacra Pontificum, & Imperialis ac regia poteſtas. Vnde ſicut civilium legum non niſi civilis eſſe debet executor: ita etiã Eccleſiaſticarum Eccleſiaſticus Iudex eſt adminiſtrator.

*Laicus à laico coram ſeculari judice conveniri debet, niſi cauſa ſit ſpiritualis vel ſimilis: & literæ impetratæ ad judicem Eccleſiaſticum non tenent. h.d.*

LAicus *a* ergo à laico coram judice ſeculari, non autem Eccleſiaſtico conveniendus erit: quod uſque adeò obtinet, ut etiamſi alteruter litigantium ab Apoſtolica ſede literas ad Eccleſiaſticum judicem impetraverit, irritæ ſint & inanes. Si tamen cauſa ſit hujuſmodi, quæ ad Eccleſiaſticum forum pertineat, qualis eſt matrimonii, uſurarum, perjurii, & ſimiles, licet inter laicos diſceptatio ſit, Iudex Eccleſiaſticus adeundus erit. Idem juris eſt, ſi vel à ſeculari judice juſtitia impetrari non poteſt, vel conſuetudo loci, vel miſerabilitas perſonarum Eccleſiaſticum judicem compellandum ſuadeat.

*Clerici habent privilegium, ne coram judice laico conveniri valeant, cui non poteſt ullo pacto renunciari. In judicem tamen Eccleſiaſticum non ſuum poſſunt conſentire, accedente conſenſu diœceſani. h.d.*

PAri *b* ratione tam Milevitanenſi, quàm Carthaginenſi Concilio conſtitutum eſt, ne clerici clericos relicto ſuo Pontifice, ad publica judicia, ſub pœna depoſitionis & amiſſionis propriorum jurium pertrahant: cui

a *Ca. ſolicitè. extr. de majori. & obe.*

a *Can. licet. & ca. ſeq. ext. de foro compet.* b *C. ſi diligen. ex. de foro compet.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

beneficio, cùm non ſit perſonale, ſed collegio eccleſiaſtico indultum, pactionibus privatorum, aut juramento illicito derogari non poteſt. In judicem tamẽ non ſuum ſi is perſona ſit eccleſiaſtica, & Epiſcopi diœceſani conſenſus acceſſerit, clerici conſentire poterunt.

*Actor ſequi debet forum rei. h.d.*

QVòd ſi inter clericum & laicum contentio ſit, ut cognoſcamus, utrum eccleſiaſticus, an ſecularis judex cauſam dirimere debeat, diſpiciendum erit, quis rei conventi partes ſuſtinet. Nam ſi clericus, apud eccleſiaſticum forum: ſi laicus, apud ſecularem erit agitanda cauſa: cùm *a* generale ſit, ut actor forum rei ſequatur. Cavendum *b* erit igitur laico judici, ne quoquo modo clericum condemnet: quòd ſi fecerit ab eccleſia, cui injuriam irrogare noſcitur, tandiu ſequeſtrandus erit, quouſque reatum ſuum cognoſcens, emendet.

*Si delinquens captus prætendatur clericus, utrum ita ſit, debet cognoſcere judex clericus vocato judice ſeculari. h.d.*

DVbitari tamen contigit, ſi judex laicus *c* delinquentem captum detineat, & ſi is ſe clericum aſſerens, ad curiam eccleſiaſticam remitti poſtulet, vel illum curia ipſa eccleſiaſtica tanquam clericum repetat, ſi judex laicus illum eſſe clericum inficiatur, & propterea minimè remittendum contendat, quis ſit hujus dubitationis legitimus futurus judex? Et cùm de re Eccleſiaſtica & ſpirituali ſit controverſia, ad judicem Eccleſiaſticum hujuſmodi cognitio pertinebit. Iudex tamen ſecularis, vel alius, cujus interſit, dum res hujuſmodi cognoſcitur, vocandus erit.

*Delinquens captus habitus pro clerico, ſtatim debet reſtitui judici eccleſiaſtico. h.d.*

SEd ſi notorium fuerit, vel fama publica extiterit, reum captum talem eſſe clericum, qui hujuſmodi privilegio gaudere debet, aut ipſe pro clerico communiter habeatur, ſtatim ante ullam de clericatu cognitionem Eccleſiaſticæ curiæ reſtituendus erit.

*Talis quis præſumitur, in quali habitu reperitur aliquandiu converſatus & captus. h.d.*

IDem *d* dicendum erit, ſi ante deprehenſionem pro clerico publicè ſe gerens, tonſuram & clericales veſtes deferens deprehenſus fuerit: donec enim contrarium non conſtiterit, talis, qualem eum demonſtrat habitus, præſumendus erit.

*Ex actu momentaneo non tollitur præſumptio orta ex actu habente tractum temporis. h.d.*

ALiud *e* obſervandum, ſi antè quàm deprehenderetur, publicè ſe pro laico gerebat, & quaſi laicus communiter habeatur: nam quanquam deprehenſionis tempore in habitu clericali repertus fuerit, ob præſumptionem, quæ adverſus captum ex præcedenti laicalis habitus delatione orta eſt, non antea reſtituendus erit, quàm de clericali titulo fidem fecerit: interim tamen quivis proceſſus Iudicis penitùs conquieſcet.

*Secunda Iudiciorum diviſio, quod quædam ſunt ordinaria, & quædam extraordinaria: & quis ſit judex ordinarius. h.d.*

ESt & alia diviſio judiciorum: nam Eccleſiaſticorum quædam ſunt ordinaria, quædam verò extraordinaria, ſive delegata. Iudicium ordinarium eſt, quod coram judicibus ordinariis exercetur. Ordinarius judex eſt, qui ſuo jure, vel ſuperioris beneficio, univerſalem juriſdictionem exercere poteſt, ut Epiſcopus, Archiepiſcopus, Legatus, & ſimiles. Conſtituitur autem à Lege, vel Principe, Conſuetudine, vel Vniverſitate. Igitur cùm Epiſcopus in tota ſua diœceſi juriſdictionem ordinariam noſcatur habere, poterit in quolibet loco ſuæ diœceſis non exempto per ſe, vel per alium, pro tribunali ſedere, & ea quæ ad ipſius ſpectant officium, liberè exercere, & cùm opus fuerit, auxilium publicum implorare *a*.

*Quid ſit judicium extraordinarium, & quid Iudex delegatus. h.d.*

EXtraordinarium ſive delegatum judicium eſt, quod coram judice delegato exercetur. Iudex delegatus eſt is, cui ab eo, qui demandare poteſt, cauſa committitur.

*Non ſolùm Princeps, ſed etiam alii Ordinarii poſſunt delegare, licet delegatus Principe ſit magis privilegiatus. h.d.*

POſſunt autem juriſdictionem mandare, non ſolùm Princeps, verùm etiam alii ordinarii. Is tamen, cui à Principe mandatur, cæteris longè præſtat: nam & aliàs ex cauſa ſubdelegare, niſi illius electa fuerit induſtria *b*, renitentemque compellere, & propriam ſententiam exequi *c*, & contra ipſum ordinarium procedere poteſt, quæ in cæteris delegatis non obtinent.

*Delegatus à Principe regulariter non poteſt quem citare, ut compareat perſonaliter. h.d.*

NOn *d* tamen in civili judicio alterutri parti, ut coram ſe perſonaliter compareat, jubere poterit: niſi vel mandatum ad hoc ſpeciale receperit, vel niſi pro veritate dicenda, vel pro juramento calumniæ exhibendo, vel alia juris neceſſitas partes coràm exigat ſpecialiter præſentari.

*Delegatus à Papa non ſubdelegat, niſi perſonis hic enumeratis. h. d.*

SEd nec omnibus promiſcuè vices ſuas demandare poterit *e*, ſed illis duntaxat, quibus authoritate literarum ſedis Apoſtolicæ, vel legatorum ejuſdem cauſæ committuntur, hoc eſt, non niſi dignitate præditis, aut perſonatum obtinentibus, vel Eccleſiarum cathedralium Canonicis.

*Poteſt una cauſa etiam pluribus delegari, & ſi in reſcripto non fuerit adjecta clauſula. Quòd ſi omnes, non valebit proceſſus, niſi ſimul procedant: ſecus ſi talis clauſula fuerit adjecta: quo caſu procedere poterunt, ſi conſtet aliquos non poſſe, vel nolle interesse. h.d.*

ITem mandari poteſt juriſdictio, tam uni, quàm pluribus, certis tamen: ſed ſi pluribus mandata ſit, non adjecto eo, *Quòd ſi omnes intereſſe nequiverint, vel noluerint reliqui exequantur*, niſi ſimul omnes conjunctim proceſſerint, quidquid aliqui fecerint, nullam juris habebit efficaciam. Planè ſi is, qui intereſſe non poteſt, vel Conjudici ſuo vel alii vices ſuas commiſerit, perinde res accipienda eſt, atque ſi omnes ſimul procedant. Aliud juris eſt, ſi illud adjectum ſit. Nam nec impeditorum collegarum ſubdelegatos admittere cogendi erunt, & quod pars illorum fecerit, ratum habendum erit. Hoc tamen ita demum obtinebit, ſi reliquis procedere volentibus, quoſdam vel intereſſe non poſſe, vel omninò nolle legitimè conſtiterit: alioqui procedentes nihil agent.

*Si unus ex pluribus delegatis negotium inchoaverit, alii non poſſunt ſe intromittere, niſi ex cauſa. h.d.*

POrrò uno illorum commiſſum negotium inchoante, alii ulteriùs ſe intromittere non poterunt, niſi aut infirmitate, vel alia juſta cauſa illum, qui cauſam tractare inceperit, contigerit impediri, aut idem nollet, vel dolo malo in eo procedere recuſaret.

*Iuriſdictio perpetuata per unum, intelligitur perpetuata quoad omnes. h.d.*

IVriſdictione *f* verò per unum vivo mandatore perpetuata, quoad omnes condelegatos judices perpetuata intelligitur.

*Delegatus debet diligenter ſervare fines mandati & cùm quid committitur, cenſetur omnia commiſſa, per quæ pervenitur ad illud. h.d.*

SEd ſive uni, ſive pluribus, ſive à Principe, ſive ab alio mandata fuerit juriſdictio, mandati formam diligentes

---

a *Canon. cùm ſit. extr. de foro compet.* b *C. conqueſtus. d. tit.* c *C. ſi judex. de ſentent. excom. in 6.* d *d. ca. ſi judex. §. idem, de ſentent. excom. in 6.* e *d. c. ſi judex. §. non ſic, de ſentent. excom. in 6.*

a *C. 1. in fi. extr. de off. ord.* b *Ca. ſi. §. pen. extr. de off. deleg.* c *C. ſignificaſti. ext. d. tit.* d *C. 1. de jud. in 6.* e *C. ſtatutum. de reſcr. in 6.* f *C. cum plures. in fi. de offic. deleg. in 6.*

genter cuſtodienda erit: nec aliquid contrà quàm ſibi mandatum fuerit, delegatus tentare audebit. Planè juriſdictionē impedientes, vel in judicium venire detrectantes, delegatus à Principe Eccleſiaſtica diſtrictione, etiam ſi literæ commiſſionis id non contineant, coërcere poterit, vel pro delicti & cauſæ qualitate, ſecundùm arbitrium ſuum, ſi certa pœna à Canonibus non exprimatur, mulctare: quia ex eo, quòd alicui cauſa committitur ſuper omnibus *a*, quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenam recipit poteſtatem.

*Rationabiles exceptiones admittet delegatus, niſi verba reſcripti ſonent in contrarium. h.d.*

RAtionabiles *b* quoque & honeſtas exceptiones, & à juris æquitate non abhorrentes, licet id expreſsè mādato non comprehendatur, admittet: niſi, quòd nullæ debeant exceptiones admitti, literis expreſſum fuerit.

*Delegatus habet juriſdictionem etiam in eum, in quem fuit facta alienatio poſt impetratum reſcriptum, licet reſcriptum de eo non faciat mentionem. h.d.*

SEd *c* etſi literas adverſus Titium ab Apoſtolico impetraveris, & is, ut mandatum eludat, antè quàm literæ ad judicem datum perveniant, vel etiam poſtea antè quàm citetur, de poſſeſſione, de qua controverſia vertitur, commutationem fecerit, eum qui in poſſeſſionem ſeſe ingeſſerit, poterit delegatus cogere, ut coram ſe juris pareat æquitati: nec quòd reſcriptum contra Titium impetratum fuerit, opponi poterit. Generaliter enim omnis venditio, ceſſio, & alienatio judicii mutandi cauſa facta, utroque jure prohibetur: aliàs delegata juriſdictio ad perſonas reſcripto non comprehenſas, etiam ipſis volentibus, prorogari *d* non poteſt.

*Mandatum Apoſtolicum ex cauſa poteſt executioni mandari, etiam in alio loco ab expreſſo in mandato. h.d.*

SImili ratione ſtatutum *e* eſt, ut ſi is, per quem ab Apoſtolica ſede certo loco inquiſitio, vel quid aliud expediri mandatur, ob illius potentiam, vel malitiam, contra quem inquiri, vel procedi mandatur: vel fautorum ejus eo loco ſecurè mandatum executioni mandari nequeat, ad id exequendum locum ſecurum & idoneum eligere valeat, ne quis ſcilicet ex proprio dolo, vel fraude commodum reportet. Quinimò idem faciet, ſi alia probabilis cauſa ſubſit, propter quam in loco decreto perfici commodè nequeat, quod mandatur: ne tali prætextu impediri contingat mandatum Apoſtolicum, vel differri.

*Delegatio ſolvitur revocatione juriſdictionis re integra. h.d.*

SOlvitur autem delegatio multis modis: putà revocatione, morte, impotentia delegati, executione ſententiæ, propria pronunciatione, temporis fluxu, recuſatione. Revocatione, cùm is *f*, qui mandavit juriſdictionem antequàm is, cui mandata fuerit, ea uti cœperit, mandatum revocat: cùm eo caſu juriſdictio in eum efficaciter tranſiſſe non cenſeatur.

*Morte tam delegantium, quàm delegatorum ſolvitur delegatio: & ſi unus ex pluribus delegatis moriatur, adhuc ſolvitur delegatio, niſi aliud expreſſum ſit in reſcripto, vel ſub nomine dignitatis facta ſit delegatio. h.d.*

MOrte extinguitur delegatio, tam ejus qui mandavit, ſi re integra deceſſerit, quàm etiam eorum qui delegationem ſuſceperunt: quod quidem adeò obtinet, ut ſi pluribus judicibus datis unus rebus eximatur humanis, delegatio etiam quo ad ſuperſtites expiret: niſi aliud in delegatione comprehenſum fuerit, aut ſub dignitatis nomine non proprio facta fuerit.

*Mors & abſentia æquiparantur re non integra. h.d.*

QVæſitum eſt, ſi ab Apoſtolica ſede datus judex, quoties eum abeſſe *a* contigerit, vices tibi ſuas commiſerit, an ſi is rebus eximatur humanis, commiſſum tibi negotium liberè valeas diffinire? & cùm tunc quoque cenſeatur abeſſe, reſcriptum eſt, ſi illo vivente juriſdictione uti cœperis, poſſe te non ſecus, ac ſi is viveret, & abeſſet, in negotio procedere. Idem juris eſt, ſi tibi vices ſub ea forma committat, donec eas revocandas duxerit.

*Delegatio perimitur impedimento delegati, tam juris quàm facti. h.d.*

SEd etſi delegatus mortuus quidem non fuerit, ita tamen impediatur, ut omninò delegationis negotio intereſſe non poſſit, extinguitur delegatio. Impedimentum autem intelligitur, tam juris, quàm facti. Iuris, ut *b* ſi infamis factus, aut alio legitimo impedimento detentus fuerit. Facti, ut ſi inevitabili neceſſitatis articulo, putà infirmitate, præpediatur.

*Iuriſdictio delegati à Principe expirat per executionem ſententiæ. h.d.*

IDem juris eſt, ſi delegatus à Principe per ſe, vel per alium ſententiam executioni mandavit, vel mandari præcepit. Tunc enim ejus juriſdictio ceſſat, quia ſemel eſt officio ſuo functus.

*Si judex delegatus pronunciat ſe judicem incompetentem: expirat juriſdictio. h.d.*

ITem *c* ſi Iudex delegatus interloquendo pronunciaverit ſe ſuper aliqua cauſa procedere non debere, uſque adeò juriſdictionem amittit, ut etiam ex litigatorum conſenſu illam reaſſumere non poſſit.

*Si in reſcripto tempus apponatur, tranſacto termino expirat, juriſdictio. h.d.*

SEd *d* & cùm cauſa intra certum terminum decidenda committitur, termino tranſacto mandatum expirat, niſi tempus communi partium conſenſu prorogatum fuerit. Terminus autem tunc incipit currere, cùm judices literas recepiſſe contigerit.

*Poteſt quis conveniri vigore literarum poſteriorum, etiam non facientium mentionem anteriorum, quas adverſarius impetravit, ſed per annum non fuit uſus. h.d.*

NOn abſimili ratione conſtitutum eſt *e*, ut ſi quis Apoſtolicas literas impetrans infra annum, poſtquam judicum copiam habuerit, dolo, vel negligentia eis uti diſtulerit, authoritate poſteriorum literarum, quas poſtea forſan ejus adverſarius impetraverit, conveniri valeat, licet in poſterioribus nulla mentio de prioribus habeatur.

*Recuſatione extinguitur delegatio, cùm judex datus ſuſpectus poſtulatur & pronunciatur. h.d.*

REcuſatione quoque extinguitur delegatio: quod eo caſu accidit, quo judex datus altero litigatorum petente, ob probabilem aliquam ſuſpicionis cauſam ab judicio removendus pronunciatur: utputà *f*. ſi judex datus dicatur dominus litigantium, aut conſanguineus, aut advocatus, aut cum altero immodicam contraxiſſe familiaritatem, aut ab eodem in alia cauſa partem appellaſſe, aut nondum judicem ad legitimam ætatem perveniſſe.

*Qualiter cognoſcatur & expediatur cauſa ſuſpicionis. h.d.*

REcuſationis autem cauſa variè cognoſcitur *g*. nam ſi contra unum ex duobus ab Apoſtolica ſede delegatis ſuſpicionis cauſa proponatur, ſiquidem illa clauſula appoſita ſit, *Quòd ſi ambo intereſſe non poſſunt, alter in cauſa procedat*: coram non recuſato conjudice expedienda erit. Vbi verò non eſt dicta clauſula in reſcripto, debet ſuper hoc ad arbitros recurſus haberi, prout Grego-

a *Can. præterea. in fin. ext. dict. tit.* b *Can. ex parte. Cl. 2. ext. de offic. deleg.* c *Can. 1. & 2. extr. de alie. jud. mut.* d *Ca. porrò. in fin. ext. de offic. del.* e *Can. ſtatuimus. de offic. del. in 6.* f *Can. quamvis. de offi. del. in 6.*

a *Ca. ſi delegatus. de off. del. in 6.* b *Ca. ſciſcitatus. extr. de reſcript.* c *C. ſignificantibus. extr. de off. deleg.* d *C. de cauſis. ex. de offic. deleg.* e *Can. ſi autem. & c. plerumq. ext. de reſcript.* f *C. cauſam quæ. & can. inſinuante. ext. de offic. deleg.* g *C. ſi contra. de offi. deleg. in 6.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

riana conſtitutione latiùs continetur. Cùm autem delegatus Epiſcopi recuſatur, recuſationis cauſa coram Epiſcopo probanda erit, licet coram ipſo, qui recuſatur, ſit alleganda.

*Judicium ſummarium eſt, in quo ſubtili ordinis judiciarii obſervatione prætermiſſa proceditur. Ordinarium & ſolenne eſt, in quo ſerics judiciaria telæ obſervatur. h.d.*

RVrſus judiciorum tertia diviſio hæc eſt, quòd quædam ſunt ſummaria, quædam ordinaria & ſolennia. Summaria ſunt, in quibus ſubtili & ſolenni ordinis judiciarii obſervatione prætermiſſa proceditur: ut ſunt [a] cauſa electionum, proviſionum, matrimonii, uſurarum, & ſimiles, in quibus nec ſolennis libelli porrectio, vel litis conteſtatio eſt neceſſaria, ſed ſimpliciter de plano ſine ſtrepitu ac figura judiciali proceditur. Itaque de his judex, etiam tempore feriarum ob hominum neceſſitates indultarum cognoſcet, & litem, dilationes amputando, exceptiones, & appellationes dilatorias & fruſtratorias repellendo, quanto poterit, faciet breviorem, prout hæc duabus Clementis luculentiſſimis conſtitutionibus latiùs continentur. Iudicium ordinarium & ſolenne eſt, in quo exquiſito & ſolenni juris ordine ſervato proceditur; utputà, libellum porrigendo, litem conteſtando, & alia faciendo, de quibus infra latiùs viſuri ſumus.

## DE PROCVRATORIBVS.
### TITVLVS II.

*Judicia exercemus per noſipſos, & per procuratores, vel ſyndicos: & quot procuratorum ſpecies. h.d.*

EXpoſitis generibus judiciorum, conſequens nunc eſt, ut videamus, per quas perſonas illa exerceri poſſint. Exercemus igitur judicia non ſolùm per noſipſos, verùm etiam per procuratores noſtros, aut ſyndicos. Procurator eſt, qui aliena negotia mandato domini, vel quaſi domini adminiſtrat. Syndicus [b] eſt univerſitatis defenſor, & procurator. Porrò procuratorum duæ ſunt ſpecies: alii enim dantur ad judicia, alii ad negotia extra judicium explicanda.

*Procurator conſtitui poteſt paterfamiliâs, & filiusfamiliâs: & ad negotia poteſt procurator conſtitui, qui natus eſt annos XVII. ad judicia ſolùm natus viginti quinq. h.d.*

POteſt autem ad judicia non ſolùm paterfamiliâs, verùm etiam filiusfamiliâs [c] nullo intercedente patris conſenſu, fieri procurator, ſi legitimam ætatem compleverit. Licet enim quis poſt XVII. annum procurator ad negotia licitè conſtituatur, ad judicia tamen, niſi major XXV. annis fuerit, conſtitui non poterit.

*Natus annos XIV. poteſt eſſe in judicio ſuper cauſis ſpiritualibus per ſe, & per procuratorem, non obſtante patria poteſtate. h.d.*

ALiud [d] tamen juris eſt in principali: nam ſi is ad quartumdecimum ætatis annum pervenerit, in cauſis beneficialibus, & aliis ſpiritualibus, nec non ab iiſdem dependentibus, ad agendum, defendendumque per ſe, vel procuratorem, perinde admittendus erit, atque ſi vigeſimumquintum ætatis annum natus eſſet, nec [e] ulla patriæ poteſtatis, vel voluntatis erit habenda ratio: quanquam aliàs regulariter filiusfamiliâs ſine patris aſſenſu in judicio eſſe non poſſit.

*Quomodo ſit agendum, ſi minor quatuordecim annis in cauſis ſpiritualibus in judicio eſſe velit. h.d.*

QVòd ſi [f] quartumdecimum annum natus non fuerit, in hujuſmodi cauſis, nec agere, nec defendere per ſe poterit, ſed vel per Epiſcopum, vel ejuſdem officialem ad has lites curator ſibi dandus erit: vel ſi major infante fuerit, cum authoritate alterius eorundem procuratorem conſtituere poterit.

*Delegatus ſedis Apoſtolicæ in cauſis quæ agitantur coram ſe pro minori quatuordecim annorum, poteſt eidem curatorem dare, vel authoritatem conſtituendi procuratorem. Et omnis qui non prohibetur poteſt eſſe procurator. h.d.*

QVinetiam [a] Apoſtolicæ ſedis delegatus, & ab eodem ſubdelegatus ad eas duntaxat cauſas, quæ coram ipſis ventilandæ fuerint, vel curatorem dare, vel procuratoris conſtituendi authoritatem præſtare poterunt. Conſtitui autem poterit non ſolùm clericus, verùm etiam laicus. Regulariter [b] enim omnis, qui non prohibetur ad procuratoris officium idoneus habetur.

*Si duo dati ſint procuratores in ſolidum, occupantis erit melior conditio, niſi mandato ſit comprehenſum contrarium: quo caſu ſolùm altero non valente, vel nolente proſequi, poterit inchoatum negotium ſuſcipere, niſi is, qui non proſequitur, alium ſubſtituerit. Si non ſint dati in ſolidum, unus ſine alio procedere non poterit. h.d.*

ET tam unus, quàm plures poſſunt in una cauſa conſtitui procuratores. Si tamen [c] duo ſimul, non adjecto quòd in ſolidum ſint procuratores, conſtituantur, unus ſine altero non admittetur: ſecus, ſi ſint in ſolidum conſtituti: tunc enim illius melior erit conditio, qui per litis conteſtationem negotium primus occupaverit. Et dominus litis factus alterum excludet, niſi conſtituens dixerit, quòd occupantis conditio melior eſſe non debeat. Tunc enim ſi eum, qui occupavit, aut legitimè impediri contingat, aut proſequi fortè nolit, poterit alter negotium ab alio inchoatum ſuſcipere ac perficere, dum tamen ab alio alius non fuerit ſubſtitutus.

*Procurator conſtitutus etiam ad ea, quæ ſpeciale mandatum exigunt, non poteſt explicare ea, quæ exigunt mandatum ſpeciale, niſi in procuratorio ſit facta expreſſio aliquorum articulorum ſpeciale mandatum exigentium: quo caſu etiam non expreſſos articulos poterit exequi procurator. h.d.*

SEd ſive unus ſit procurator, ſive plures, fines mandati diligenter cuſtodiendi erunt, uſque adeò ut ſi generaliter [d] quis ad omnia, etiam ſpeciale mandatum exigentia conſtitutus procurator fuerit, ex vi generalitatis hujuſmodi ad aliquem articulum, in quo mandatum ſpeciale exigitur, admitti non debeat, niſi clauſulam generalem quorundam articulorum ſpeciale mandatum exigentium ſubſequatur expreſſio: putà tranſactionis, & jusjurandum deferendi. Tunc enim & non expreſſos caſus mandatum complectetur.

*Mandatum non complectitur majora, quàm ſint in procuratorio expreſſa. h.d.*

CRimina [e] tamen vel defectus in perſonam electi, ſive ejus, cujus favore, vel facienda, vel jam facta eſt proviſio, non hujuſmodi generalitatis, vel expreſſionis obtentu, opponendi facultas competit, niſi ſuper hoc aliud in mandatis habeat: Nam hujuſmodi generale mandatum graviora, vel majora, quàm in ipſo procuratorio ſint expreſſa, non complectitur.

*Procuratori ad negotia liberum eſt quandocunq; ſubſtituere. Procuratori verò ad judicia ſubſtituitur ſolùm in caſibus hic expreſſis. h.d.*

SEd & illud non eſt omittendum, quòd licet procuratori ad negotia [f] liberum ſit alium quandocunque conſtituere, judiciario tamen [g] minimè id concedi, niſi aut lis fuerit conteſtata, vel in rem ſuam datus ſit, vel à domino ſubſtituendi fuerit conceſſa poteſtas: quo caſu etiam non expreſſam perſonam poterit in procuratorem eligere.

a *Clem. 2. de jud. & Clem. ſæpè. de verb. ſignif.* b *ext. de ſynd.* c *Can. qui generaliter. §. 1. & ſeq. eo. tit. in 6.* d *Can. fi. de jud. in 6.* e *Can. fin. §. in hujuſmodi. de jud. in 6.* f *Can. fin. §. ſi verò. de jud. in 6.*

a *C. fin. §. deleg. de jud. in 6.* b *Can. 1. eod. tit. in 6.* c *Can. ſi duo. eod. tit. in 6.* d *Can. qui ad agendum. eod. tit. in 6.* e *Cit. 1. eo. tit.* f *Ca. 1. §. fi. eo. tit. in 6.* g *C. 1. §. licet. d. t. in 6.*

Regularum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Regulariter in cauſis criminalibus non poteſt intervenire procurator. h.d.*

NOn tamen in omni judicio procurator intervenire poteſt. In criminalibus *a* enim cauſis neque accuſator, neque accuſatus, niſi per ſeipſos impetere, vel defendere permittuntur, niſi *b* vel ab illuſtri propulſanda ſit injuria, aut rei contumacia ſit excuſanda, vel contra accuſatorem ſit excipiendum, aut de levi crimine tractetur, aut ſi de gravi agendum ſit, civiliter agatur.

*Clerici & monachi non poſſunt eſſe procuratores niſi propria Eccleſia, urgente neceſſitate & ſuperioris juſſu. h.d.*

SEd nec omnes ad procuratoris officium temerè admitti debent. Ideoque Epiſcopus & univerſi ſacerdotes, cùm ad ſolam Dei laudem, piorumque operum actiones ſint conſtituti, ab hujuſmodi miniſterio excludendi erunt. Idem quoque obtinet in monachis *c*: nam & illos, cùm ſolitariam vitam degere profiteantur, à forenſi ſtrepitu, ac litigiis ſummoveri convenit. Planè monaſterii exigente utilitate *d*, vel neceſſitate, & Abbatis accedente imperio, ad procurationis *e* officium accedere minimè prohibentur.

*Clerici regulariter coram ſecularibus judicibus poſtulare non poſſunt. h.d.*

POſtulandi *f* quoque officium clericis, qui ſtipendiis ſubſtentantur Eccleſiaſticis, coram ſeculari judice in ſecularibus negotiis interdicitur, niſi propriam cauſam, vel Eccleſiæ ſuæ proſequuti fuerint, vel *g* niſi urgente neceſſitate pro conjunctis, aut miſerabilibus perſonis poſtulare velint.

*Excommunicati nec proprio nomine, nec alieno poſſunt eſſe in judicio, niſi ad defenſionem. h.d.*

HI verò, qui excommunicationis vinculo innodati ſunt *h*, non ſolùm procuratorio nomine in judicio intereſſe non poſſunt, verùm etiam nec proprio: actore tamen impugnante, excommunicato reo legitimæ defenſionis copia non eſt admittenda.

*Procurator univerſitatis, in qua ſunt excommunicati, non poteſt à judicio repelli, niſi tribus caſibus. h.d.*

SEd bellè dubitari contigit, an univerſitatis *i* alicujus procurator ex eo repelli debeat, quod majores & jurati, per quos eadem univerſitas regitur, tempore, quo injunctum fuit procurationis officium, erant excommunicationis ſententia innodati, quaſi & ille repelli debeat, cujus non recipiuntur authores? Et reſponſum eſt, hujuſmodi procuratorem non repellendum, niſi vel illi ipſi excommunicati in literis procurationis eſſent expreſſi, vel aliàs eorum authoritate procurationis inſtitutio facta fuiſſet, aut ipſa univerſitas excommunicationis conſcia ſimul cum eis eundem procuratorem conſtituiſſet.

*Procurator revocari poteſt expreſſè, & tacitè, putà ſi dominus per ſe incipiat cauſam tractare. h.d.*

TAmdiu autem durat quis procurator, quamdiu is, qui eum conſtituit, revocet, ſive expreſsè, ſive etiam tacitè. Vnde *k* ſi tu Titium ſimpliciter procuratorem conſtitueris, isque in judicio procuratorio nomine eſſe cœperit, deinde tu, ſive ante litem conteſtatam, ſive poſt, ad cauſam ipſam venias, non uti ipſi aſſiſtas, ſed ut cauſam eandem tractes, tractando cauſam Titium procuratorem revocare cenſeris: niſi quòd non animo revocandi facias, vel expreſsè profeſſus fueris, vel ex aliquibus appareat conjecturis.

*Actus præcedens ſubſequentem limitat & interpretatur. h. d.*

SEd ſi eundem Titium ſub ea forma *l* quoties te abeſſe contigerit, procuratorem conſtitueris, & poſtmodum per te ipſum cauſam tractes, non propterea tamen procuratorem revocare videris. Quinimo Titius, quandocunque abeſſe te contigerit, procuratoris aſſumet officium.

*Procurator ſi ſubſtituit, non poteſt ſubſtitutum revocare, niſi & revocandi habeat poteſtatem. Et procurator, qui ſubſtituit in una cauſa, non prohibetur in aliis ſe intromittere. h.d.*

HÆc autem de revocatione domini ſunt intelligenda. Nam ſi à procuratore tuo *a* alius procurator legitimè ſubſtituatur, poſt mandatum ſuſceptum, etiam ſi eo ſubſtitutus uſus non fuerit, ab illo revocari, niſi etiam poteſtas revocandi fuerit eidem conceſſa, non poteſt. Sed ſi, cùm ad plures, vel ad omnes cauſas Titium generaliter procuratorem conſtituiſſes, is in una vel in altera ſubſtituerit; in reliquis procuratoris officium exercere minimè prohibetur.

*Acta cum procuratore revocato, donec ignoratur revocatio, tenent. h.d.*

AD hæc etiam admonendi ſumus, quòd ſi ignorante judice, vel adverſario *b*, poſt conteſtatam litem mandatum revocatum fuerit, ratum eſſe debet judicium, in quo quis poſt ignoratam revocationem quaſi procurator verſatus fuerit.

*Matrimonium contractum per procuratorem revocatum non tenet, licet revocatio non venerit ad notitiam partium. h.d.*

NOn ſic tamen in matrimonio ſtatuitur *c*. nam ſi procurator ad contrahendum ſpecialiter conſtitutus, antè quàm contrahat, à domino revocatus fuerit, contractum poſtmodum matrimonium, licet tam procurator, quàm ea, cum qua contraxit, revocationem hujuſmodi penitus ignoraverint, nullius momenti penitùs exiſtet: cùm illius conſenſus defecerit, ſine quo firmitatem habere non potuit.

*Acta judicis poſt revocationem procuratoris non ignoratam, non tenent. h.d.*

QVòd ſi ſcientibus judice *d* & parte mandatum revocatum fuit, & nihilominus eſt in judicio proceſſum per procuratorem revocatum, tam alia acta, quàm ipſa ſententia nullum afferret domino præjudicium: cùm falſi procuratoris exceptio *e* non ſolùm ante ſententiam, verùm etiam poſtea poſſit objici: qua probata judicium prorſus nullum redditur.

*Refutatio mandati non impedit refutantem acceptare, ſi mandans perduret in voluntate mandandi. h.d.*

NOn *f* idem juris ſtatuetur in eo, qui abſens procurator conſtitutus præſentatum ſibi mandatum ſuſcipere nolle dixerit. Is enim refutatione hujuſmodi nequaquam obſtante, quandiu conſtituens in eadem voluntate perſtiterit, ad libitum mandatum acceptare poterit.

*Receptio inſtrumenti, & cautio domini operantur, quòd procurator non poſſit renunciare mandato, ſed teneatur defendere. h. d.*

AT *g* literis, vel inſtrumento, quibus de re aliquis in cauſis ſuis procuratorem conſtituens, pro te debito modo cavit, ſimpliciter nulla facta proteſtatione, à te ſcienter receptis, non potes poſtea recuſare illius defenſionem: imò cogi poteris illum defendere in omnibus cauſis, & negotiis, ad quæ prædicta inſtrumenta, ſeu literæ ſe extendunt: cùm per hoc ad omnia tuum præſtitiſſe videaris aſſenſum.

*Morte conſtituentis expirat mandatum, interdum etiam re non integra. h.d.*

MOrte quoque conſtituentis deſinit quis eſſe procurator, quod interdum obtinet etiam re non integra. Nam *h* ſi prælatus, vel rector te pro beneficio ſuo, vel Eccleſia procuratorem conſtituat, & tu vivente

a *C. in crim. 3. q. 3. gl. 1. in c. veniens. ext. de accuſ.* b *C. abſens. §. vii. 3. q. 9.* c *Ext. ne cler. vel monach.* d *Can. monach. 16. q. 1.* e *Cle. 3. eo. ti.* f *Ca. 1. ext. de poſtul.* g *C. fin. ext. de poſt.* h *C. intelleximus. ext. de jud.* i *C. ſi. eo. ti. ext.* k *C. ſi quem. §. ſecus. eo. ti. in 6.* l *C. ſi quem. in princ. eo. tit. in 6.*

a *C. is qui. de procur. in 6.* b *C. mandato. ext. eo. ti.* c *C. fin. §. fin. de procur. in 6.* d *C. inſinuatione. & ſeq. ext. eo. ti.* e *C. in noſtra. ext. de proc. in 6.* f *C. licet is. eo. ti. in 6.* g *Clem. 1. eo. ti.* h *Clem. fin. eo. ti.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illo litem conteſtatus fueris, aut negotium aliter attigeris, poſt mortem tamen illius, etiam quoad cœpta, procurator eſſe deſinis.

## DE PACTIS ET TRANSACTIONIBUS.

### TITULUS III.

*Metu judiciorum interdum devenitur ad pacta, ad transactiones, & ad compromiſſa. h.d.*

CONſequens nunc eſt, ut videamus de ſerie, & actis ipſorum judiciorum. Sed quia interdum accidit, ut judiciorum metu litigaturi ad pacta & tranſactiones veniant, aut ad arbitros declinent, ideò priùs paucis de his diſpiciamus.

*Pacta ſunt ſervanda, & per ea etiam indultis Apoſtolicis derogari poteſt. h.d.*

ET quidem pacta inter quoſcunque, quacunque de re inita, regulariter ſuam habere debent firmitatem: neque enim quiſpiam, ut divinum monet oraculum, ea quæ de labiis ſuis procedunt, irrita facere debet. Quod quidem uſque adeò obtinet, ut Apoſtolicis etiam indultis pactum deroget. Inde *a* cùm monaſterio ab Apoſtolica ſede libera ſepultura conceſſa eſſet, pactumque eſſet cum rectore parochialis Eccleſiæ, ne parochiani ipſius ad ſepulturam reciperentur, reſponſum eſt, in dicto monaſterio ſepeliri eligentes, obſtante conventione, voti ſui fieri non poſſe compotes.

*Pactum, per quod filia dotata renunciat hæreditati paternæ, juramento vallatum, tenet. h.d.*

EOdem etiam ſpectat *b*, quòd pactum à filia, dum nuptui traditur, cum patre factum, ut dote contenta, ad bona paterna nullum habeat regreſſum, ſi juramento vallatum ſit, licet lege civili improbetur, ſervari debet: cùm tale pactum non vergat in æternæ ſalutis diſpendium.

*Pactum quod tendit ad periculum animæ, non ligat. h.d.*

QUòd ſi ſervatum in animæ tendat detrimentum *c*, quia forte ſit pactum de re turpi, veluti quòd poſt mortem Titii clerici Sejus in beneficio ſuccedat: vel aliter de jure, vel de facto ſit impoſſibile, nullam inducet obligationem.

*Tranſactiones, quæ non ſunt juri contrariæ, ſervari debent, & partium juribus derogant. h.d.*

TRanſactiones *d* quoque ſimilem juris firmitatem obtinent, uſque adeò ut juribus omnibus, quæ partibus, aut obtentu præſcriptionis, aut privilegii, ſeu quocunque modo ſuffragari poterant, vires adimant. Sed & hoc de illis tranſactionibus intelligere nos oportet, quæ non ſunt juri contrariæ. Alioqui ſi aut ſuper re ſacra *e*, & litigioſa, aut in cauſa matrimonii interpoſitæ ſint, nullum robur obtinent.

## DE ARBITRIS.

### TITULUS IV.

*Qui ſint propriè arbitri. h.d.*

ARbitri *f* dicuntur propriè, qui nullam poteſtatem habentes, conſenſu litigantium in judices eliguntur, in quos compromittitur, ut eorum ſententiæ ſtetur.

*Tam in judicem ordinarium, quàm delegatum poteſt compromitti. h.d.*

SEd etſi qui legitimam in partes poteſtatem habeant, ab eiſdem tamen in arbitros eligi poterunt. Quod non ſolùm de eis intelligendum eſt *g*, qui ordinariam exercent juriſdictionem, verùm etiam de his, qui delegatum tantùm obtinent.

a *C.1. de pact. in 6.* b *Cap. 2. de pact. in 6.* c *C. fin. ext. de pact.* d *C.1. ext. de tranſ.* e *C. conſtitut. & c. fin. ext. de tranſa.* f *Can. à judicibus. §. arbitrarii. 2. q. 6.* g *Can. cùm olim. ext. eod. gl. pen. can. à judicib. 2. q. 6.*

*Ponit perſonas, in quas non poteſt compromitti. h.d.*

SEd neque ſervi *a*, nec, qui ſervis ſimiles ſunt, monachi & regulares, arbitrium in ſe recipere poſſunt. Ad hos enim quies, oratio, & manuum labor, non autem cauſarum ſpectat cognitio. Hæretici quoque, apoſtatæ, ſchiſmatici, infideles, & excommunicationis vinculo ob delictum proprium innodati, Arbitrorum in ſe officium aſſumere non poterunt.

*In laicum de re ſpirituali non poteſt compromitti, niſi ſit clerico adjunctus, vel in eum ſit compromiſſum authoritate Apoſtolica. h.d.*

SEd nec in eum, cujus licet ex delicto aliquo non ſit læſa æſtimatio, laicus *b* tamen eſt, de re ſpirituali compromiſſum fieri poteſt. Si tamen *c* is, aut clerico ſit adjunctus, aut Apoſtolica authoritate compromiſſum ſuſceperit, Arbitri partes exequi minimè prohibetur.

*In fœminas non poteſt compromitti, niſi id permittat regionis conſuetudo, & ordinis. Qui non prohibetur, poteſt recipere compromiſſum. h.d.*

FOeminæ *d* quoque, licet illæ ſummæ opinionis exſtant, ab omni judiciali examine uſque adeò ſunt ſeparandæ, ut ex illarum ſententiis nulla pœna adverſus illius contemptores, nullaque pacti exceptio oriatur, niſi regionis probata conſuetudo talium munerum participes illas redderet. Cæteri verò, quos neque ſacrorum Canonum, nec ſecularium legum ſtatuta ſpecialiter arcent, omnes ad tractanda arbitria admittendi erunt.

*Reperiuntur quidam, qui non poſſunt compromittere. h.d.*

SIcuti autem ii, quos ſuprà recenſuimus, arbitria exercere prohibentur, ita etiam illorum quidam compromittere non permittuntur, qui tam ex libris Pontificii, quàm Cæſarei juris commodiùs cognoſci poterunt.

*Ponit cauſas, ſuper quibus non poteſt compromitti. Et quod ſuper matrimonio ſpirituali poteſt compromitti, ſecus ſuper carnali. h.d.*

PLeræque etiam cauſæ arbitrorum notionem effugiunt: nam *e* liberales, matrimoniorum, filiationum, monachationum, converſionum, in integrum reſtitutionum: item *f* criminales, & quæ majores judices exigunt, per arbitros cognoſci non poſſunt. Quòd autem diximus de matrimoniis compromitti non poſſe, de carnalibus intelligendum eſt: nam quod de ſpirituali matrimonio compromitti poſſit, ſecundùm ea, quæ ſuprà diximus, nulla eſt dubitatio.

*Arbiter ſuper pluribus, ſi ſuper uno tantùm pronunciat, non expirat compromiſſum, niſi habuerit à partibus facultatem ita pronunciandi. h.d.*

FIniuntur autem arbitria pluribus modis: utpotà, ſententiæ prolatione, & temporis lapſu. Sententiæ prolatione finiuntur arbitria, cùm de omnibus, de quibus compromiſſum fuerit, arbiter pronunciavit. Nam ſi de quibuſdam tantùm ſententiam tulerit, niſi talem pronunciandi poteſtatem à partibus habuerit, compromiſſum non expirat.

*Termini lapſu compromiſſum expirat. h.d.*

LApſu temporis expirat arbitrium, cùm terminus compromiſſo comprehenſus re infecta labitur.

*Morte tam arbitrorum, quàm compromittentium experat compromiſſum, niſi ſpecialiter ſit dictum de hæredibus compromittentium. h. d.*

MOrtis *g* quoque interventu compromiſſa irritantur, tam arbitrorum, quàm etiam litigatorum. Compromiſſum *h* enim in compromittendis hæredes non extenditur, niſi de his quoque ſpecialiter caveatur. Sunt & alii modi, quibus compromiſſa finiuntur: quoſita-

a *Can. 1. § ſervi. 7. q. 7.* b *C. conting. ext. eod.* c *C. per tuas in fin. ext. eod.* d *C. dilecti filii. ext. eod.* e *C. pen. in fin. ext. de reſt. in integ.* f *d. c. pen. in initio.* g *C. pen. extr. de offic. del. ex parte. in fin. ext. eod.* h *Cap. ſi. ext. eod.*

men

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tamen, ut ad cœptum judiciarii ordinis propoſitum feſtinemus, ex aliis juris libris cognoſcendos relinquimus.

## DE IN IVS VOCANDO.
### TITVLVS V.

*Iudex debet habere notarium, vel duos viros idoneos, qui ſcribant acta judicii. h.d.*

ERgo ſi partes neque pactionibus, neque transactionibus, neque compromiſſis concordes reddi poterunt, ad judicem deveniendum erit. Illud autem in primis proſpicere judicem oportebit, ne ſcilicet debitæ ſolennitates in judicio prætermittantur: adhibebitque *a* publicam perſonam, aut duos viros idoneos, qui univerſa acta judicii conſcribant, ut Innocentiana conſtitutione, in generali Concilio edita, latiùs continetur.

*Initium judiciorum eſt citatio, ſine qua omnes actus regulariter ſunt nulli. h.d.*

OMnium *b* autem judiciorum inſtituendorum principium, & fundamentum ſunt citationes, ſine quibus omnia, quæ adverſus abſentes in omni negotio, aut loco aguntur, viribus carent. Nam neque naturalis, neque civilis ratio quenquam indefenſum judicari permittit. Quicunque igitur cum altero judicio contendere voluerit, ante omnia curare debet, adverſarium ita moneri, ut ſeſe coram judice exhibere teneatur.

*Ex quatuor capitibus eluſoria redditur citatio: & citatus à non ſuo judice non tenetur comparere. h.d.*

FIt tamen interdum pluribus modis *c*, ut quis vocationi de ſe factæ parère non compellatur, utputà ex perſonæ qualitate, loci conditione, temporis ratione, & forma citationis. Perſonæ qualitas inefficacem reddit citationem tam jus dicentis, quàm etiam in jus vocati. Nam ſi te is in jus vocet, quem tibi judicem non eſſe competentem manifeſtum ſit, dubio procul ad comparendum vocatio talis te minimè coarctabit.

*Qui legitimè citatus mutavit judicem, non propterea poteſt declinare judicem, cùm ſit præventus. h.d.*

SI tamen *d* contigerit eum, qui legitimè citatus fuerit, alterius poſtmodum fieri juriſdictionis, quaſi præventus, jus revocandi forum non habebit.

*Citatus ad inſtantiam ſpoliatoris non tenetur comparere. h.d.*

IDem juris eſt, ſi judex quidem tuus ſit *e*, ex eo tamen te mandet vocari, ut in judicio cum ſpoliatore tuo ſtare compellaris: nec enim antea comparere cogeris, quàm ad omnia canonicè reſtitutus fueris. *f*

*Ex qualitate loci citatio non arctat ad comparendum. h.d.*

LOcus *g* quoque, ad quem vocatus fueris, tunc invalidam reddit citationem, cùm aut incertus eſt, aut citantis non ſubeſt juriſdictioni. Idem etiam dici poterit, ſi citandus extra judicis territorium moram trahere compeliatur. Tunc enim jus dicenti impunè non paretur. Quemadmodum & ſi locus citationi deſignatus peſtilens ſit, aut aliàs pro citato malè tutus. *h*

*Diebus feriatis in honorem Dei etiam ex conſenſu partium non poteſt procedi. Et anguſtia temporis ad comparendum dati, vitiat citationem. h.d.*

SEd & ſi te judex juſſerit adeſſe, aut inter anguſta nimis tempora, aut quæ veneranda ſint divini cultus gratia, nullas vires habebit talis juſſio *i*. Quamvis enim non prorogare, ſed expedire decet quæſtiones, uſque adeò tamen his diebus judiciorum ſtrepitus debet conquieſcere, ut niſi vel neceſſitas cogat, vel pietas ſuadeat, conſentientibus etiam partibus, proceſſus habitus non teneat.

a *Ca. quoniam contra. ext. de probatio.* b *gl. pen c. Eccleſia ſancta Maria. ext. de conſtit.* c *gl. 2. can. pen. 3. q. 2.* d *Ca. pen. ext. de foro compet.* e *gl. 2. ca. pe. 3. q. 2.* f *C. ſi. 3. q. 2.* g *gl. 2. c. pen. 3. q. 2.* h *C. ex parte tua. ext. de appellat.* i *Ca. fi. extr. de feriis.*

*Feriis indultis hominum cauſa renunciari poteſt. h.d.*

ALiud *a* tamen obtinet, ſi ob hominum neceſſitates feriæ indultæ fuerint. Tunc enim acta cuncta tenent, ſi de partium proceſſerint voluntate.

*Delegatus debet in citatione inſerere tenorem ſuæ commiſſionis, & deſignare auditorium: Secus eſt in ordinario. h.d.*

IAm verò multum intereſt, delegatuſnè citet, an ordinarius. Ille enim, cùm aliena utatur juriſdictione, longè remotos, non niſi literis commiſſionis *b* ſuæ tenorem continentibus, & intra certa ſpacia quem vocare poterit. Et cùm proprium non habeat auditorium, certum hujuſmodi literis locum, ubi ſe citatus exhibere valeat, deſignare illum oportebit: cùm in ordinario nulla ſubſit hujuſmodi neceſſitas.

*Ponit quid agendum ſit delegato, ſi juriſdictio ejus expirat in peremptorio. h.d.*

ITem in delegato quæri poteſt, ſi peremptoriè *c* partes is citaverit, & earum altera, die data, ſeſe abſentat contumaciter, an ſaltem circa ultimam diei partem ſit in negotio procedendum? & utrum, ſi duxerit expectandum, ſit iterum citandus contumax? Et in hac ſpecie multùm intereſt, duret juriſdictio poſt peremptorium terminum, an expiret. Primo enim caſu, in diem alteram æquitate ſuadente judex expectare poterit, nec propterea peremptorio elapſo, pars contumax citanda erit, niſi gratiam eidem fecerit benignitas judicantis: poſteriore verò, ne fruſtrà judicialis inſtantia evaneſcat, ſi partes, cùm id noverint, ſeſe judici non præſentaverint, hora, qua congruè procedi poſſit ad exequendum, propter quod eis legitimè terminum peremptorium aſſignaverit, ad executionem liberè procedere poterit. Diſcretus tamen judex in aſſignatione peremptorii, non debet juriſdictionem ſuam, niſi neceſſitas urgeat, adeò coarctare.

*Citatus poteſt ex legitimo impedimento non comparere: quo tamen ceſſante debet ſe judici præſentare. h.d.*

ADhuc, tametſi omnia ſolenniter peracta fuerint, nec vocatus accedat ad judicem, quibuſdam caſibus excuſandus erit: utputà ſi facto adverſarii impeditus, aut ad majus tribunal vocatus, vel vinculis, aut infirmitate detentus, aut aliis *d* ſimilibus cauſis implicatus non acceſſerit. Debet tamen ceſſante impedimento, quanto poterit citiùs, judici ſui copiam facere. *e*

## DE DOLO ET CONTVMACIA, ET IN POSSESSIONEM MISSIONE.
### TITVLVS VI.

*Quis dicatur contumax, & quid ſit contumacia, & quibus pœnis puniatur. h.d.*

ERgo juridicè vocatus, & nulla legitima cauſa impeditus, ſi ſe judici præſentare neglexerit, adverſario accuſante, contumaciæ crimen incurrit. Eſt enim contumacia, erga judicem vel prælatum commiſſa inobedientia. Hæc autem variè juribus coërcetur: nunc enim litis damno, nunc mulcta, nunc expenſarum refectione *f*, & rei ſequeſtratione, vel Eccleſiaſticæ ſententiæ *g* innodatione ob contumaciam ſuam conventus afficitur.

*Actor mittitur in poſſeſſionem rerum rei contumacis, & poſt annum efficitur verus poſſeſſor, reſervata quæſtione ſuper proprietate. h.d.*

ILlud quoque videtur ordinarium, ut contumace adverſario tuo exiſtente, in poſſeſſionem earum rerum, de quibus quæſtio vertitur, vel *h* quæ aliàs ſunt in patri-

a *Ca. fi. in fin. ext. de feriis.* b *C. 2. ext. de dilat. gl. 2. c. pen. 3. q. 2.* c *C. conſuluit nos. ext. de offi. deleg.* d *C. quoniam. §. ſi autem de carnal. ext. ut lite non conteſt.* e *C. cùm dilecti. ext. de dolo & contuma.* f *C. cùm dilecti. in fin. ext. eod.* g *C. tuæ fraternitatis. ext. ut lite non conteſtata.* h *C. fin. §. in alio is. extr. ut lite non conteſtata.*

monio rei, pro modo debiti, ſi perſonalis inſtituatur actio, cuſtodiæ cauſa inducatis, ut tædio affectus reus veniat aliquando reſponſurus. Quòd ſi *a* adhuc per annum in ſua contumacia perſeveraverit, judice decernente verus poſſeſſor efficieris, ſuper proprietate duntaxat adverſæ parti defenſione reſervata. Sed ſi miſſus in poſſeſſionem *b* fructus dilapidet, ſequeſtrandi erunt, & quod diſtractum eſt in priſtinum ſtatum erit revocandum.

*Si ob potentiam adverſarii contumacis non poſſit actor poſſeſſionem ingredi, vel illam amiſerit, nihilominus efficitur verus poſſeſſor elapſo anno. h.d.*

SI tamen propter rei potentiam *c* ſive doſum contigerit, ut intra annum rem cuſtodiendam nanciſci non poſſis, vel etiam acquiſitam amittas, ne contumax melioris, quàm obediens, conditionis exiſtat, de canonica æquitate ſancitum eſt, ut hoc etiam caſu verus, elapſo anno, poſſeſſor actor conſtituatur.

*Si reus contumax dederit cautionem de ſtando juri, nec mulctandus eſt, quòd adverſarium non fuerit paſſus eſſe in poſſeſſione. Et miſſionem paſſus reſtituetur. h.d.*

HOc tamen *d* tunc obtinet, cùm reus nullam cautionem præſtitit: nam ſi de ſtando juri caverit, nec mulctandus, quòd in poſſeſſione actorem eſſe paſſus non fuerit, & miſſionem paſſus illicò reſtituendus erit.

*Actor anno lapſo non reputatur poſſeſſor, ſi per eum ſteterit, quominus intraverit poſſeſſionem. h.d.*

IDem *e* juris eſt, ſi annus lapſus eſſe proponatur, per reum tamen non ſteterit, quominùs ante terminum & poſſeſſionem receperit, & cautionem dederit.

*Excommunicatus à delegato Principis, etiam delegato mortuo non poteſt ab Ordinario abſolvi, vel alio, præterquam in mortis articulo, vel de mandato Papæ. h.d.*

QVæri *f* contigit, ſi delegatus, qui reum propter contumaciam manifeſtam excommunicationis vinculo innodavit, vel petitorem cauſa rei ſervandæ in poſſeſſionem induxit, rebus eximatur humanis, an eidem juri parêre volenti, & idoneam cautionem offerenti Ordinarius abſolutionis beneficium impertiri, & poſſeſſionem reſtituere valeat? Et reſponſum eſt, quòd cùm delegatus, quoad hoc, ſit ordinario major, excommunicatus ab eo non poteſt per alium, præterquam in mortis articulo, ſine mandato ſummi Pontificis abſolutionis gratiam obtinere, vel poſſeſſionem recuperare, niſi alius ei in onere ſucceſſerit, & honore.

*Paſſus miſſionẽ, ſi mortuo delegato præſtet infra annum cautionẽ de parendo juri, etiam poſt annum recuperabit poſſeſſionem. h. d.*

SEd *g* ne miſſus in poſſeſſionem verus efficiatur poſt annum poſſeſſor, miſſionem paſſus coram Ordinario, vel, ſi ejus copiam habere nequiverit, coram publicis & honeſtis viris, ut quaſi præſcriptionem interrumpat annalem, offerre, ac præſtare poterit de parendo juri cautionem, ut ſic etiam poſt annum per Apoſtolicam ſedem poſſeſſionem recuperare mereatur.

*In cauſis beneficialibus non habet locum miſſio in poſſeſſionem, ſed in locum ejus poterit procedi lite non conteſtata. h.d.*

SEd *h* iſta quidem tunc procedent, cùm de profanis rebus erit diſceptatio; nam qui ſuper dignitate, perſonatu, vel beneficio Eccleſiaſtico obtinendis cum aliquo litigat poſſeſſore, ob partis adverſæ contumaciam in poſſeſſionem mittendus non erit, ne per hoc ad ea ingreſſus vitioſis pateat. Licebit tamen judici hoc caſu etiam lite non conteſtata diligenter examinato negotio, ipſum fine debito terminare, contumaciam abſentis divina replente præſentia.

*Contra reum contumacem, ſed ſi de cauſa liqueat, poteſt feri ſententia etiam in cauſa profana, lite conteſtata: contra actorem verò etiam lite non conteſtata. h. d.*

QVod interdum etiam in profanis obtinebit, utpotè *a* ſi conteſtata lite reus contumax fuerit, & de cauſa liqueat, vel actor ipſe contumaciæ crimen incurrat: quo caſu etiam lite non conteſtata inſtante reo judex & teſtes recipere, & ſententiam ferre debebit.

*Si actor non venerit in termino, ad quem reum citari fecerit, debet reo reficere expenſas, & cavere de in poſterum comparendo: alias non admittitur ad aliam citationem. h.d.*

IDem *b* quoque actor, ſi ad terminum, ad quem adverſarium citari fecerit, venire contempſerit, venienti reo in expenſis propter hoc factis legitimè condemnabitur, & ad aliam citationem minimè admittendus erit, niſi de fideliter in poſterum comparendo idoneam cautionem dederit.

*Iudex debet eſſe contentus una pœna ex pluribus, quæ adverſus contumacem competunt: & excreſcente contumacia poteſt etiam ad alias procedere. h.d.*

QVod autem diximus, juribus variè contumaciam coërceri, non eſt ita accipiendum, quaſi omnes ſimul pœnas jus dicens infligere contumaci debeat, ſed quod variarum pœnarum ſibi datur optio: unde alterutra, quæ magis timeri debeat, judex à principio contentus erit, ad aliam nihilominùs proceſſurus, ſi hoc meruerit protervitas contumacis.

## DE LIBELLI CONCEPTIONE, ET OBLATIONE.

### TITVLVS VII.

*Actor reo comparente debet clarum judici libellum offerre, & quid ſit libellus. h.d.*

IN primis igitur reo in aſſignato termino comparente judici libellum actor offert *c*, & illum ita clarum & planum, ut ex ejus inſpectione deliberare reus valeat, utrum cedere velit, an contendere, atque ut, ſi contendendum ſit, diſpicere valeat judex, quemadmodum à ſe concipienda ſit ſententia. Nihil enim aliud eſt libellus *d*, quàm brevis ſcriptura, claram actoris intentionem continens, & contra adverſarium neceſſariò concludens.

*Libellorum alii ſunt accuſatorii, alii conventionales. h.d.*

POrrò libellorum duæ ſunt ſpecies *e*: alii enim ſunt accuſatorii, alii conventionales. Accuſatorii ſunt *f*, quibus quis aliquos apud judicem alicujus criminis reos defert: de quibus quidem in præſenti nobis non eſt inſtitutus ſermo, ſed infrà ſuo loco & ordine dicetur. Conventionales ſunt *g*, quibus in civilibus diſceptationibus utimur, dum rem noſtram, aut quam nobis deberi putamus, in judicio petimus.

*Quæ debeat continere libellus: & quòd ineptus, vel obſcurus libellus non obligat ad reſpondendum: & quòd judex illum poteſt lacerare. h.d.*

EXprimet igitur oblatus libellus, non ſolùm agentis, & conventi nomen, ſed & jus dicentis, & petitæ rei *h*, & actionis qualitatem. Et ſi perſonali *i* experiendum ſit actione, petendi quoque cauſa exprimenda erit: alioqui nec conventus reſpondere tenebitur, & judex libellum non legitimæ conventionis formam continentem concerpere ac deſtruere poterit.

*Plures dantur caſus, in quibus ſolennis libelli porrectio non eſt neceſſaria. h.d.*

SVnt tamen caſus, in quibus ſolennis hæc libelli oblatio minimè eſt neceſſaria *k*: veluti in quibus de plano ac ſine ſtrepitu & figura judicii procedendum erit, & in quibus etiam non conteſtata lite teſtes recipi poſſunt, & alii plures.

a *Ca. 1. extr. de eo qui mit. in poſſ.* b *C. 2. ex. de ſequeſt poſſ.* c *contingit. ext. eo. ti.* d *C. 1. eod. ti.* e *C. 2. in fin. ext. de eo qui mit. in poſſ.* f *C. paſtoralis officii. §. præterea. ext. de off. ord.* g *C. paſtoralis officii. §. præterea. verſ. veruntamen. ex. de off. ord.* h *C. uni. de eo qui mit. in poſſ. in 6.*

a *C. cauſam quæ. & c. ſeq. ext. eo.* b *C. 1. eo. tit. in 6.* c *C. inducia. §. offeratur. 3. q. 3.* d *C. 1. in gl. 1. ext. de libel. obl.* e *glo. 1. ext. eod. tit.* f *Can. præſcripta ſit. §. libell. 2. q. 8.* g *d. gl. 1. can. 1. eo. ti. ex.* h *C. 2. ex. eo. t.* i *C. ſi. ex. eo. t.* k *Cl. ſæpe. de verb. ſig.*

Bene-

*Benefaciet judex ſi rem terminare quæret ſine tela judiciaria. h. d.*

IN his quoque caſibus, in quibus libelli eſt neceſſaria porrectio, probè judex fecerit, ſi principales perſonas, vel in ſubſidium etiam advocatos factum ipſum proponere juſſerit, & ſine tela judiciaria controverſiam terminare tentaverit.

*Oblato libello debent reo dari dilationes ad excipiendum, & ad evitandum obſcuritatem una materia eſt uno loco tractanda. h. d.*

OBlato tamen ſecundùm juris ordinem libello, certæ reo convento indulgendæ ſunt induciæ *a*, quibus deliberet, cedendum ſibi ſit, an contendendum: acceptandus, ac recuſandus judex: denique, ut proponat, ſi quas habet, exceptiones. Quæ propterea comparatæ ſunt, ut ii, adverſus quos inſtituuntur actiones, defendantur. Harum verò quædam ante litis conteſtationem opponendæ erunt, quædam verò etiam poſt conteſtatam litem. Sed ne, ſi qui inter has alieni tractatus medii fuerint interjecti, hujuſmodi ſectio obſcuritatem pareat, videamus nunc generaliter de exceptionibus.

## DE EXCEPTIONIBVS, ET REPLICATIONIBUS.

### TITVLVS VIII.

*Quid exceptio, & quòd duplex ejus eſt ſpecies, dilatoria & peremptoria. Et quòd dilatoriarum quædam reſpiciunt judicem, quædam actorem, quædam reum, quædam cauſam. h. d.*

EXceptio eſt *b* actionis vel intentionis excluſio. Exceptionum ſumma diviſio in duo genera deducitur *c*: aut enim ſunt dilatoriæ, aut peremptoriæ. Dilatoriæ ſunt, quæ rem & judicium differunt. Harum quædam judicis perſonam reſpiciunt, quædam agentis, quædam rei conventi, quædam verò actionis & cauſæ qualitatem. Perſonam judicis reſpiciunt, vel quæ illius incompetentiam arguunt, vel quæ de ipſo ſuſpicionem ingerunt, ſecundùm ea, quæ ſuprà ſuo loco latiùs expoſuimus. Et hæ declinatoriæ quoque poterunt appellari. Actoris partem illæ ſpectant, quæ illum non legitimam in judicio ſtandi perſonam habere demonſtrant: quales ſunt procuratoriæ: utputà, ſi quis per monachum, aut regularem, aut clericum agere velit. Item ſi quis ut tutor, vel curator, vel procurator, vel ſyndicus compareat, & illum tutorem, vel curatorem, vel procuratorem, vel ſyndicum eſſe negetur, vel ſua non intereſſe, vel audiri non debere proteſtetur, & ſi quæ ſunt his ſimiles. Ex perſona rei deducuntur: veluti ſi quis ab eo, qui alienam litem defendit, de judicato ſolvendo cautionem poſtulet, aut ſi ab actore ſe ſpoliatum eſſe reus conventus coram judice queratur, & propterea reſtitutionis beneficium imploret, vel ſi actorem ex legitima cauſa domum revocet. Actionem & cauſam reſpiciunt, ut cùm proponitur de ineptitudine, aut incertitudine libelli, aut de litis pendentia, aut cùm nondum diem ſolutionis veniſſe prætenditur.

*Declinatoriæ exceptiones proponi debent ante omnem exceptionem, alioqui ampliùs opponi non poterunt. h. d.*

HÆ verò regulariter omnes ante litis conteſtationem proponi debent: ſed quas declinatorias appellavimus, non modo ante litem conteſtatam, verùm etiam ante omnem dilatoriam exceptionem opponere reum oportebit: alioqui ſi aliam primò propoſuerit, cùm per hoc in juriſdictionem ejus, coram quo propoſuit, conſenſiſſe videatur, ejuſdem juriſdictionem ſerò declinare conabitur.

*Dilatoriæ exceptiones, non declinatoriæ, regulariter proponuntur ante litem conteſtatam, quandoq; tamen etiam poſt. h. d.*

ERgo in initio litis declinatoriæ opponi debent, & probari: ceteræ poſt oblatum libellum ante litem conteſtatam intra terminum à judice aſſignatum, quandocunque opponi & probari poterunt: Sed & lite conteſtata quandoque eas opponere licebit, veluti *a* ſi qua nuper reo competens extorta fuerit, vel is, qui eam opponere voluerit, poſtmodum ad ſuam notitiam perveniſſe jurejurando fidem faciat, vel eſſet hujuſmodi, quæ retroactum proceſſum nullum redderet, ut eſt ea, quæ vel mandati, vel juriſdictionis defectum arguit.

*Et ex loco, & ex tempore, & ex aliis fontibus ducuntur exceptiones. h. d.*

DVcuntur autem hujuſmodi exceptiones non ſolùm ex ſuprà poſitis cauſis, ſed etiam ex loco, ex tempore, & ex aliis pluribus, ut tam Pontificii, quàm Cæſarei juris libris facile eſt legentibus cognoſcere.

*Exceptio excommunicationis licet ſit dilatoria, tamen poteſt opponi & ante & poſt litem conteſtatam. h. d.*

HIs annumeranda eſt etiam excommunicationis *b* exceptio, quæ licet & ipſa dilatoria ſit, à ceteris tamen diſſimilem naturam ſortita eſſe deprehenditur: nec enim poſt oblatum tantùm libellum ante conteſtatam litem velut ceteræ, ſed in qualibet parte litis opponi poterit *c*, peremptorio termino ad proponendum exceptiones declinatorias & dilatorias præfixo minimè obſtante. Quòd eſt in hac exceptione ſpecialiter obſervandum, ne quiſquam in periculum animæ ſuæ excommunicato communicare compellatur: quòd ſi eam reus omiſerit, ut actor ſumptibus & laboribus fatigetur, in expenſis legitimis condemnandus erit.

*In opponenda exceptione excommunicationis ſervanda eſt certa forma. h. d.*

SEd cùm per malitiam hæc exceptio in judiciis opponeretur frequentiùs, Innocentiana conſtitutione conſultiſſimè cautum eſt *d*, ut certa in ea proponenda forma ſervari debeat, uti ex ipſius conſtitutionis tenore facilè apparere poteſt.

*Exceptio excommunicationis poteſt actori opponi in prima tantùm inſtantia, non in ſecunda. Idem de ceteris dilatoriis. h. d.*

HÆc *e* autem in prima tantùm inſtantia ſibi locũ vendicant: quòd ſi ſuccumbens actor appellaverit prætextu excommunicationis oppoſitæ, à proſequutione appellationis minimè excludendus erit: quod & in ceteris dilatoriis multò magis locum obtinet.

*Reus excommunicatus licet convenire non poſſit, admittitur tamen ad proponendas ſuas legitimas defenſiones. h. d.*

REus *f* autem nullo obſtante excommunicationis vinculo, velut rectè convenitur, ita ad legitimas defenſiones ſemper admittitur. Satis enim abſurdum eſſet, ſi actore impugnante defenſionis copia reo denegaretur: quia ſic multoties condemnaretur abſolvendus. Reconventionis tamen poteſtas eidem minimè permittitur.

*Superiùs dicta de excõmunicatione, intelliguntur de majori, h. d.*

CÆterùm *g* quæ ſuprà de excommunicatione diximus, non de quacunque excommunicatione ſunt intelligenda, ſed de ea tantùm, quæ à perceptione ſacramentorum, & à fidelium communione ſeparat, ut etiam ipſæ Innocentianæ conſtitutionis verba demonſtrant.

*Peremptoriæ exceptiones ſunt, quæ jus actoris perimunt, & ſemper agentibus obſtant. h. d.*

PEremptoriæ, ſeu eliſoriæ exceptiones ſunt, quæ in totum jus agentis perimunt *h*, & ſemper agentib. obſtant: qualis eſt, doli mali, metus, pacti conventi, ſolutionis, jurisjurandi, præſcriptionis *i*, tranſactionis, & rei judicatæ, & ſi quid contra leges factum eſſe dicatur.

a *Can. inducia. §. offeratur. 3. q. 3.* b *gl. in verſ. irritari. c. duobus. Cl. 2. ex. de elect. gl. fi. c. ex parte. ex. de foro comp.* c *gl. 1. c. exceptionum. ext. eod. de except.*

a *C. paſtorali. in fi. ex. eo. ti.* b *C. exceptionem excommunicationis. ext. eod.* c *Clem. 1. eo. ti.* d *C. 1. eo. ti. in 6.* e *C. ſignificavit. ext. eo.* f *C. cùm inter. ext. eod. ti.* g *C. eo. ti. in 6.* h *C. 1. de litis conteſta. in 6.* i *Can. 2. in fin. 3. q. 6.*

*Exceptiones peremptoriæ litis finitæ ſunt, quæ impediunt litis ingreſſum. h.d.*

HArum quædam dicuntur peremptoriæ litis finitæ, quædam ſimpliciter peremptoriæ. Peremptoriæ litis finitæ ſunt, quæ litis impediunt ingreſſum, & adverſus agentem omni tempore opponi poſſunt *a*: qualis eſt exceptio tranſactionis, jurisjurandi, & rei judicatæ, quæ vel in ipſo limine judicii proponi poterunt *b*. Cùm enim ſuper negotiis, tranſactione, jurejurando, & ſententia deciſis, aliàs lis inchoata terminata fuerit: valde abſonum viſum fuit, ſuper eiſdem novum aſſumi debere judicium, & quaſi in infinitum forenſia jurgia protrahere. Inde quoque litis finitæ exceptiones appellantur, quòd, ut aliquis eſſet finis litium, inſtitutæ fuerint. Idem juris eſt in aliis etiam peremptoriis exceptionibus, quæ vulgò manifeſtæ ſunt, & notoriæ habentur.

*Exceptiones peremptoriæ proponuntur poſt litem conteſtatam ante ſententiam. h.d.*

CÆteri verò litis conteſtationem minimè impediunt, atque ante ſententiam erunt regulariter proponendæ: quas quidem ſi dolo malo ſuo tempore in prima inſtantia reus proponere diſtulerit, etiam in cauſa appellationis opponendi ſibi facultas denegabitur.

*Præjudiciales exceptiones ſunt, quæ alteri cauſa præjudicium afferunt, putà exceptio conſanguinitatis, cauſa reſtitutionis viri, exceptio natalium, petitio hæreditatis. h.d.*

SVnt etiam quædam exceptiones, quæ præjudiciales appellari poſſunt, ex eo quòd alteri cognitioni præjudicium afferunt: utpotè, ſi qua mulier Titium in virum petat, qui ad mulieris intentionem elidendam conſanguinitatis objiciat exceptionem *c*: qua probata, cùm quæſtio principalis perimatur, de ipſa eſt cognoſcendum, antequam ad diffinitionis articulum procedatur. Idem *d* ſi petenti hæreditatem natalium objecta ſit exceptio. Cùm enim ſucceſſionis cauſa à cauſa natalium dependeat, poſteriore quoque loco cognoſcenda erit.

*Spoliatus opponens de ſpolio in modum exceptionis, non cogitur reſpondere antequam ſit reſtitutus. h.d.*

SEd *e* & ſi quæſtio ſpolii in modum exceptionis petentibus objecta fuerit, probationes ſuper ſpolio primitùs erunt audiendæ: eoque legitimè probato reus non cogetur reſpondere *f* poſitionibus, donec integrè reſtitutus fuerit.

*Non debet judex in cauſa ſuperſedere obtentu exceptionis ſpolii, niſi dicatur factum ab actore, & hoc in civilibus: in criminalibus verò poteſt etiam objici de ſpolio à tertio facto, ſi quis dicatur, vel tota ſua ſubſtantia, vel majori parte ſpoliatus: nec agenti ſuper rebus Eccleſiaſticis poteſt opponi exceptio ſpolii rerum privatarum, vel contra. h.d.*

SEd quia hujuſmodi exceptionem nonnunquam in judiciis calumnioſè propoſitam cauſas Eccleſiaſticas contingebat impedire, & per interpoſitas appellationes principalis cauſæ cognitionem perimere: conſultiſſimè Innocentiana *g* conſtitutione decretum fuit, uti in civilibus negotiis ſpoliationis objectu ab alio, quàm ab actore factæ, judex in cauſa principali procedere non poſtponat. In criminalibus verò etiamſi à tertio ſpoliatus fuerit, dum tamen, vel tota ſua ſubſtantia, vel majori parte ipſius ſe per violentiam privatum affirmet, objecta exceptio proceſſum differet, pœnis ſtatutis, ſi eandem intra certa tempora non probaverit objiciens: eo quoque ſalubriter adjecto *h*, ut rerum privatarum ſpoliatio, agenti ſuper Eccleſiaſticis, vel ex contrario, non opponatur.

*Accuſato excipienti de ſpolio à tertio facto, debet indulgeri tempus, intra quod reſtitutionem petat, & cauſam ſi poteſt finiat: quo elapſo, non obſtante tali exceptione, accuſari poterit. h.d.*

a *C.1. de litis conteſt. in 6.* b *C.2.3.q.6.* c *C. literas tuas. ex. de reſt. ſpol.* d *C. pe. ex. de ord. cog.* e *C. ſi. ex. de ord. cog.* f *poſitionibus. melius.* g *C.1. de reſt. ſpol. in 6.* h *C.1. §. fin.*

INter ſcholares *a* olim dubitari contigit, ſi ſpoliatus à tertio contra ſuum accuſatorem de ſpolio excipiat, an ei tempus indulgeri debeat, infra quod reſtitutionem imploret, ne fortè ſic exiſtens omnem accuſationem eludat: & id æquitati & juri ſatis conſonum viſum fuit. Vnde ſi infra tempus indultum reſtitutionem non petierit, & cauſam, cùm poſſet, ad finem non perduxerit, non obſtante exceptione ſpolii, deinceps accuſari poterit.

*Exceptiones contra teſtes, peremptoriarum naturam ſapiunt, ideò ante ſententiam proponendæ. h.d.*

SVnt & aliæ exceptiones, quas propriè neque dilatorias, neque peremptorias appellaveris: cujuſmodi ſunt, quæ adverſus productos teſtes opponuntur, utputà *b*, ſi quis Mævium examinatum, infamem, excommunicatum, vel aliàs criminoſum eſſe dicat. Quæ tamen cùm ad peremptoriarum naturam accedere videantur, ipſæ quoque ante ſententiam proponendæ erunt.

*Ponit differentiam, utrum teſti objiciatur crimen, de quo nunquam aliàs fuerit convictus: vel objiciatur crimen, de quo aliàs quis confeſſus & convictus fuit. h.d.*

MVltum tamen intereſt, an per exceptionem tantùm teſtibus oponantur crimina, de quibus nunquam accuſati fuerint: an verò ea, de quibus aliàs convicti, vel confeſſi fuerunt. Primo enim caſu *c* objectorum criminum probatio antea exhibenda erit, quàm cauſa per ſententiam terminetur: & ſi convicti vel confeſſi fuerint, ordinaria ceſſante pœna, ſufficiet, quòd à perhibendo teſtimonia repellantur, præſertim cùm objectum crimen minimè cauſam contingat. Poſteriore verò, cùm non ſit cuiquam contra alios credendum, niſi ſe prius probaverit innocentem, à ferendo teſtimonio penitus repelli poterunt.

*Opponens exceptionem, quæ adverſus opponentem opponi poteſt, nihil agit, & hoc, ſi proprio nomine excipiat: ſecus ſi nomine ſuæ Eccleſiæ. h.d.*

CAvebit autem reus, ne quam contra adverſarium ſuum exceptionem porrigat, cujus ipſe nexibus implicetur: cùm ſcire debeat, nullum hanc eſſe juris effectum habituram: veluti *d* ſi plura beneficia poſſidens de eadem pluralitate adverſus alium excipiat: vel ſi perjurium *e* aut excommunicationem is objiciat, qui pejeravit, vel Eccleſiaſtica ſententia innodatus fuerit. Hoc tamen ita accipiendum eſt, cùm proprio nomine conventus excipit *f*: cæterùm ſi ſuam defendens Eccleſiam, tales exceptiones oppoſuerit, audiendus erit, nec quod opponens eiſdem ſit obnoxius, replicari poterit.

*Qui excipit, non confitetur agentis intentionem, & poteſt quis plures etiam contrarias exceptiones opponere: & ſi judex non admittat, poteſt appellari, & judex puniri. h.d.*

POſtremò ſciendum eſt, eum, qui excipit *f*, non propterea agentis intentionem confiteri illum videri, cùm eidem non ſolùm unam, ſed etiam plures, quanquam contrarias, proponere liceat. quæ ſi legitimæ fuerint, & judex non admiſerit, reo quidem per appellationis remedium ſuccurretur, & judex ipſe meritis pœnis coërcendus erit.

*Adverſus exceptiones dantur replicationes. h.d.*

DAntur *g* adverſus exceptiones replicationes: de quibus multis agere ſupervacuum eſſet, cùm inſtitutæ ſint ad ſimilitudinem exceptionum quæ adverſus actiones opponuntur: de quibus ſi quis plenius velit intelligere, ex his, quæ ſuperiùs diffusè de exceptionibus poſuimus, mutuari poterit.

a *C.1. §. ſolet autem. de reſtit. ſpol. in 6.* b *C. præſentium. ubi gl. ext. de teſt.* c *C.1. ext. eod. tit.* d *C. cùm Eccleſia. ext. eod. tit.* e *gl. in c. præſentium. & c. teſtimonium. ext. de teſt.* f *Cap. dilecti filii. ext. eod. de exception.* g *C. cùm venerabilis. ext. eod. c. exceptionem. de regul. jur. in 6.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## DE MVTVIS PETITIONIBVS.
### TITVLVS IX.

*Si reus conventus nolit, vel non poſſit excipere, ſi habeat unde actorem reconveniat, poterit illum reconvenire. h.d.*

IGitur oblato ab actore libello, ſi reus conventus nulla ſit exceptione munitus, quæ vel judicium differat, vel litis ingreſſum impediat, mutuis petitionibus adverſarium ſuum fatigare poterit: & agentem coram eodem judice, antequam litem conteſtetur, reum conſtituere. Cujus enim quis *a* in agendo obſervat arbitrium, eundem habere contra ſe judicem in eodem negotio dedignari non debet. Propoſita ergo actoris intentione & reſponſione facta ſuper quæſtionibus rei monitione præmiſſa, incontinenti actor reſpondere compellendus erit, ut viciſſim poſtea rationes partium judex audiens, concordia, vel judicio utriuſque negotium terminet.

*Etiam coram judice delegato poteſt reus actorem reconvenire. h.d.*

NEc ſolum coram Ordinario reconventio talis ſibi locum vendicat, verùm *b* etiam coram delegato: unde niſi reus literas impetrare maluerit, actorem ſibi obnoxium eodem durante judicio coram datis judicibus reconvenire poterit.

*Actoris & rei reconvenientis æqualis debet eſſe conditio in judicio. h.d.*

VTriuſque autem, tam actoris, quàm rei reconvenientis æqua debet eſſe conditio: unde *c* cùm cauſa appellatione remota committitur, ſi reus actorem reconvenerit, uno eodemque jure circa appellationis remedium uterque cenſendus erit.

*Coram arbitris non habet locum reconventio. h.d.*

DE arbitris dubitari poterit, an coram eis reconventioni locus eſſe poſſit *d*? & cùm arbitri judicare non poſſint, niſi de his tantùm, ſuper quibus in eos compromiſſum fuit, reſponſum eſt, coram eis reconventionem locum habere non poſſe.

*Reus conventus coram judice laico, non poteſt reconvenire actorem ſuper cauſa ſpirituali. h.d.*

INterdum etiam accidit, ut nec coram ordinario, nec coram delegato judice reo actorem reconvenire ſit poteſtas, utputà ſi coram judice laico conventus, actorem ſuper cauſa juris patronatus, decimarum, matrimonii, aut alia ſpirituali reconvenire velit.

*Excommunicatus non poteſt reconvenire. h.d.*

IDem *e* juris eſt, ſi conventus excommunicationis vinculo innodatus exiſtat. Huic enim, licet alioqui excipiendi facultas minimè ſit interdicta, actorem tamen reconvenire non conceditur, ne quod (ut ſuprà diximus) in defenſionis remedium ſuſtinetur, ad impugnationis materiam extendatur.

*Super cauſa criminali non admittitur reconventio: idem in cauſa depoſiti. h.d.*

ILlis quoque, qui coram judice criminaliter conventi fuerint *f*, vel ſuper depoſito, niſi ſe priùs innocentes probaverint, & depoſitum reſtituerint, alios criminandi, vel conveniendi licentia non conceditur.

## DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM.
### TITVLVS X.

*Intentans ſpolia non poteſt reconveniri, niſi ſuper cauſa ſpolii. h.d.*

IS quoque, qui ſe quibuſdam rebus, aut juribus ſpoliatum conqueritur, ab adverſario ſuo reconveniri non poterit: nam ſuper ſpoliatione conventus, adverſus reſtitutionem petentem non eſt, niſi ſuper quæſtione ſpolii, audiendus. Reſtitutionis enim petitio in hoc privilegiata eſſe noſcitur, ut ipſam intentans, non cogatur ante reſtitutionem ſpoliatoribus reſpondere. Vnde *a* cùm quis ſe de beneficii poſſeſſione violenter ejectum apud judicem conqueritur, ſi adverſarius eundem non Canonicè dicat inſtitutum, de violenta priùs ejectione, quàm de Canonica inſtitutione cognoſcendum erit.

*Spoliatus eſt ante omnia, & quoad omnia, reſtituendus. h.d.*

SEd etſi ſpoliatus non primus coram judice ſuper ſpolio ſibi illato conſiſtat, ſed criminali judicio ab adverſario laceſſitus ſpoliationis cauſam proponat, ita demum ſuper petitione judex procedere poterit, ſi priùs reſtitui ſpoliatum ſua ſententia juſſerit. omnes enim leges tam Eccleſiaſticæ, quàm ſeculares ante omnia cuncta ſpoliatis, vel ejectis redintegranda *b*, & damna ſarcienda eſſe præcipiunt: fructus *c* quoque non tantùm à violento poſſeſſore perceptos, ſed etiam qui à veteri poſſeſſore percipi veriſimiliter potuiſſent, reſtituendi erunt: nec reſtitutionis ſolùm ſententia ſufficiet, niſi re ipſa omnia judicis officio reſtituantur, ita ut ejectus, vel ſpoliatus etiam naturalem poſſeſſionem recipiat, cunctaque, quæ ſibi oblata fuerint, eodem, unde ſurrepta fuerunt, revocentur.

*Quæſtio ſpolii per modum reconventionis propoſita non impedit proceſſum ſuper alia cauſa civiliter inſtitutum. h.d.*

QVòd ſi civiliter conventus adverſario ſpolii quæſtionem regerat, cùm mutuæ tunc intelligantur petitiones in idem judicium deductæ, viciſſimque tractatæ, unica ſimul erunt ſententia terminandæ.

*Cum ſpolium proponitur in modum exceptionis, nulla fertur reſtitutionis ſententia: ſed quamdiu non fuerit reus reſtitutus, non eſt cogendus actori reſpondere. h.d.*

SEd hæc quidem obtinent, cùm in modum actionis ſpolii quæſtio proponitur: ſed ſi circa litis conteſtationem de ſpolio quis excipiendum duxerit, ſuper ipſa quidem exceptione probationes primitùs recipiendæ erunt: ea tamen legitimè probata, nulla reſtitutionis erit ferenda ſententia, ſed tamdiu ſpoliatori ſuper petitionibus ſuis reſpondere cogendus non erit *d*, donec ab ipſo reſtitutus fuerit. Quemadmodum enim, ſi in modum exceptionis aliquod crimen teſti objicitur *e* ut à teſtimonio repellatur, etſi crimen contra eum civiliter probatum fuerit, ſibi pœna non infligitur ordinaria, ſed ejus duntaxat teſtimonio non creditur: ſic ſpoliatione in modum exceptionis tantùm probata, reſtitutionis ſententia minimè ferenda erit.

*Tribus caſibus privatus à judice dicitur ſpoliatus, ſi non ſervavit juris ordinem, ſi nulliter pronunciavit, ſi erat judex incompetens. h.d.*

SPoliatus autem non ſolùm is intelligitur, qui à privato quocunque homine rerum quarundam poſſeſſione indebitè privatus fuit: ſed etiam *f* ille, quem judex ipſe juris ordine prætermiſſo, beneficio, vel aliis rebus carere coëgit: vel is, qui licet juris quidem ordinem ſervaverit, ſpoliati tamen, & de facto damnati judex erat incompetens: vel, ſi judex ſit competens, circa privationem tamen nulliter pronunciavit.

*Spoliaſſe & is intelligitur, qui mandavit ſpoliari, aut ſpolium ſuo nomine factum ratum habuit, vel ſpoliatori ſucceſſit in vitium. h.d.*

IS quoque ſpoliaſſe intelligitur, qui licet ipſe non ſpoliaverit, per alium tamen ſpoliari mandaverit *g*, aut ſpolium ſuo patratum nomine ratum habuerit: unde & is reſtitutioni obligabitur, quemadmodum *h* & ille, qui rem indebitè occupatam, ſcienter recipiendo ſpolia-

a *Can. 1. §. cujus. 2. q. 8.* b *C. diſpendia. de reſcr. in 6.* c *C. ſi. ext. de mut pet.* d *C. cùm dilectus. ext. de arb.* e *C. cùm inter. in fin. ext. de excep.* f *C. 1. & 2. 3. q. 11.*

a *C. in literis tuis. ex. eo. ti.* b *C. redintegranda. 3. q. 1.* c *C. gravis. ext. eo. ti.* d *C. ſi. ext. de ord. cogn.* e *Ca. 1. ext. de except.* f *C. conquerente. ext. eod. ti.* g *Can. notum. ubi gl. 12. q. 1. & ca. cùm ad ſecundum. in fi. ubi gl. ex. eo.* h *C. ſæpè contingit. ext. eod.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tori ſuccedit in id vitium. Licet enim is non ſpoliaverit: cùm tamen, quoad periculum animæ, non multum interſit, utrùm quis injuſtè detineat, an alienum invaſerit, contra hujuſmodi poſſeſſorem ſpoliato per reſtitutionis beneficium, non obſtante juris civilis rigore, ſuccurritur.

*Renunciatio facta poſt ſpolium non impedit ſpoliati reſtitutionem: ſecùs ſi antè fuerit renunciatum. & teſtes ſuper ſpontanea renunciatione non ſunt admittendi ante reſtitutionem. h.d.*

ILlud quæſitum *a* eſt, ſi poſt ſpolium Eccleſiæ renunciaſſe quis dicatur, an ob hujuſmodi renunciationem ſpoliato ſit deneganda reſtitutio? & cùm non ſit veriſimile, quòd ſponte proprio juri renunciaverit, qui renunciat, ſpoliatus hujuſmodi non obſtante renunciatione, reſtituendus erit. Teſtes etiam partis alterius de juramento, & renunciatione ſponte facta, non antè admittendi erunt, quàm ſpoliatus plenariè fuerit reſtitutus. Quòd ſi ante *b* ſpolium Eccleſiam ſponte abjuraſſe reperiatur, perpetuum ei ſuper negotio ſilentium imponendum erit.

*Ponit aliquos caſus exceptos ab illa regula, ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. h.d.*

SVnt & alii caſus, quibus jure denegabitur ſpoliatis reſtitutio: utputà, cùm ageti per modum exceptionis de alia ſpoliatione opponitur, aut tam ſuper proprietate, quàm ſuper ſpolio eodem tempore diſceptari ſpoliatus ipſe conſenſerit, aut ante reſtitutionis poſtulationem petitoria actione judicium expertus ſuccubuerit.

*Probatio ſpolii, abſentia ſpoliatoris, & lapſus temporis, non operatur reſtitutionem, ſi ſpoliator non abſit per contumaciam, vel dolum. h.d.*

IDem ſi ſpoliatore non per contumaciam, vel per dolum abſente, ab Apoſtolica ſede ad judices ſpoliatus literas obtinuerit, ut ſi eum ſpoliatum judicibus conſtiterit, intra certum temporis ſpacium reſtituatur, ſi reus intra præfixum terminum ſeſe judici exhibere non poſſit, quanquam temporis lapſus immineat, & actor ſit ſuam poſſeſſionem & dejectionem probare paratus, nihilominùs reſtituendus non erit.

*Si contra agentem de ſpolio opponatur exceptio, per quam concludatur actorem non poſſediſſe, ſpoliatus ante omnia non reſtituitur. h.d.*

SEd & ſi talis opponatur exceptio, quæ agentem minimè poſſediſſe concludat, tamdiu ſubſtinenda erit reſtitutio, donec ſuper tali exceptione cognitum fuerit: ut ecce, nec laici ſpiritualia poſſidere, nec ſacerdotes uxores habere poſſunt. Vnde ſi vel illi ſe beneficiis ſpoliatos, vel hi ab uxoribus ſe deſtitutos coram judice conquerantur, & ab adverſariis de ſecularitate, vel de ſacerdotio agentibus opponatur, proculdubio differenda erit reſtitutio.

*Cùm pro ſpoliatore militat juris præſumptio, ſpoliatus non eſt ante omnia reſtituendus. h.d.*

QVinimò & cùm ſola juris præſumptio pro ſpoliatore contra ſpoliatum militat, impedienda erit reſtitutio: ex quo apparet *c* eum qui (exempli gratia) reſtitui poſtulat ad decimas, quas intra alienæ parochiæ limites poſſediſſe aſſerit, nequaquam reſtituendum eſſe, niſi evidenter docuerit, quòd earum poſſeſſionem legitimè aſſequutus fuerit: quia eas occupaſſe injuſtè veriſimiliter præſumitur, cùm ex præſidiis perveniant intra alienam parochiam conſtitutis, manifeſtumque ſit, eas jure communi ad eandem Eccleſiā pertinere, niſi aliud oſtenſum fuerit.

*Hæreticus non reſtituitur ante omnia: idem ſi in reſtitutione timeatur de periculo animæ, vel ſcandalo, quia differtur reſtitutio. h.d.*

PLures præterea ſunt caſus, quibus ſpoliatus illicò non reſtituitur: veluti, cùm hæreſis labe pollutus deprehenditur, vel facta reſtitutione animæ periculum immineret, vel ſcandalum timeri poſſit: & alii, qui non minus ſecularibus, quàm Pontificiis legibus continentur.

*Spoliatus poteſt ſuſpenſo petitorio ante concluſionem in cauſa, intentare poſſeſſorium: ſecus ſi ſit concluſum: niſi tamen aliter judici videatur. h.d.*

POſtremò ſciendum eſt, in ſpoliantis odium conſtitutum eſſe *a*, ſi ſpoliatus proprietatis litem ingreſſus fuerit, nullam de illata ſibi violentia mentionem faciens, antequam renunciatum ſit, aut concluſum in proprietatis judicio, ut idem debeat ſuper poſſeſſorio, etiam petitorio ſuſpenſo, audiri. Quòd ſi renunciatum fuerit, vel concluſum, ut jam poſſit cauſa proprietatis ſententia terminari, ne lites litibus inculcentur, & via poſſit fraudibus aperiri, cauſa non deciſa, poſſeſſorio non erit utendum: niſi judex, qui de cauſa cognoſcit, hoc ipſum ex juſta cauſa viderit expedire: putà, cùm ex perſpicuis iniquitas invaſoris facilè arguitur, & ſpoliato, caſu ſive dolo ſpoliatoris, dominium probandi facultas ſubtracta fuerit.

## DE LITIS CONTESTATIONE

### TITVLVS XI.

*Litis conteſtatio eſt fundamentum judicii, quo deficiente fruſtra ſuperædificabitur. & quando dicatur lis conteſtata. h.d.*

HActenus ea complexi fuimus, quæ plerumque ante cauſarum diſcuſſionem vertuntur, quæ non tam judicii partes habentur, quàm judiciorum præparatoria: perveniamus nunc ad ea, quibus ipſum judicium conſtituitur. Eſt autem judiciorum quaſi fundamentum quoddam, litis conteſtatio: nam *b* ſi illa à partibus prætermiſſa fuerit, proculdubio omnia, quæ ſequuta fuerint, corruent, ſeque ipſos litigatores inanibus laboribus & ſumptibus vexabunt: unde nec teſtes recipi, nec ad ſententiam per judicem procedi poterit. Ea *c* verò fit per petitionem in jure propoſitam, & congruam reſponſionem ſequutam, animo conteſtandi litem factam, cùm judex per narrationem negotii cauſam audire cœperit: unde ſi quis poſitionibus ſimpliciter reſpondeat, aut peremptoriam exceptionem proponat, nequaquam per hoc eſſe facta conteſtatio litis intelligitur.

*Procurator, tutor, & ſimiles, poſſunt litem conteſtari. h.d.*

FIt autem *d* litis conteſtatio non ſolùm per principales, ſed etiam per procuratorem, tutorem, & perſonas ſimiles.

*Advocati reſponſio niſi ſit ſtatim revocata, facit litis conteſtationem. h.d.*

AN advocati reſponſio litis conteſtationem faciat, dubitari poteſt, & ex facto reſponſum eſt, niſi ſtatim revocata fuerit, illius quoque reſponſione conteſtationem fieri.

*Cùm officium judicis pro actione inſtituitur, eſt neceſſaria litis conteſtatio. h.d.*

NEc ſolùm, cùm per actionem judicium inſtituitur, erit litis conteſtatio neceſſaria: ſed etiam ubicunque judicis officium pro ipſa proponitur actione: veluti, cùm reſtitutio in integrum non incidenter, ſed principaliter poſtulatur.

*Qui effectus ſequantur ex litis conteſtatione. h.d.*

IGitur ſequuta conteſtatione reus & judici ſubjicitur, & actori obligatur, dilatoriis exceptionibus via præcluditur, actiones perpetuantur, præſcriptio interrumpitur, alii quoque effectus emanant, ut tam civilibus quàm Eccleſiaſticis conſtitutionibus ſuis locis traditur.

*Cùm civiliter agitur, & probabiliter de morte teſtium, vel diuturna abſentia timetur, poſſunt examinari teſtes etiam lite non conteſtata. h.d.*

ADmonendi tamen ſumus, quod traditum eſt, lite non conteſtata non poſſe teſtes recipi *e*, aut ad ſen-

a C. a. ex. eo. ti. b C. accepta. ex. eo. ti. c C. ſi. eo. ti. in 6.

a Can. paſtoralis. ext. de cauſa poſſeſ. & propriet. b C. 1. ext. eo. ti. c Ca. dudum. ſecundo. §. licet. extr. de electio. d Ca. 1. eo. ti. ext. eod. e Ext. ut lite non conteſt. per totum. & c. 1. eo. ti. ext.

tentiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tentiam perveniri, non eſſe perpetuum. Nam ſi fortè de morte teſtium timeatur, vel abſentia diuturna, cùm civiliter eſt agendum, ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis caſibus ſubtrahatur, ſenes, & valetudinarii, & alii teſtes de quibus ex probabili cauſa timetur, etiam lite non conteſtata ſunt admittendi, ſeu pars conventa ſit contumax, ſeu ſine dolo ſit abſens, ut conveniri non poſſit.

*Qui teſtes examinavit ad perpetuam rei memoriam, debet intra annum vel convenire adverſarium, vel examen denunciare. h.d.*

DEbet *a* tamen actor intra annum, ex quo facultas ſibi data fuerit, adverſarium convenire, aut ſaltem hujuſmodi teſtium receptionem eidem denunciare. alioqui atteſtationes ſic receptæ non valebunt, ne fortè hoc procuretur in fraudem, ut ſcilicet proceſſu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum teſtes, vel aliæ, locum habere non poſſint.

*Nota ex iſto §. bonam regulam ad cognoſcendum, quando non eſt neceſſaria litis conteſtatio. h.d.*

SVnt *b* & alii caſus, in quibus abſque litis conteſtatione legitimè poſſunt teſtes produci, & lis ſententia terminari: quos tam ex his, quæ ſuprà de contumacia diximus, quàm etiam ex aliis locis cognoſcere licebit. Et generaliter, ubicunque libellus non exigitur, aut jus agendi contra certam perſonam non dirigitur, litis conteſtatio non eſt neceſſaria.

## DE IVRAMENTO CALVMNIÆ.
### TITVLVS XII.

*Actor recuſans ſubire juramentum calumniæ, cadit ab actione, & reus habetur pro confeſſo. h.d.*

SEd ut veritate prævia judicia expediantur, inſtitutum eſt, ut litigatores in exordio litis de calumnia vitanda jurare debeant. Quod juramentum ſi quis præſtare recuſaverit *c*, actor quidem ab inſtituta cadet actione, & pro confeſſo reus habendus erit.

*In cauſa ſuæ Eccleſiæ clericus non cogitur jurare de calumnia, ſecus in propriis: quo caſu jurat propoſitis tantùm ſcripturis, non tactis. h.d.*

IN hac tamen parte quibuſdam caſibus clericis jura pepercerunt. Vetuerunt *d* enim, ne dum propriæ Eccleſiæ cauſa peragitur, inconſultis illorum prælatis hujuſmodi ſubire jusjurandum cogantur, licet in propriis cauſis hujuſmodi privilegio minimè gaudere noſcantur. Sed & quo caſu hoc juramentum ſubire vel permittuntur prælati, vel jubentur, non tactis *e*, ſed tantùm propoſitis ſcripturis id implebitur.

*Hodie etiam in cauſis ſpiritualibus juratur de calumnia. h.d.*

IN cauſis ſpiritualibus olim de calumnia minimè jurabatur: ſed quia & in illis litigatores frequenter calumniari compertum eſt, noviſſimè ſancitum eſt *f*, ut in eis id quod cæteris conſtitutum eſt, obſervari debeat.

*Etiam procuratores jurare de calumnia tenentur, quandocunque judici videbitur. h.d.*

ET non tantùm principales, verùm etiam procuratores *g*, & ſyndici *h*, hujuſmodi juramentum ſuſcipere compellendi erunt, etiamſi quid ponere aut reſpondere debeant, à dominis inſtructi fuerint: aut poſt hoc præſtitum juramentum deputati fuerint: nec enim illud intra certa judicii tempora coarctatum reperitur, ſed *i* poterit judex exigere, quoties expedire viderit.

*De calumnia juratur etiam in cauſa appellationis. h.d.*

PRæterea *k*, quanquam in prima inſtantia partes juraverint, non tamen propterea in cauſa appellationis hujuſmodi juramentum declinare poterunt, cùm rurſus, & de calumnia vitanda, & dicenda veritate jurare partes ſint compellendæ.

*Iuramenti de calumnia omiſſio non vitiat proceſſum. h.d.*

ILlud poſtremò admonendi ſumus, quòd propter omiſſum *a* tacitè in tota cauſa calumniæ juramentum, judicialis proceſſus aliàs factus legitimè, nec eſt nullus, nec ob eam cauſam venit annullandus: cùm hujuſmodi juramenta præſtari de ſubſtantia ordinis judiciarii non exiſtat.

## VT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETUR.
### TITVLVS XIII.

*Lite pendente nihil innovandum: & lis tunc pendêre dicitur, cùm citatio legitima pervenit ad partem citatam, aut per eam factum eſt, quò minùs perveniret. h.d.*

INſtituta ergo lite, & ſolennibus præſtitis ſatisdationibus, & calumniæ juramento exhibito, ad probationes, & merita cauſæ deſcendendum erit, & interim pendente lite nihil innovari poterit. Lis *b* autem pendêre hoc reſpectu tunc dicetur, non modò cùm lis conteſtata fuerit, verùm etiam poſtquam à judice competenti citatio manavit, & ad partem citatam pervenerit, vel per eam factum eſt, quò minùs ad ejus notitiam perveniret, dum tamen in citatione ea ſint expreſſa, per quæ poſſit quis inſtrui, ſuper quibus in judicio convenitur.

*Ob dilapidationem etiam lite pendente fit ſequeſtratio. h.d.*

PLanè *c* ab eo, qui poſtquam à ſententia provocavit, poſſeſſionis fructus diſſipat, etiam lite pendente ſequeſtari poterunt.

*Litis pendentia non invalidat matrimonium contractum. h.d.*

SIc etiam *d* ſi dum ſuper matrimonio lis pendet, ſecundum quis matrimonium ritè contraxerit, ſi primum non tenuiſſe declaratum fuerit, pendentis litis obtentu ſecundum irritari non poterit. Ei tamen qui in contemptum contraxerit, competens pœnitentia imponenda erit.

## DE PROBATIONIBVS.
### TITVLVS XIV.

*Quid ſit probatio, & quibus modis fiat. h.d.*

PRobatio igitur eſt, idoneis argumentis & legitimis mediis facta demonſtratio. Contingit autem quid probari variis modis: utpută confeſſione partium, depoſitione teſtium, inſtrumentorum exhibitione, jurisjurandi religione. inſpectione judicis, notorietate rei, ſuſpicione vehementi, fama, atque aliis adminiculis.

*Quomodo naſcatur probatio ex confeſſione, & quæ ſint poſitiones. h.d.*

PArtium confeſſione tunc conſtat probatio, cùm reus poſitionibus reſpondendo, vel aliàs in judicio de intentione confitetur actoris. Sunt autem poſitiones, breves quædam narrationes, facti ſeriem continentes, ad eliciendam veritatem conceptæ, ſuper quibus quis petit ab adverſario reſponderi, quas ad faciliorem *e* expeditionem litium propter partium confeſſiones, & probationum defectum uſus longævus in cauſis admiſit, & juris probavit authoritas.

*Recuſans reſpondere poſitionibus habetur pro confeſſo. h. d.*

SI *f* quis igitur poſitionibus ſibi factis reſpondere requiſitus recuſaverit, vel, ne reſponderet, ſe per contumaciam ſubtraxerit, pro confeſſo habendus erit. Hoc tamen ita demum obtinet, ſi à judice reſpondere juſſus, illum abſentem fieri contigerit: ſed ſi antequam juberetur, contumaciter abſceſſerit, tunc pro confeſſo minimè reputabitur, ſed contra eundem, tanquam contumacem, procedendum erit, prout juris ratio dictaverit.

---

a *C.fi.§.ſed ſi.ext.ut lite non conteſt.* b *d.c.fi.§.ſunt & alii.* ut lit.non conteſt. c *C.fi.ext.eo.ti.* d *C.1.& ſeq. ex.eo.* e *C.fi.ext.eod.* f *C.1.§.fi.eod.ti.in 6.* g *Ca.2.§.procuratores. eod.ti. in 6.* h *C.pen.& fin.ext.eod.ti.* i *C.2.in fin.eod.ti.in 6.* k *C.2. in prin.eod.ti.in 6.*

a *C.1.in prin.& §.1.eod.ti.in 6.* b *Cl.2.eo.ti.* c *Ca.fi. extr. de ſequeſt.poſſ.* d *C.cùm in Apoſtolica.ext.de ſponſa.* e *Clem. fin.de verb.ſign.* f *C.1.de confeſſ.in 6.*

*Confeſſus, & probationibus convictus, æquiparantur: & confeſſio erronea, ſi ſtatim revocatur, non affert præjudicium. h.d.*

REdditis igitur circa exhibitas poſitiones reſponſioni-
bus, diligenter ab actore diſpiciendum erit, an à reo
ſuper controverſia legitimam confeſſionem extorſerit:
quo quidem caſu & ipſe probationum oneribus releva-
bitur, & judicis in cognoſcendo partibus ceſſantibus ſta-
tim ſuper tali confeſſione pronunciandum erit. Planè *a*
ſi per errorem facti hujuſmodi confeſſionem emanaſſe
doceatur, confitenti, ſed tamen confeſſionem ſuam ſta-
tim revocanti, nullum præjudicium generabitur: alio-
qui, quod ſua quiſque voce dilucidè teſtatus eſt, proprio
non valebit amplius teſtimonio infirmare.

*Reus non tenetur edere actori, niſi inſtrumenta communia. hoc dicit.*

NOn tamen *b*, quia poſitionibus reus reſpondere
compellitur, documenta quoque, quæ ad cauſam
pertinentia penes ſe detinet, niſi ſibi cum actore ſint
communia *c*, exhibere compellendus erit: nam grave
nimis eſſet, illum ad eorum exhibitionem urgeri, per quæ
ſibi poſtea præjudicium fieret. Sed actor ipſe, inficiante
reo, ſumptis congruis dilationum temporibus, intentio-
nis ſuæ proprias probationes afferret, vel teſtes inducen-
do, vel inſtrumenta, & alias ſcripturas producendo.

*Reus citandus eſt ad videndum jurare, & deponere teſtes: & teſti injurato non creditur, niſi fuerit remiſſum juramentum à parte. h.d.*

DEbet autem in primis, ſi ex dictis teſtium rei ſit e-
ruēda veritas, admoneri adverſarius, quòd auditurus
juramentum veniat *d*, ne ſi prætermiſſum id fuerit,
quod contra leges actum deprehenditur, nullam habeat
firmitatem. Sed & teſtium depoſitiones non aliter reci-
piet judex, quàm priùs jurisjurandi religione firmaverint,
quod tantùm, quæ vera noverint, profeſſione ſuæ teſtifi-
cationis aperient: nullius enim teſtimonio, quantum-
cunque religioſus exiſtat, niſi juratus depoſuerit, in præ-
judicium credi debet alterius, niſi fortè juramentum ab
adverſa parte remittatur.

*Teſtes recuſantes jurare, ſunt ſub pœna excommunicationis cogendi, & juramentum de non deponendo non tenet. h.d.*

QVòd ſi teſtes à judice moniti ſeſe, vel odio, vel gratia,
vel timore à ferendo teſtimonio ſubtraxerint, per
cenſuras Eccleſiaſticas teſtificari compellendi erunt, nec
audientur, quòd ſeſe, quò minùs deponant, proprii jura-
menti vinculo innodatos aſſerant. *e*

*Diligens debet eſſe judex in examinando ſuper omnibus qualitatibus totius cauſæ. h.d.*

INterrogabit *f* ergo judex teſtes in qualibet cauſa ad
minus duos (nulla enim cauſa eſt regulariter, quæ u-
nius teſtimonio quantumvis legitimo terminetur) eoſ-
que diligenter examinabit *g*, de ſingulis circumſtantiis
diligenter inquirens, de cauſis videlicet, de perſonis, lo-
co, tempore, viſu, auditu, ſcientia, credulitate, fama, &
certitudine, cæteriſque, quæ ad rem facere, & negotio
convenire exiſtimabit. Illud quoque ſubtiliter animad-
vertere non omittet, quo vultu, qua conſtantia, quavé a-
nimi trepidatione teſtes deponant, cùm interdum ex his,
vel ipſis invitis teſtibus, magis quàm ex verborum ſerie,
rerum veritas eluceſcat.

*Ex cauſa delegabit judex examen teſtium. h.d.*

SI qui tamen erunt, qui interrogandi ſunt, valetudina-
rii *h*, vel ſenes, vel debilitate confecti habeantur,
vel etiam ita paupertate depreſſi, ut ad præſentiam judicis
venire non poſſint, idoneum deliget judex, quem ad ſu-
ſcipiendas illorum atteſtationes dirigat.

a *C. ſi ingl. ext. de conf.* b *C. 1. ubi tot. ext. eo.* c *C. ſi perpetuus. ext. de fide inſtrumentorum.* d *C. 2. ext. de teſt.* e *C. intimavit. ext. de teſt.* f *C. licet univerſis. ext. de teſt.* g *Ca. cùm cauſam. ext. de teſtib.* h *C. ſi quis teſtium. ext. de teſtib.*

*Teſtes conſiderantur conditione, natura, & vita. h.d.*

TEſtes verò non omnes recipiendi ſunt, ſed fideles
duntaxat, & idonei. Cenſentur autem teſtes condi-
tione, natura, & vita. Conditione, ſi liber teſtis ſit, non
ſervus: ſervus enim ſæpè metu dominantis, veritatis te-
ſtimonium ſupprimit. Natura, ſi vir ſit, non fœmina:
nam varium & mutabile ſemper fœmina.

*Mulieres non ſunt in forum trahendæ gratia teſtimonii ferendi, ſed ad eas eſt mittendus tabellio. h.d.*

CVjus tamen teſtimonium, ſi quando neceſſarium fue-
rit *a*, cùm mulieres honeſtas ipſa, ac naturalis pu-
dor virorum cœtibus immiſceri prohibeat, quacunque
authoritate teſtimonii ferendi cauſa, vel alia, quæ jure
non exprimatur, in judicium perſonaliter evocari, vel
trahi non poterit: ſed ad eam mittendus tabellio, & juxta
Bonifacianæ conſtitutionis tenorem, procedendum erit.

*Teſtis malæ vitæ caret fide. h.d.*

VIta cenſetur teſtis, ſi innocens ſit, & integer: nam ſi
vita bona defuerit, fide carebit.

*Clerici poſſunt teſtificari pro Eccleſia, & ſingulares perſonæ pro univerſitate ſua, niſi tamen aliqua cauſa probabilis impediat. hoc dicit.*

IN ſumma, quicunque jure minimè prohibentur, ad te-
ſtimonium perhibendum ſunt admittendi. Clerici à
ergo à ferendo teſtimonio ſuper negotio propriæ Eccle-
ſiæ, vel aliæ ſingulares perſonæ, in cauſa ſuæ univerſitatis
arcendi non erunt, niſi ad agendum, reſpondendumve
fuerint inſtituti, vel ipſos alia cauſa probabilis impe-
dierit.

*Monachi de conſenſu Abbatis, poſſunt teſtimonium dicere. h. d.*

MOnachi quoque, & quicunque ſub alterius obedien-
tia conſtituti ſunt, de ſui præſulis licentia rectè te-
ſtimonium dicent.

*Chriſtianorum teſtimonia adverſus infideles admittuntur, ſed non contrà. h.d.*

CHriſtianorum *c* quoque teſtimonia adverſus Iudæos
in omnibus cauſis recipienda erunt, nullis ſibi con-
tra hoc Principum privilegiis ſuffragantibus. Sed contra
Chriſtianum nec Iudæus, nec Paganus, nec hæreticus, aut
aliter infidelis, neque excommunicatus, aut aliter crimi-
noſus rectè teſtimonium dicent.

*Criminoſus perſeverans in crimine non poteſt teſtificari, emendatus verò in cauſa civili poteſt, niſi fuerit reus perjurii, vel niſi ſit affectus infamia: in cauſa verò criminali, licet emendatus, difficilius admittitur. h.d.*

PLanè quod de criminoſo diximus, diſtinctionem re-
cipit: nam ſi is, cui ab adverſa parte opponitur *d*, ad-
huc in ipſo crimine perſeverat, tam in civili, quàm in cri-
minali cauſa ab omni prorſus teſtificandi officio exclu-
dendus erit: ſi verò ſit de crimine emendatus, nec eum
comitetur infamia, non eſt in cauſa civili, vel etiam cùm
de crimine civiliter agitur, præterquam pro reatu perju-
rii, repellendus. In criminali autem quæſtione, ſi in a-
lio judicio contra ipſum accuſatione de crimine inſtituta
confeſſus, vel convictus fuit, vel ſi tunc per exceptionem
convincatur, aut ejus gravata ſit opinio, ex eo quòd quan-
doque fuit tali modo repulſus: quamvis hoc caſu non
excluderetur in cauſa civili, poteſt à teſtimonio, licet ege-
rit pœnitentiam, removeri.

*Validum ab initio tractu temporis non infirmatur, etiam non ſuperveniente cauſa. h.d.*

ILlud in dubium non venit, ejus teſtimonium, qui in-
teger depoſuit, infringi, debilitarivé minimè poſſe,
quanquam illum poſt depoſitionem factum eſſe con-
tigerit criminoſum. Nec enim quod rectè ſemel factum

a *C. 2. de jud. in 6.* b *C. cùm nuncius. ext. de teſt.* c *C. Iudæi. ext. de teſtib. & Clem. 1. eod. tit.* d *Ca. teſtimonium. ext. de teſtibus.*

eſt,

eſt, ex hujuſmodi eventu poſtea debet infirmari, cùm culpandus non ſit, qui idoneum nunc in teſtem producit, ſi aliquando eundem futurum malum non divinaverit.

*Domeſtici & ſimilem habentes cauſam, non poſſunt eſſe teſtes. h. d.*

DOmeſtici quoque, & ſimilem habentes cauſam conſimili quoque morbo veriſimiliter laborare exiſtimandi ſunt, ſi certum id ſit, aut ſuper eo legitimè convinci poſſunt, ſi ab alterutra partium teſtes adducti fuerint, ad teſtimonium admittendi non erunt.

*Non poteſt quis eſſe teſtis in cauſa, in qua fuit advocatus, vel procurator. h. d.*

IS quoque *a*, qui in prima inſtantia alicujus cauſæ advocationem & patrocinium ſuſceperit, licet advocatus & procurator eſſe deſierit, quia tamen adhuc affectus cauſæ præſumitur, in judicio appellationis in teſtem recipiendus non erit.

*Ad teſtes examinandos etiam tres dilationes dari poſſunt, & ex cauſa etiam quarta, ſub certo tamen jurejurando. h. d.*

DAbunt autem judices tam in Eccleſiaſticis, quàm in civilibus cauſis ad exhibendos teſtes, non ſolùm unam, ſed ex cauſa ſecundam etiam & tertiam dilationem: quartam *b* verò diſceptantib. non largientur, niſi præſtito ab eo, qui poſtulat, juramento, quod non per calliditatem aliquam quartam productionem poſtulet, ſed quia illorum, quos inſtat nunc de novo producere, prius notitiam habere nequiverit, quodque neque per ſe, neque per alium teſtificata ſubtraxerit, vel didicerit: quo caſu quartam quoque dilationem accommodabit judex, maximè ſi productioni teſtium non fuerit à partibus renunciatum. *c*

*Multa conceduntur, ne probationes intereant, quæ aliàs non concederentur: quod probatur hic tribus exemplis. h. d.*

SIquidem ne probationes depereant, multa permittuntur, quæ alioqui non concederentur, ut ecce, ſi is in cauſa judex datus fuerit, quem in teſtem produci ſit neceſſarium, removendus, & alius in ejus locum ſubſtituendus erit. Sic & aliàs citato adverſario recipiuntur, & publicantur teſtes, quos reus inducendos duxerit. Sic & Eccleſia neceſſariæ probationis omiſſione læſa, etiam adverſus Eccleſiam reſtituenda erit.

*Publicato proceſſu non poſſunt teſtes examinari ſuper eiſdem, nec in prima, nec in ſecunda inſtantia: ſecùs ſuper emergentibus de novo. h. d.*

ELapſis igitur tribus dilationibus, poſtquam renunciatum eſt probationibus, & publicata dicta teſtium, regulariter producendi teſtes rurſus non erit danda copia. Et ſicut *d* non licet ſuper eiſdem, vel directo contrariis articulis, alios, vel eoſdem teſtes in principali cauſa producere: ſic non debet in cauſa appellationis licere, cùm non minùs in ea, quàm in principali teſtium ſit timenda ſubornatio. Quod ſi *e* nova contingat emergere capitula, ſuper quibus partes teſtes novos velint inducere, recepto ſolenni juramento teſtium, non obſtante publicatione ſuper veteribus facta, nec in primo, nec in ſecundo judicio rejiciendi erunt.

*Qualiter, & quando poſſit in teſtes objici. h. d.*

SEd interdum accidit, ut eos, qui jure in teſtes recipi non debuerant, admiſſos tamen eſſe ab aliqua partium prætendatur: in qua ſpecie ſtatutum eſt *f*, ut ſi quid in eos habent, ante publicationem debeant objicere, poſtea verò tunc demum id licebit, cùm juramento partes firmaverint, quòd non dolo velint ad opponendum deſcendere: Sed & ſi oſtendere quis paratus fuerit poſt publicationem didiciſſe ſe, quod in perſonas vult objicere, tunc quoque opponendi patere debet aditus. Idem juris eſt, ſi fortè quis ante publicationem id fuerit proteſtatus. Cæterùm cùm quis proteſtatus fuerit, velle ſe poſt publicationem depoſitionum perſonas teſtium repellere, ſi quid in favorem proteſtantis dixerit, non de facili fides adhibetur.

a *Ca. 2. §. teſtes. ver. ſic. patroni. 4. q. 3.* b *C. pen. ext. de teſtib.* c *C. conſtitutis. in fi. ext. de teſtib.* d *Clem. 2. de teſtibus.* e *C. cùm cauſam. ext. de teſtib.* f *C. præſentium. ext. de teſt.*

*Teſtes probatorios, & reprobatorios probatoriorum reprobare licet, ſed reprobatorios reprobatoriorum non licet. h. d.*

ILlud *a* etiam admonendi ſumus, quòd non ſolùm teſtes ſuper principali negotio deponentes aliis teſtibus licebit repellere, ſed etiam contra ſecundos primorum reprobatorios probationes proferre licebit. Et non admittente judice, appellationis remedium licitum erit interponere. Vlteriùs autem partibus ad reprobationem teſtium aſpirare minimè licebit, ne ſi producendi quartos contra tertios, & ſic deinceps partibus licentia tribuatur, negotium contingat in infinitum protelari.

*Qualiter judex penſare debet dicta teſtium, & quod poteſt illos repetere, & interrogare, uſq; ad ſententiam. h. d.*

PVblicatis igitur atteſtationibus, non ſolùm *b* ad multitudinem teſtium reſpicere judicem oportet, ſed etiam ad qualitatem illorum: item depoſitiones rimari, & diligenter inſpicere debet, & ex his, quibus potius veritatis lucem aſſiſtere judicabit, animi ſui motum informabit: quòd ſi circa alicujus teſtis dictum judicis hæſitet intellectus, eundem rurſus ad examen revocare poterit. Et generaliter judex uſque ad prolationem ſententiæ interrogare ſub facto poterit, ubicunque aliquid dubitationis *c* inciderit.

*Teſti ſtatim ſeipſum corrigenti, non adimitur ob id fides, & poteſt judex teſtem repetere ſuper omiſſu. h. d.*

EVm quoque, qui non ſtudioſè, ſed linguæ lubrico erraverit, & ſeſe confeſtim correxerit, reprobare judex non debet: ſecùs autem, ſi correctioni ſuæ tempus interpoſuerit. Repetere autem non ſolùm obſcurè deponentem poterit, ſed etiamſi à principio ſuper certis capitulis eundem interrogare poſtulante adverſario, vel negligentia, vel calliditate prætermiſerint.

*Probationes fiunt non ſolùm teſtibus, ſed & inſtrumentis: & inſtrumentorum appellatione non largè ſumpta continentur ſolùm ſcriptura, quæ in judicio exhibentur. h. d.*

AT ſi partes vivæ vocis adminiculo in probando deſtitutæ fuerint, ad inſtrumentorum productiones decurrere eas oportebit: & licet inſtrumentorum adeò latè pateat appellatio, ut hoc nomine etiam teſtes contineantur, quippe & ipſi cauſam inſtruunt; nos tamen in præſenti pro ſcripturis in judicio exhibendis magis utimur, quæ quidem in litibus exercendis eandem cum depoſitione teſtium vim obtinent.

*Inſtrumenta poſſunt exhiberi uſq; ad concluſionem in cauſa. h. d.*

EXhiberi autem *d* in jure poterunt inſtrumenta, non ſolùm ante atteſtationum publicationem, ſed & poſtea uſque ad diffinitivum ſententiæ calculum: antea tamen, quàm in cauſa concluſum fuerit. In cauſa *e* autem concluſum eſſe tunc dicimus, cùm à partibus omnibus probationibus renunciatum fuerit.

*Scriptura ſolùm publica in judicio fidem facit, & quæ ſit ſcriptura publica. h. d.*

NOn tamen omnis ſcriptura in judicio producta fidem faciet, ſed ita demum *f*, ſi per manum publicam ſcripta fuerit, ita ut appareat publica, aut authentico ſigillo muniatur, alioqui nullius roboris firmitatem obtinebit.

*Exempla ſolenniter ſumpta, fidem faciunt. h. d.*

IDem *g* & de exemplis dicendum erit, quæ tamen, ſi ſolenniter ſumpta fuerint, eandem cum originalibus habitura ſunt authoritatem. Solenniter autem tunc dicentur ſumpta *h*, cùm coram Ordinario judice, vel

a *C. licet ei. 3. extrav. de teſtibus.* b *Ca. in noſtra. & c. cùm cauſam. ext. de teſtibus.* c *C. cùm clamor. extr. de teſtib.* d *C. cùm dilectus. ext. de fide inſt.* e *gl. in d. c. cùm dilectus.* f *C. 2. ext. de fid. inſt.* g *gl. 2. c. extrav. de fid. inſt.* h *C. ſi. ext. de fide inſt.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

au hoc ab ipſo ſpecialiter delegato præſentata fuerint, atque is diligenter inſpecta, dum nulla parte ſui vitiata comperit, per publicam perſonam exempla ſumi præcipit.

*Redacta in publicam formam poſt mortem tabellionis, faciunt fidem. h.d.*

EAndem etiam authoritatem & ea obtinebunt, quæ ad petitionem eorum *a*, ad quos pertinent, permiſſu judicis ordinarii in publicam formam redacta fuerint, ſi tabellio morte præventus ea non perfecerit, ſed in notas tantùm redacta moriens reliquerit.

*Inſtrumentis non vitiatis, & de vitio non ſuſpectis creditur, & error unius literæ, & raſio in loco non ſuſpecto, non vitiat inſtrumentum. h.d.*

EXhibebuntur *b* ergo inſtrumenta publica non cancellata, neque abolita, nec ulla parte ſui vitiata, aut aliquo pacto de falſitate ſuſpecta, quanquam ſi exceptor literam *c* imprudens omiſerit, aut documentum in loco non ſuſpecto *d* interleverit, non propterea veri fides, & inſtrumenti authoritas vacillabit.

*Ad ſupplendum probationem poteſt jusjurandum deferri. hoc dicit.*

QVòd *e* ſi nec teſtibus, nec inſtrumentis intentionem ſuam actor legitimè deduxerit, permittente judice non plenè probationes jurisjurandi religione ſuppleri, & cauſa terminari poterit. Nec enim aliud eſt juramentum, quàm veritatis confirmatio, cùm aliquid Deo teſte aſſeritur.

*Iuramentum aliud voluntarium, aliud neceſſarium: & neceſſarium, niſi ex cauſa, recuſari non poteſt. h.d.*

SEd cùm ſit juramentum multiplex, duplex tantùm in propoſito conſiderari poterit *f*: aut enim eſt neceſſarium, aut voluntarium. Neceſſarium eſt, quod ad ſupplendas probationes à judice parti defertur: quod proptereà neceſſarium nuncupatur, & quòd à judice illud omninò deferri partibus oportet, & quòd ritè delatum ab eiſdem, niſi ex juſtis cauſis, recuſari non poterit.

*Quæ ſint juſtæ cauſæ recuſandi juramentum. h.d.*

SVnt autem juſtæ recuſandi cauſæ, utputà ſi actor plenè probaverit, aut ſi ſibi non plenè cognitam rem ipſam aſſerat: & ſi quæ ſunt hujuſmodi.

*Si pro reo ſunt præſumptiones, ſibi deferendum eſt juramentum, niſi aliter judex arbitretur. h.d.*

SEd etſi *g* pro reo præſumptiones fuerint, eidem hoc ſacramentum judex deferet ad ſuam tuendam innocentiam, niſi inſpectis perſonarum & cauſæ qualitatibus, illud actori deferendum cenſeat.

*Voluntarium juramentum eſt, quod defertur à parte parti, quod deferenti poteſt referri, niſi ſimus in famoſis actionibus. h.d.*

VOluntarium *h* eſt, quod à parte parti in judicio defertur: quod quia litem terminat, deciſorium quoque nuncupari poterit. Et appellatur voluntarium, quia pars non niſi volens deferet, & ab eo, cui defertur, licitè recuſari ac referri poterit. Planè *i* ſi reus famoſis actionibus conventus fuerit, hujuſmodi jusjurandum agenti referri minimè permittetur, cùm non actor, ſed ipſe, qui convenitur, facti proprii conſcius eſſe debeat.

*Ponit exempla plura, in quibus probationes reſpiciunt perſonam judicis. h.d.*

IVdicis inſpectione conſiſtunt probationes: utputà, cùm pro terminandis finalibus quæſtionibus propriis oculis loca judex ſubjicit, aut ex aſpectu corporis ætatem colligit, aut cùm ex literis Ordinarii, vel Apoſtolicis excommunicatus, aut dignitatibus honeſtatus quis deprehenditur, vel cùm ad probandum virginitatem ab honeſtis & prudentibus matronis, vice ſua judex inſpici mulierem jubet.

a *C. pen. ext. de fide inſtr.* b *C. inter dilectos. extr. de fide inſtr.* c *Ex par. ext. d. ti.* d *C. ex literis. d. ti. ext.* e *C. fin. de jurejur.* f *gl. 1. c. ſi. ext. de jurejur.* g *C. ſi. ext. de jurejur.* h *d. c. ſi. in gl. 1. de jurejur.* i *C. fin. in princ. ext. de jurejur.*

*Notorium probatione non indiget. h.d.*

SEd & ſi quid notorium fuerit *a*, teſtium depoſitionibus, vel inſtrumentorum exhibitione amplius declarari non debet, cùm talia probationem, vel ordinem judiciarium non requirant.

*Iudex debet advertere, ne dubium recipiat pro notorio. h.d.*

SEd cùm multa dicantur notoria *b*, quæ non ſunt, proſpicere debet judex, ne quod dubium eſt, pro notorio recipiat.

*Vehemens ſuſpicio interdum habet vim notorii. h.d.*

AD notorium propè accedit vehemens ſuſpicio: nam ſi (exempli gratia) de *c* carnali copula quæratur, & ſint, qui ſolum cum ſola, nudum cum nuda, in eodem lecto jacentem, locis ſecretis, & ad hoc commodis, & horis electis ſe vidiſſe deponant, proculdubio ex ſuſpicionibus tam vehementibus ſequutam copulam pronunciari poterit. Planè ſi de gravi crimine actum fuerit, propter ſolam ſuſpicionem quanquam vehementem, nemo condemnabitur.

*Fama præſtat adminiculum cæteris probationibus. Et judex ex variis debet animum ſuum inſtruere. h.d.*

FAma quoque ſi de aliquo facto invulgata fuerit, cæteris præſumptionibus non leve, præſertim in quibuſdam, præſtabit adminiculum. Demum circumſpectus judex motum animi ſui non ex una tantùm re, ſed ex variis argumentis, & teſtimoniis, quæ rei aptiora eſſe comperetit, confirmabit. Iudicaturum enim oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, nec ſententiam priùs ferre, quàm peractis omnibus nihil habeat in quæſtione, quod non proponat.

## DE SENTENTIIS ET RE IVDICATA.

### TITVLVS XV.

*Duæ ſunt ſpecies ſententiarum, interlocutoria, & diffinitiva: & interlocutoria poteſt revocari ante diffinitivam. h.d.*

VIdeamus nunc de ſententiis, & re judicata. Eſt autem ſententia nihil aliud, quàm controverſiæ propoſitæ à judice ritè facta diffinitio. Sententiarum duæ ſunt ſpecies: aut enim interlocutoriæ ſunt, aut diffinitivæ. Interlocutoria eſt illa, quæ inter principium & finem cauſæ fertur ſuper his, quæ incidunt, vel emergunt: qualis eſt cùm judex dandam, vel negandam dilationem ad examinandos teſtes, vel exhibenda inſtrumenta interloquitur, vel ſuper aliquibus exceptionibus pronunciat: quam nec in ſcriptis ferri oportet, & ante diffinitivam ſententiam quandoque judex revocare poterit.

*Diffinitiva ſententia eſt, quæ condemnando, vel abſolvendo liti finem imponit, nec requiritur de neceſſitate in ea verbum, Condemno, vel Abſolvo, ſed ſufficit æquipollens. h.d.*

DIffinitiva verò ſententia eſt diffinitio judicialis, quæ condemnando, vel abſolvendo principali controverſiæ finem imponit. Diffinitiva *d* enim, quæ nec condemnationem, nec abſolutionem continet, pro nulla habetur: hanc ſimul ac tulerit, retractandi copia judici denegabitur. Non tamen ut ſententia valeat, condemnandi, vel abſolvendi verbum neceſſariò continere debebit: ſed ſatis erit, quòd verbum æquivalens contineat. Vnde reſcriptum eſt, ejus diffinitionem, qui ita ſe ſtatuere & præcipere pronunciaſſet, legitimæ ſententiæ obtinere firmitatem.

*Sententia debet ferri ſedendo, & de ſcripti recitatione: aliàs non valet. & Epiſcopus facere poteſt, quòd alius pro ſe recitet. h.d.*

VOcatis igitur partibus, loco & tempore congruis, judex ipſe ſedens *e* ſententiam de ſcripti recitatio-

a *C. de manifeſta. 2. q. 1. c. tua nos. ext. de coh. cler. & mul.* b *C. conſuluit nos. ext. de appell.* c *C. literis fraternit. ext. de præſump.* d *C. ei qui appell. §. diffinit. 2. q. 6.* e *C. fin. eo. ti. in 6.*

ne

ne proferet: alias ſi non judex, ſed alius legerit, vel ſcriptam litigatoribus tantùm ediderit, vel ſtando, non ſedendo tulerit, nullius penitùs momenti erit, ut ab ea nec appellare neceſſe. Epiſcopo tamen, quem tantæ dignitatis apex attollit, inſtar perſonarum illuſtrium ſententiam per alium recitare permittitur.

*Ex pluribus judicibus ſufficit, quòd unus recitet ſententiam uſus plurali numero: ſecus in actu electionis. h. d.*

SEd *a* & ſi plures judices ſint, vel arbitri, ſi cæteris præſentibus, ac mandantibus per unum tantùm ſententia recitetur, ſi plurali numero perlegendo uſus fuerit, perinde habebitur, ac ſi ab omnibus recitata fuerit, licet aliud in electione ſervetur.

*Si duo judices ordinarii ſententias diverſas ferant, tenet ſententia lata pro reo, niſi actoris cauſa ſit favorabilis: ſi verò delegati, ſententia pendet ex voluntate delegantis: ſi verò arbitri, neutra tenet: ſi verò unus tantùm ex pluribus pronunciaverit, nulla erit ſententia. h. d.*

EX facto *b* dubitatum fuit, duobus judicibus diverſas proferentibus ſententias, utra ſit habenda potior: in qua ſpecie reſponſum eſt, quòd ſi ex juriſdictione ordinaria proceſſerunt, tenet pro reo, non pro actore lata ſententia, niſi agentis cauſa ſit favorabilis: utputà, libertatis, dotis, matrimonii. Si verò ex delegata, utraque ex delegantis pendebit arbitrio. Quòd ſi ex compromiſſo, utraque firmitatis robore deſtituetur. Quòd ſi pluribus *c* judicibus datis unus tantùm ex eis pronunciaſſe proponatur, adeo nullas ſententia vires obtinebit, ut nec provocationis remedium neceſſarium ſit futurum.

*Judicare ſecundùm leges, & conſuetudinem, debet quilibet judex, etiam ſummus Pontifex, qui tamen ex cauſa poteſt ab illis recedere. h. d.*

SEd ſive ordinarius ſit, ſive delegatus judex, in primis illud obſervare debet, ne contra id judicet, quod legibus, aut Canonibus proditum ſit, alioqui ipſo jure ſententia non ſubſiſtet *d*. In cauſis quoque, quæ ſummi Pontificis *e* judicio deciduntur, cùm in ſimilibus cauſis cæteri teneantur judicare, ſimiliter juris ordo, & vigor æquitatis ſubtiliter obſervandus erit, niſi cùm ille aliquid cauſa neceſſitatis, & utilitatis diſpenſativè duxerit ſtatuendum.

*Licet ſententia lata contra jus conſtitutionis ſit nulla, ſecus tamen eſt in ſententia lata contra jus litigatoris. Et quando dicatur lata contra jus conſtitutionis, vel contra jus litigatoris. h. d.*

SI tamen ſententia non contra jus conſtitutionis expreſsè à judice lata fuerit, ſed contra jus litigatoris, cùm jure quidem teneat, legitimis mediis retractanda erit. Dicitur autem judex contra jus conſtitutionis pronunciaſſe, veluti cùm defunctus, & minor quatuordecim annis fuiſſe aſſeritur, & teſtamentum jure feciſſe pronunciatur. Contra jus verò litigatoris, veluti cùm minor quatuordecim annis, annum quartumdecimum impleviſſe, ac per hoc teſtamentum jure feciſſe aſſeritur.

*Qui contra leges & conſcientiam, corruptus judicat, variè punitur. h. d.*

IS autem *f*, qui in gravamen partis alterius in judicio aliquid injuſtè fecerit per gratiam, vel per ſordes, ſive ordinarius, ſive delegatus ſit, ab executione officii per annum ſuſpendendus erit, & ad æſtimationem litis parti, quam læſerit, nihilominùs condemnabitur, & ſi ſuſpenſione durante divinis ſeſe ingeſſerit, irregularitatis quoque laqueo innodabitur, à qua non, niſi per ſummum Pontificem, liberari poterit, aliis quoque legum animadverſionibus coërcebitur: cùm dignum ſit, ut qui in multis audet offendere, pœnæ etiam multiplici ſubdatur.

a *C. pen. eo. ti. in 6.* b *C. ſi. extr. eod. tit.* c *Ca. ei qui. §. ſi vero. verſ. ſi plures. 2. q. 6.* d *Ca. 1. extr. eod. tit.* e *C. in cauſis. eo. tit.* f *C. 1. eod. tit. in 6.*

*Sententia lata, poſtquam per decem dies non fuit appellatum, regulariter retractari non poteſt. h. d.*

LAta tamen ſententia, niſi per appellationem intra terminum lege conſtitutum ſuſpenſa fuerit, amplius revocari non poterit. Cùm *a* enim poſt decem dierum ſpacium ſententia in authoritatem rei judicatæ tranſeat, qui ad provocationis ſubſidium intra id temporis ſpacium non recurrit, ideò appellandi ſibi aditum præcludit, quia per hoc videtur interpretatione juris velle latæ ſententiæ obtemperare. Excipiuntur tamen multi caſus, in quibus ſententiæ etiam poſt decem dies rei judicatæ firmitatem ſibi vendicare non valent, veluti cùm de matrimonio *b* eſt quæſtio, aut ſervata ſententia ſalus animæ in diſcrimen adducitur, & alii plures.

*Res inter alios acta aliis præjudicium regulariter non adfert. h. d.*

DE eo quoque admonendi ſumus, quòd etſi ſententia tranſierit in rem judicatam, præter eos, inter quos dicta fuerit, regulariter neminem lædet: ſi quis tamen *c*, cùm ſibi primùm de ea re actio, vel defenſio competeret, ſuſtinuit ſequentem agere, aut paſſus eſt eum, à quo cauſam habuit, experiri, ipſe quoque ſentiet ex re judicata præjudicium.

## DE EXECVTIONE REI IVDICATÆ.

### TITVLVS XVI.

*Sententia lata in reali actione mandatur executioni ſtatim, in perſonali verò poſt quatuor menſes: qui terminus poteſt breviari, & prorogari. h. d.*

SI igitur ſententiæ latæ legitima appellatio non occurrerit, intra ſtatuta tempora executioni mandanda erit. Sed multùm intererit, utrùm ſuper reali, an verò ſuper perſonali actione ſententia lata fuerit. Primo enim caſu, ſtatim: ſecundo non, niſi poſt emenſa quatuor menſium ſpacia executioni mandabitur. Licet autem quadrimeſtre tempus in perſonali actione ſit regulariter ſtatutum, ex cauſa tamen nonnunquam & arctari, & prorogari poteſt. Sed qui ab initio terminum recipit ſponte breviorem, ſibi id imputare debebit, cùm ex voluntate propria juris beneficium contempſiſſe videatur. Vnde poſteà non audietur appellans niſi fortè adverſus eum modus executionis Canonicus excedatur, ſive ab ordinario, ſive à judice delegato, ſive etiam ab arbitro res judicata fuerit.

*Delegatus à Principe poteſt propriam ſententiam intra annum exequi. h. d.*

SEd *d* ſi ordinarius ad mandatum judicis à Principe delegati nolit, aut quibuſdam obſiſtentibus ſententiã ab eo latam ſuo effectui mancipare nequeat, datus ipſe judex illam executioni mandare poterit, & reſiſtentes Eccleſiaſtica ſententia coërcere, & non ſolùm uſque ad quadrimeſtre tempus, quod ad ſolvendum debitum à lege reo conceditur, ſed uſque ad annum integrum ad exequendam ſententiam, juriſdictionem exercere poterit.

*Iudex deputatus ſuper executione ſententiæ, admittit exceptionem fraudis ſeu nullitatis, non ut ſuper ea pronunciet, ſed ut negotium ad ſuperiorem, qui judicavit, tranſmittat. h. d.*

QVod *e* ſi Princeps propriam ſententiam per aliquem executioni mandari jubeat, & circa negotium fraus interveniſſe dicatur, executori de toto negotio cognoſcendi facultas non erit, ſed ad ſuperiorem quæſtiones, ſi quæ inciderint, deferri oportebit.

*Iudex ordinarius tenetur exequi ſententiam delegati à Principe etiam injuſtam. h. d.*

CVm igitur regulariter contingat, quòd executio ſententiæ ordinario demandetur, quæri poterit, an ſi ipſam injuſtam eſſe cognoverit, executioni eam mandare

a *C. quod ad conſultat. §. taliter. ext. eo. ti.* b *Ca. lator. ext. eod. ti.* c *C. pen. ext. eod. ti.* d *C. ſignificaſti nobis. ext. de off. deleg.* e *C. de cætero. ext. de ſent. & re jud.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

debet, an ſit ei ſubſiſtendum potiùs? in qua ſpecie reſponſum eſt, quòd cùm ordinarius delegato teneatur obſequi, licet ſententiam non eſſe juſtam noverit, exequi nihilominùs tenebitur, cùm ſibi non cognitio, ſed executio tantùm fuerit demandata, niſi à dato judice impetrare valeat, ut ab hoc opere ipſum liberet: nec enim debet judicis delegati mandato violenter reſiſtere *a*, ſed & apud eundem inſtare poterit, ut executionem tandiu differri patiatur, donec principi rei veritas innoteſcat.

*Si Papa ſcienter commiſit appellationem interpoſitam à ſuo delegato dato cum clauſula, appellatione remota, juriſdictio primi delegati eſt ſuſpenſa, quoad executionem. h.d.*

SEd quid ſi cùm à ſententia lata authoritate literarum Apoſtolicarum, in quibus inhibita fuerat appellatio, provocatum fuerit, & literæ poſt appellationem ad alios judices emanaverint, an ad mandatum poſteriorum judicum executio ſententiæ à prioribus delegata retardari debeat? & quidem cùm Apoſtolicus aliis judicibus appellationis cauſam ex certa ſententia committit, & appellationem videtur recipere, & ſimul priorum judicum revocare juriſdictionem. Vſque eò igitur ſententiæ ſuſpenditur executio, donec appellationis merita plenius diſcuſſa fuerint.

*Poſtulatio reſtitutionis in integrum differt executionem. h. d.*

DAntur & caſus alii, in quibus licet ſententia in rem tranſierit judicatam, differenda nihilominus erit executio: utputà, ſi non protelandi cauſæ in integrum reſtitutio *b* petita fuerit, & alii plures.

## DE APPELLATIONIBVS.
## TITVLVS XVII.

*Quid ſit appellatio, & quare inventa. h.d.*

APpellandi uſus præcipuè judicantium iniquitatem corrigit, & imperitiam detegit. Eſt autem appellatio juriſdictionis prioris judicis per ſuperioris invocationem legitimè facta ſuſpenſio: vel, appellatio eſt provocatio ad majorem judicem ratione gravaminis illati, vel inferendi.

*Appellatio alia extrajudicialis, alia judicialis. Et de jure Canonico etiam extra judicium appellatur, quæ appellatio provocatio dicitur. h.d.*

APpellationum duæ ſunt ſpecies. Aut enim extra judicium appellatur, aut in judicio. Extra judicium appellatur, cùm quis ante litis ingreſſum *c* ab aliquo gravamine appellat, utputà *d* ab electionibus, poſtulationibus, proviſionibus, & quibuslibet extrajudicialibus actibus, ex quibus ſe gravatum putet. Licet enim ſeculares leges *e* non, niſi in caſibus, ante ſententiam appellationem admittant: ſacri tamen Canones etiam extra judicium paſſim appellare permittunt: nec ſolent hujuſmodi dici propriè appellationes, ſed provocationes. *f*

*Appellatio judicialis dividitur in duas ſpecies. h.d.*

RVrſus in judicio appellatur, aut ante diffinitivam ſententiam, aut poſtea. Antea appellatur, ut cùm ab interlocutoria, vel alio gravamine provocatur. Poſteà, ut cùm ab ipſa diffinitiva ſententia appellatur.

*Appellans ab interlocutoria, debet in ſcriptis appellare, & intra triginta dies Apoſtolos petere, & exhibere continentes cauſam appellationis, aliàs cauſa cenſebitur deſerta. h.d.*

MVltum autem intereſt, ab interlocutoria quis provocet, vel alio gravamine, an à diffinitiva: nam *g* primo caſu, & cauſam appellationis in ſcriptis aſſignare, & à judice infra triginta dies inſtanter petere debet literas dimiſſorias, & eidem intra dictum temporis ſpacium debent ab eodem judice exhiberi, continentes & appellationis cauſam, & cur appellatio non ſit admiſſa, vel ſi appellationi forſan ex ſuperioris reverentia ſit delatum. Alioqui *a* ſi eos intra idem tempus appellans petere prætermittat, appellationi ſuæ renunciaſſe putabitur, etiamſi vadat, aut mittat ad appellationem hujuſmodi proſequendam.

*Ponit tres caſus, in quibus ob non petitos Apoſtolos cauſa deſeritur. h. d.*

IDem juris *b* eſt, ſi judex, à quo appellatur, certum terminũ appellanti ad recipiendos Apoſtolos aſſignaverit, & appellans in aſſignato ſibi termino non compareat, nec eos ſibi tradi petat: idem & ſi judex appellanti reſponderit intra juris terminum ſe daturum, nec intra dictum ſpacium congruo loco & tempore inſtanter & ſæpius ſaltem uno contextu petierit, vel ſibi oblatos appellans recipere recuſaverit.

*Taciti & expreſſi eadem eſt virtus. h.d.*

QVòd ſi judex *c* in termino per eum præfixo ipſos petenti non dederit, aut ſi dum peterentur, vel intra juris terminum, vel nullo certo termino præfixo, ſe daturum aſſeruerit, poſt ea per appellantem congruo loco & tempore, ſæpius & inſtanter, unico etiam contextu requiſitus eos exhibere non curaverit, perinde propriam appellationem proſequi appellans poterit, ac ſi ei expreſsè fuiſſent Apoſtoli denegati. Alia quoque agendi ſunt, prout ex tenore tam Innocentianæ *d*, quàm aliarum conſtitutionum luculenter apparet.

*In appellatione à diffinitiva non eſt neceſſe cauſam inſerere. h. d.*

IN appellationibus autem *e* à ſententia diffinitiva interponendis nec cauſam reddere tenetur appellans, nec etiam ſuprà dicta diligens obſervatio per omnia ſibi locum vendicat.

*In appellatione ab interlocutoria debet talis cauſa allegari, quæ ſi eſſet vera, reputaretur legitima. h.d.*

CVm autem ex probabili cauſa ab interlocutoria quis duxerit appellandum, talem tenetur proponere, quæ ſi probata fuiſſet, deberet legitima reputari, de quo poſtea ſuperior cognoſcet: nec enim ſufficit *f* appellanti probare, quod ex cauſa hujuſmodi appellavit, ſi eam non doceat eſſe veram, niſi hoc ſe offerens probaturum non fuiſſet admiſſus.

*Is qui minus rationabiliter appellavit, condemnatur in expenſis ad inferiorem judicem remittetur, nec poteſt quas alias cauſas proſequi, quàm expreſſas. h.d.*

QVòd *g* ſi judex minus probabiliter appellatum eſſe compererit, appellantem ad inferiorem judicem remittet, & in expenſis alteri parti condemnabit, alioqui ipſe procedet, nec licebit appellanti alias cauſas proſequi, quàm quas in appellatione ſua nominatim expreſſerit.

*Si dicitur ex injuſta cauſa appellatum, judex ad quem, inhibere non poteſt, niſi prius recepta appellatione, ut probabili, incipiat cognoſcere de cauſæ veritate. h.d.*

QVòd ſi objiciatur *h*, non ex legitima cauſa ante ſententiam appellationem interpoſitam, & propterea non admittendam eſſe, niſi priùs appellatione recepta, velut emiſſa ex cauſa probabili, judex ſuperior cognoſcere incipiat, ne procedatur, inferiori prohibere non poterit.

*Ceſſante cauſa ceſſat effectus. h.d.*

SEd & ſi judex ſano uſus conſilio *i* ab ejus executione deſtiterit, quod comminando, vel interloquendo in gravamen partis protulit, non obſtante, quod ab hujuſmodi comminatione, vel interlocutione provocatum

a *C. ſi quando. ext. de off. del.* b *C. ſuſcitata. ext. de in integ. reſtit.* c *Can. cùm ſit. §. ſi verò. ext. eod.* d *C. concertationi. eod. tit. in 6.* e *Can. ſuper eo. Clem. ſecundò. extr. eod.* f *d. cap. cùm ſit. ext. eod.* g *C. 1. eod. tit. in 6.*

a *C. ab eo. tit. in 6.* b *Clem. 2. eod. tit. in princ.* c *Clem. 2. §. fin. eod. tit.* d *C. 1. eod. tit. in 6.* e *C. 1. verſ. ii qui. ubi gloſſ. eod. tit. in 6.* f *C. interpoſita. in princ. ext. eod.* g *C. cum appellation. eo. tit. in 6.* h *C. Romana. §. quòd ſi objiciatur. eod. ti. in 6.* i *C. cùm ceſſante. ext. eod. tit.*

catum fuerit, ne proceſſus negotii frivolis occaſionib. retardetur, in cauſæ cognitione liberè procedere poterit.

*Iudex à quo, compellere non poteſt appellantem à gravamine ipſius veritatem probare, licet citare poſſit ad ipſius revocationem audiendam, qua facta in cauſa procedere poterit, ejus contumacia non obſtante, ac ſi nunquam appellaſſet. h. d.*

SEd *a* videamus, an jus dicenti obtemperare tenearis, à quo propter gravamen, quod tibi illatum aſſeris, appellaveris, ſi tibi is ad docendum de gravamine, & ſi de ipſo liquerit, ad ejuſdem revocationem audiendam terminum præfixerit: & ſanè cùm id ipſum à judice perſpiciendum ſit, nec coram eo de gravamine docere, nec etiam tanquam coram judice (cùm per appellationem ejus ſuſpenſa ſit juriſdictio) comparere teneberis. Quòd ſi tantùm, ut revocationem audias, te vocandum duxerit, licet non compareas, ipſe tamen in termino gravamen revocaverit, perinde in cauſa procedere poterit, ac ſi appellatio nunquam fuiſſet interpoſita.

*Poteſt appellantem ab interlocutoria pœnitere, & facere, ut prior judex cognoſcat: ſed appellato ſunt reficienda expenſa, quas is fecit ob appellationem. h. d.*

AC veluti in poteſtate judicis gravamen revocantis poſitum eſt, non obſtante appellatione cauſam reſumere: ſic contrà, ſi is, qui vocem appellationis emiſit *b*, cujus adhuc nemini eſt demandata cognitio, petierit, tum ad judicem, à quo provocavit, rurſus cauſa remittatur, id ei alterius partis contradictione minimè obſtante indulgendum erit. Sed hoc ita, ut in legitimis expenſis adverſario, quas eum propter hoc feciſſe conſtiterit, condemnetur.

*Ponit quàm plures caſus, in quibus appellationi non eſt deferendum. h. d.*

NOn omnis ergo appellatio indiſtinctè recipienda erit: nam ſive adeò ſit vaga, & generalis, ut incertitudinem afferat, ſive quòd omiſſo medio ſit interpoſita, à parte opponatur, cauſa non devolvetur. Idem juris eſt, ſi ſuper notorio crimine, vel de quo quis in jure confeſſus fuit, provocetur: nec enim ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ eſt appellationis remedium inſtitutum.

*Regulares non appellant à correctione ſui prælati. Nec à judice ſeculari ſedi Apoſtolicæ non ſubdito appellatur ad Papam. Et qui non defert legitimæ appellationi, punitur. h. d.*

ET ideò nec regulares, cùm pro aliquo exceſſu corrigendi fuerint, contra regularem prælati ſui, vel capituli diſciplinam appellabunt, ſed quod ſibi pro ſalute injungitur, humiliter ſuſcipient: ſed nec tunc appellationi deferendum erit *c*, cùm à ſeculari judice, qui temporali ſedis Apoſtolicæ juriſdictioni non ſubjicitur, ad Apoſtolicum appellatum fuerit: & aliis quibuſdam caſibus. Alioqui is, qui legitimæ appellationi etiam de minima cauſa interpoſitæ non detulit, Canonicis pœnis coërcendus erit.

*Appellans ab ordinario poteſt coram eodem ſuper alia cauſa conveniri. h. d.*

LIcet autem provocatione Canonicè à partibus interjecta, judicis, à quo appellatum fuit, officium in illa quidem cauſa penitùs conquieſcat, ſi *d* tamen is, qui ab ordinario appellavit, ſuper alia cauſa coram eodem conveniatur, præſertim pro gravi & manifeſto crimine appellationis obtentu, quò minùs Canonica cenſura puniatur, effugere non poteſt.

*Innovata per judicem poſt diffinitivam ſententiam, à qua appellatum fuit, revocantur ſtatim per judicem Apoſtolicum, etiamſi ante appellationem fuerint innovata. h. d.*

INterpoſita ergo à diffinitiva ſententia appellatione, non ſolùm poſt eam innovata *e* debent per judicem appellationis penitus & ante omnia revocari: (exceptis tamen caſibus, in quibus jura poſt ſententiam prohibent appellare) ſed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter ſententiam, & appellationem contigerit innovari, perinde ac ſi poſt appellationem innovata fuiſſent.

*Attentata poſt appellationem diffinitivam non revocantur, niſi primò de veritate conſtiterit, vel niſi poſt inhibitionem debito modo factam attentata fuerint. h. d.*

ILla *a* verò, quæ poſt appellationem interpoſitam ante diffinitivam ſententiam innovantur, donec appellationis cauſam veram eſſe conſtiterit, revocari non debent, niſi judex appellationis, poſtquam ſibi conſtiterit, per appellationem emiſſam ex cauſa probabili fore ad ſe negotium devolutum, inhibeat Canonicè judici, à quo appellatum fuit, ne procedat: tunc enim, quidquid poſt inhibitionem hujuſmodi fuerit innovatum, eſt per appellationis judicem ante omnia in ſtatum priſtinum reducendum, licèt eandem cauſam non eſſe veram contingat.

*Non refert, quid ex æquipollentibus fiat, & facta plus operantur, quàm verba. h. d.*

APpellaſſe autem dicetur non ſolùm is, qui vocem appellationis emiſit, ſed etiam qui aliquo indubitato facto provocandi propoſitum declaraverit. Vnde reſcriptum *b* eſt, eum, in quem poſt iter ad ſedem Apoſtolicam arreptum excommunicationis ſententia ab ordinario promulgata fuerit, excommunicationis vinculo non teneri, quaſi appellatione pendente lata fuerit: cùm plus ſit facto, quàm verbo provocare. Idem & in eo reſponſum eſt *c*, qui licet ex ſimplicitate fortè verbum appellationis non expreſſerit, ſe tamen & Eccleſiam ſuam, cùm moleſtaretur, Romani Pontificis protectioni ſubjecit.

*Iuſtus metus excuſat adeò, quòd non appellans habetur pro appellante, ſi fuerit proteſtatus, & cauſas appellationis expreſſerit. h. d.*

IS quoque *d*, quem quò minùs appellaret, juſtus metus impedierit, ad appellationis beneficium convolaſſe reputabitur, dum modò infra tempus, quo licitè provocatur coram judice, à quo appellaſſe vellet, vel ſi ipſius copiam habere nequiverit, coram probatis viris conteſtatione ſuper hoc propoſita cauſas appellationis expreſſerit.

*Sufficit appellare coram majori parte judicum. Et omnium actorum intimatio parti appellatæ eſt facienda. h. d.*

QVòd *e* ſi à pluribus judicibus appellandum fuerit, quia non ſemper facilè eorum præſentia ſimul haberi poſſet, coram majori parte ipſorum appellare, & Apoſtolos ſeparatim petere licebit, valebitque hæc appellatio perinde, atque ſi coram omnibus interpoſita fuiſſet: omnium tamen ſubſecutorum appellato ignoranti intimatio legitimè facienda erit.

*Si unus ex pluribus appellet, & obtineat in cauſa appellationis, prodeſt victoria conſortibus, ſi ſit idem negotium, & cauſa. h. d.*

IDem ex contrario *f*, ſi plures ſententia condemnati fuerint, & unus ſolus ad appellationis beneficium convolaverit, iſtius victoria cæteris quoque ſuffragabitur, ſi communi jure juventur, idemque negotium & eadem cauſa defenſionis exiſtat.

*Si per reſcriptum committantur plures articuli connexi, & in uno removeatur appellatio, intelligitur remota etiam in aliis. h. d.*

IAm dubitari poterit, ſi ex pluribus *g* articulis unis precibus comprehenſis in uno tantùm contingat appellationem vetari, utrùm appellatio teneat, ſi ſuper aliis provocatum fuerit: & cùm delegantis hæc ſit intentio,

a *C. ſi à judice. eo. tit. in 6.* b *Ca. interpoſita. §. ille. ext. eod. tit.* c *C. ſi duob. §. fi. extr. eo tit.* d *Can. ad hæc. ext. eo. & c. præterea. el. primo. eo. tit.* e *C. non ſolùm. eo. tit. in 6.*

a *D. c. non ſolùm. §. illa. eo. tit. in 6.* b *C. dilecti filii el. ſecundo. ext. eod. tit.* c *C. ad audientiam. ext. eod. tit.* d *C. fin. extr. eod.* e *Clem. I. eod. tit.* f *Cap. pen. extr. eod. tit.* g *C. ſecundo requiris. ext. eod. tit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ut de omnibus articulis, qui in precibus ponuntur, juſtitia ſuum conſequatur effectum, in omnibus appellatio interdicta intelligetur. Vnde nihil intererit, utrùm appellatio inhibeatur in primo, an in ſecundo: in medio, an in fine. Sed hoc ita intelligi oportet, ſi capitula connexa fuerint: cæterùm *a* quoties clauſula, per quam appellationis remedium tollitur, in medio literarum ponitur, ſi ſunt plura negotia ſe minimè contingentia, tantùm præmiſſa complectitur, niſi fortè & in fine literarum prædicta clauſula iteretur.

*Appellari poteſt, ſi locus non tutus partibus aſſignatur, vel ſententia contineat manifeſtam iniquitatem, etiamſi ſit reſcriptum appellatione remota. h.d.*

INterdum etiam non obſtante prohibitione appellari poterit, ut decretum eſt in *b* eo, qui per delegatos judices in judicium ad locum non tutum vocatus fuerit: niſi enim locum idoneum judices aſſignent, non erit propterea appellationis remedium interclusum, quod appellatione remota procedi debere mandatum fuerit. Idem etiam obtinet, cùm ſententia fertur iniqua: licet enim cauſa appellatione remota commiſſa fuerit, ſententiæ tamen ſtari non debet, ſi iniquitatem contineat manifeſtam.

*Lapſo anno, & ex cauſa biennio, appellatio eſt deſerta. h.d.*

ILlud tam judiciali appellationi, quàm ei, quæ extra judicium interponitur, commune eſt, quòd *c* hujuſmodi appellantibus annus, & ex juſta cauſa biennium à die appellationis interpoſitæ indulgetur: quo temporis ſpacio & proſequi, & finire appellationis cauſam compellendi erunt: alioqui ſi per negligentiam * appellantis hoc temporis ſpacium fluxerit, adeò cauſa deſerta cenſebitur, ut etiamſi appellans ipſe cum appellato, aut appellatus etiam per ſe, & principaliter proſequatur, non propterea minùs in rem judicatam cenſebitur tranſiſſe ſententia à qua fuerit appellatum.

*Ponit caſus, quibus tempus ad proſequendum non currit. h.d.*

QVandiu *d* tamen per compromiſſum, vel aliàs de partium expreſſo conſenſu differtur proſecutio, tempus ad proſequendam appellationem ab homine, vel à jure præfixum minimè currit appellanti, niſi fortè, judex ex dilatione periculum imminere videns, in illa procedi præciperet.

*Tempus datum à jure ad proſequendam appellationem, poteſt breviari per judicem ex cauſa. h.d.*

ET licet anni, vel biennii ſpacium appellantibus indulgetur, poterit tamen judex à quo, ſecundùm locorum diſtantiam *e*, perſonarumque & negotii qualitatem brevius tempus moderari, intra quod ſi is, qui appellavit, cauſam appellationis non fuerit proſecutus, tenebit ſententia. Coget ergo judex partes appellatione non admiſſà *f*, ut vel appellationem interpoſitam proſequantur, vel coram eo juris pareant æquitati.

*Quando periculum eſt in mora, debet judex breviare terminum proſequendæ appellationis. h.d.*

SVperior *g* quoque judex ſi ex dilatione viderit imminere periculum, poteſt & debet neutro appellationem proſequente, ut periculum evitetur, occurrere: putà ſi à ſententia lata ſuper confirmatione alicujus electi provocatum fuerit, & utraque pars velit etiam ad annum appellationis proſecutionem differre, poteſt utique, imò debet is, ad quem appellatum fuit, providè terminum moderari, ne diu gregi dominico cura paſtoris deſit.

*Interdum ad proſequendam appellationem datur plus, quàm biennium. h.d.*

ACcidit tamen aliquando, ut non per annum, vel biennium, ſed etiam ulteriùs cauſam appellationis alicui proſequi concedatur, utputà ſi quem per impotentiam *a* proſecutionem omiſiſſe conſtiterit, vel cum judici ex proprio officio ſuper cauſa electionis etiam lapſo biennio cognoſcere conceditur.

*Pars poteſt ſibi terminum proſequendæ appellationis breviare, non prorogare. h.d.*

PArs quoque interdum ſibi proſequendæ appellationis terminum præfigit. Sed cùm hoc gratia litium citiùs expediendarum indultum fuerit, juris terminus à parte præveniri, non prorogari poterit, ſicut nec in una cauſa tertiò provocari licebit.

*Confirmatio in forma communi non præjudicat appellationi, nec laudum invalidum roborat, aut proceſſum impedit, ſed obtenta ſuper re ab aliquo pacifice poſſeſſa, facit ut quis non poſſit conveniri abſque mandato ſedis Apoſtolicæ. h.d.*

POſtremò ſciendum eſt, quòd ſi ſententiam appellatione ſuſpenſam, antequam ipſius appellationis cauſa commiſſa fuerit, vel laudum contra juris, vel compromiſſi formam latum Apoſtolico reſcripto in forma communi confirmari obtentum fuerit, talis confirmatio nec appellationi præjudicium afferet, nec invalidum laudum ullo firmitatis robore muniet. Nam etiamſi ante latam ſententiam litigioſæ rei confirmationem ab Apoſtolica ſede quis impetraverit, non propterea minùs de cauſa poterit judex cognoſcere, & eam fine debito terminare. Quanquam ſi rem pacificè quis poſſediſſet, cùm inde confirmationem obtinuit, non erit licitum judici de quæſtione poſtmodum exorta abſque mandato ſedis Apoſtolicæ decernere: niſi certum ſit, quòd per falſi ſuggeſtionem fuerit elicita.

## DE RESTITVTIONE IN INTEGRUM.

### TITVLVS XVIII.

*Minor & Eccleſia reſtituuntur adverſus ſententiam, etiam à ſede Apoſtolica latam. h.d.*

ADhuc autem iis, qui appellationis remedio deſtituti ſunt, auxilio reſtitutionis in integrum ſuccurritur, ſed nec omnibus, nec ſemper, nec ab omnibus. Minor igitur & Eccleſia *b*, ſi ſe prolatione ſententiæ graviter læſos conquerantur, & appellandi tempora jam fluxerint, reſtitutionem in integrum implorare poterunt. Quod quidem adeò obtinet, ut etiamſi ab Apoſtolico *c* ſententia lata fuerit, non propterea magis in integrum reſtitutionis petitio impediatur. Nec enim negatur *d*, Romanæ ſedis ſententiam in melius poſſe commutari, cùm aut ſurreptum aliquid fuerit, aut ipſa pro conſideratione ætatum, & temporum, ſeu gravium neceſſitatum aliquid ordinavit.

*Reſtituitur Eccleſia adverſus quamlibet læſionem, etiam adverſus aliam Eccleſiam. h.d.*

SEd ſi non ſententia, ſed vel contractu *e*, vel confeſſione *f*, vel probationis omiſſione, vel temporis fluxu *g* Eccleſia læſa fuerit, reſtitutio indulgenda erit: nec ſolùm contra privatos homines, ſed etiam adverſus aliam Eccleſiam. *h*

*Beneficium reſtitutionis in integrum non indulgetur, niſi intra quatuor annos, ſi non ſubſit aliqua rationabilis cauſa, ut dictum ſpacium prorogetur. h.d.*

SEd *i* ſive ſententia, ſive contractu, vel aliter ſe læſam prætendat Eccleſia, & propterea ſe ad beneficium reſtitutionis in integrum admitti poſtulet, ſi quadriennii ſpacium à die læſionis lapſum fuerit, amplius reſtituenda non erit, niſi prævaricationis, vel manifeſtæ

a *C. inquiſitioni tuæ. ext. eod. ti.* b *Ca. ex part. tuæ el. primo. ext. eod. ti.* c *Ca. cùm ſi Romana. ext. eo. ti. can & qui. 2. quæſt. 6.* * *Clem. pen. de appellat.* d *Clem. quamdiu. eod. ti.* e *Can. cum ſit Romana. ext. eod. ti.* f *C. ad hæc. el. 3. ext. eod.* g *C. oblata. §. ſuperior. ext. eod.*

a *Cap. ex ratione. ext. eo.* b *C. 1. ca. ex literis. & c. ſeq. ext. eod.* c *Can. tum ex lit. eo. ti. ext.* d *d. c. tum ex lit. §. nos. verſ. præterim.* e *Can. 1. ext. eod.* f *Can. 2. eo. ti. in 6.* g *Clem. uni. eo. ti.* h *Ca. auditis. extravag. eod. tit.* i *Can. 1. eod. tit. in 6.*

fraudis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fraudis probetur ſuper hoc interveniſſe commentum, aut alia cauſa ſubſit, quæ judicem ad hoc beneficium concedendum movere debeat. Et *a* ſi tempore læſa aſſeratur, non fiet reſtitutio, niſi ad tantum temporis, in quantum ſe læſam eſſe, legitimè probaverit.

*Reſtitutio in integrum ſemel negata non conceditur amplius, etiam in alio judicio, niſi duobus caſibus hîc contentis. h.d.*

QVòd ſi ſemel *b* reſtitutio in integrum in alio judicio denegata fuerit, præter quàm ad appellationem omiſſam, non erit eidem amplius concedenda, niſi novis defenſionibus ad hujuſmodi beneficium admittenda fuerit.

*Ponit, qui & quando poſſunt de reſtitutione in integrum cognoſcere. h.d.*

HVjuſmodi *c* verò reſtitutionum cauſæ ſolùm coram judicibus ordinariis adminiſtrationem habentibus, vel delegatis ab eis tractari poterunt, & terminari: ſive hoc ipſis delegatis ſpecialiter demandatum fuerit, ſive commiſſo eis negotio, hujuſmodi quæſtionem incidere contingat. Delegati verò ab Ordinariis, qui adminiſtrationem non habent, ſed tantummodò judicandi facultatem, ſive arbitri, de his cauſis cognoſcere nequeunt, niſi coram eis incidenter motæ fuerint.

a *Clem. uni. eod. tit.* b *C. fin. eod. ti. extr.* c *C. pen. ext. eod. ti.*

*Per querelam & ſupplicationem retractatur ſententia. Et ſub qua forma ſupplicatio porrigatur. h.d.*

PEr ſupplicationem *a* quoque Principi porrectam, aut per querelam appellationis remediò deſtitutis ſubveniri ſolet. Erit autem ſupplicatio intra decem dies poſt ſententiam offerenda: quo ſubſecuto ſententia non aliter executioni mandabitur, quàm ſi victrix pars idoneam fidejuſſionem præbuerit, tantum reſtituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, ſi legitima retractatione ſententia reſolvatur. Et niſi ſub hac forma ſupplicatio porrigatur, executio ſententiæ ſine fidejuſſione procedet, retractationis jure illi ſervando, qui ſe gravatum putaverit, ut intra biennium ſupplicare valeat.

a *Gl. in verſ. ſupplicavit. c. ex literis. extrav. eo. tit.*

FINIS LIBRI TERTII.

# INSTITUTIONUM JURIS CANONICI, LIBER QUARTUS.

## DE ACCUSATIONIBUS, DENUNCIATIONIBUS, ET INQUISITIONIBUS.

### TITULUS PRIMUS.

*Criminalia Judicia non habent aliquid ſimile cum Civilibus. Et inſtituuntur per Accuſationem, Denunciationem, & Inquiſitionem. Et accuſationem inſcriptio, denunciationem charitativa monitio præcedere debet. hoc dicit.*

CRIMINALIA Iudicia nihil fermè ſimile habent cum cæteris Iudiciis, de quibus proximè locuti ſumus: magnaque diverſitas eorum eſt, & in inſtituendis, & in exercendis. Inſtituuntur autem aut per Accuſationem, aut per Denunciationem, aut per Inquiſitionem. Per Accuſationem, cùm ſolenni præcedente inſcriptione *a* per Accuſatorem Rei crimen ad Iudicem defertur. Per Denunciationem, ut cùm nulla præcedente inſcriptione, ſed tantùm charitativa monitione ad Iudicis notitiam crimen deducitur. Ideò autem, cùm in modum Accuſationis crimen objicitur, eſt inſcriptio neceſſaria, non cùm in modum Denunciationis: quoniam ad depoſitionem inſtituitur accuſatio, ſed ad correctionem eſt denunciatio facienda.

a *Canon. qui crimen. 2. quæſt. 8. & c. ſuper his. in princ. ext. eod.*

*Accuſator non probans objectum crimen, tenetur ad pœnam talionis, niſi ſuam innocentiam purgaverit: & interim dum purgat, eſt ſuſpendendus. h.d.*

ACcuſator igitur, ſi legitimis deſtitutus ſit probationibus, eam pœnam *a* debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus ſuſtinere debebat. Denuncians verò licet ad talionem non teneatur, ſi tamen *b* in probatione deficiat, donec ſuam purgaverit innocentiam, & ab officio & beneficio ſuſpendendus erit: ut cæteri ſimili pœna perterriti ad aliorum infamiam facilè non proſiliant.

a *Canon. qui non probare. 2. qu. 3. & can. qui crimen. 2. quæſt. 8.*
b *C. 2. ext. de calum.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ponit, quando procedendum ſit per inquiſitionem. h.d.*

PEr inquiſitionem criminale judicium inſtituitur, cùm præcedente diffamatione *a*, ac quaſi denunciante fama, de crimine Iudex inquirit. Conſtitutum eſt enim, ne criminum facilis nimis ſit objectio: ut ſicut ad accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio, & *b* denunciationem charitativa monitio: ita & inquiſitionem clamoroſa inſinuatio *c* præcedere debeat.

*Confeſſus crimina coram inquiſitore, non poterit confeſſionem ſuam eo prætextu revocare, quod non præceſſerit fama inquiſitionem. h.d.*

SI quis *d* tam, poſtquam coram eo, qui contra ipſum ſuper certis criminibus inquiſitor deputatus fuerat, eadem crimina confeſſus fuerit, fruſtra poſtmodum eo prætextu confeſſionem ſuam impugnare contendet, quòd ſuper eiſdem criminibus non fuerit antea diffamatus.

*Si judex proceſſerit non excipiente inquiſito de non diffamatione, proceſſus tenebit. h.d.*

IDem etiam erit *e*, ſi is, cui contra te commiſſa ſuper certis criminibus fuerit inquiſitio, te præſente, nec quicquam ſuper hoc excipiente, infamiæ inquiſitione omiſſa ad veritatem eorundem criminum inquirendam proceſſerit. Nécenim proceſſum hujuſmodi, eò quòd non fuit de infamia primitùs inquiſitum, ulterius impugnare poteris.

*Si crimen opponatur excipiendo, non eſt neceſſaria inſcriptio. h.d.*

ACcidit autem interdum, ut alicui nec accuſando, nec denunciando, nec inquirendo, ſed excipiendo crimen opponatur, utputà *f*, cùm quid objicitur, ut quis ab accuſatione, vel teſtificatione repellatur: quo caſu non erit inſcriptio neceſſaria.

*Non eſt neceſſaria inſcriptio, ſi crimen objiciatur, ut quis ab officii vel beneficii aſſecutione excludatur: quo tamen caſu ſi poſt confirmationem opponatur, deficiens in probatione punitur pœna extraordinaria. h.d.*

SEd *g* an, ſi propterea crimen opponatur, ut quis à promotione officii, vel beneficii aſſecutione excludatur, neceſſaria tunc ſit inſcriptio? Et proditum eſt, ſi ante confirmationem objiciatur, non cogi quenquam inſcribere: quia crimen hoc modo probatum promovendum quidem impedit, non tamen jam promotum dejicit. Poſt confirmationem verò, cùm ſcilicet ordinandus fuerit aliquis, aut etiam conſecrandus, quia & ab obtinendo repellit, & ab obtento dejicit, ad extraordinariam pœnam ſecundùm arbitrium judicis citra vinculum inſcriptionis, ſi defecerit in probando, eſt excipiens aſtringendus.

## DE DVPLICI PVRGATIONE.

### TITVLVS II.

*Quid ſit purgatio & quotuplex. Et quòd vulgaris purgatio eſt penitus improbata. h.d.*

COntingit etiam interdum, ut licet adverſus criminoſum nec accuſator conſiſtat, neque teſtibus, aut propria ſit confeſſione convictus, ita tamen alicujus criminis, vel maculæ publica laborat infamia, quòd ſuper manifeſta ferè nota eidem purgatio ſit indicenda. Eſt autem purgatio, demonſtratio innocentiæ ſuper objecto crimine. Purgationis duæ ſunt ſpecies *h*, Vulgaris ſcilicet, & Canonica. Vulgaris purgatio eſt, quam vulgus vel invenit, vel ſequitur: ut, cùm aquæ frigidæ, vel candentis ferri, vel ſingularis certaminis quis ſubit judicium: quæ cùm Deus in ea tentari videatur, meritò juſſa eſt ſacris Canonibus exulare: licet enim quoſdam ſingulare certamen iniviſſe divina probat hiſtoria, nunquam tamen ut id pro lege teneatur, divina ſanxit authoritas.

*Quæ ſit Canonicæ purgatio. Et quales eſſe debent compurgatores. h.d.*

CAnonica purgatio dicitur, quæ ſacris Canonibus comprobata: ut cùm *a* de crimine infamatus, jurat ſe non eſſe tali crimine, vel macula inquinatum & certa compurgatorum manus eundem à crimine immunem, & verum credere illum juraſſe, ipſa quoque jurejurando firmat. Erunt autem compurgatores hujuſmodi honeſtatis & opinionis, ut veriſimile ſit, eos amore, vel odio, vel obtentu pecuniæ non dejerare: neceſſe etiam eſt, ut ejus, quem purgare intendunt, vitam & mores notos habeant.

*Deficiens in purgatione habetur pro convicto. Et ſuper notorio non eſt indicenda purgatio. h. d.*

QVicunque *b* verò in Canonica purgatione defecerint, perinde puniendi ſunt, atque ſi de crimine, de quo diffamati fuerint, legitimè convicti, vel confeſſi fuiſſent: niſi tamen aliud judicantis æquitas ſtatuendum duxerit. Planè ſuper notorio *c* nulli erit indicenda purgatio, ſed tantùm condemnationis promulganda ſententia: cùm patrati ſceleris evidentia, neque accuſatoris clamore indigeat.

*Criminum quædam ſolum Deum lædunt; quædam etiam homines. h.d.*

CRiminum autem quædam divinæ majeſtatis læſionem continent: quædam verò & hominibus damnum irrogant. Quæ Deum principaliter lædunt, hæc fermè habentur, ſimonia, hæreſis, ſchiſma, apoſtaſia, ſortilegium, maledicentia, ſacrilegium. Hominibus verò læſionem inferunt, homicidium, adulterium, ſtuprum, rapina, furtum, uſura, falſum, injuriæ: de quibus diſtinctiùs, ſed tamen breviter videamus.

## DE SIMONIA.

### TITVLVS III.

*Quid ſit Simonia, & unde dicta. h.d.*

SImonia *d* nihil aliud eſt, quàm ſtudioſa voluntas, ſive cupiditas emendi, vel vendendi ſpiritualia, vel ſpiritualibus annexa. Vel, ſimonia eſt rei ſpiritualis vel ſpiritualibus annexæ, cum aliquo temporali facta commutatio. Appellata eſt autem à Simone mago, qui primus hujus deteſtandi ſceleris author fuit.

*Simonia aut eſt ſimplex conventionalis, aut realis. Et realis ſubdividitur in realem conventionalem, & realem mentalem. h.d.*

SImoniæ duplex eſt ſpecies. Nam aut eſt conventionalis, aut mentalis. Conventionalis eſt, cùm aut aliquid datum eſt, vel de danda in poſterum tractatus intercesserit, & conventio. Mentalis eſt, cùm nullum quidem interceſſit factum *e*, ſed ſola prava dantis, aut recipientis mens & intentio concurrit: & propterea rudi, ſed congruenti vocabulo mentalis appellatur.

*Cujuſcunq; muneris receptione Simonia contrahitur. Et appellatione pecuniæ continetur, quidquid homines habent in terra. h.d.*

COntrahitur *f* autem Simonia, non modò cùm pecunia ipſa pro re ſacra datur, aut recipitur, vel de danda & recipienda tacitè vel expreſsè conventum fuerit: verumetiam cùm dans à lingua, vel obſequio recipientis munus exigit. Cùm enim ſpiritualia tribuens, manus ab omni munere excutere debeat, id tunc facere intelligitur, cùm pro divinis rebus non ſolùm pecuniam nullam, ſed nec humanum obſequium, aut gratiam ali-

a *C. qualiter & quando. el. ext. eod.* b *Cap. 2. ext. eod.* c *C. inquiſitionis. §. tertia. verſ. ad hac. extr. eod.* d *Ca. 1. eod. tit. in 6.* e *C. fin. eo. ti. in 6.* f *C. ſuper his. §. cùm aut. ext. eo. ti.* g *d. c. ſuper his. §. cùm aut. ext. eo. ti.* h *gl. rub. ex. de pur. vulg.*

a *Cap. quotiens. extr. de purg. can. & can. mennam. eod. tit.* b *C. cùm lex. ubi gl. & c. inter ſolicitudines. extr. de purg. Canon.* c *C. pen. ext. dict. tit.* d *gl. 1. in ſum. 1. q. 1.* e *ext. com. 2. eod. tit.* f *gl. 1. in ſum. 1. q. 1.*

quam

quam requirit. Et ſicut pro manus impoſitione non debet Epiſcopus *a*, ita nec miniſter, nec notarius, in ordinatione, pro voce vel calamo, pecuniam recipere. Pecuniam verò hoc loco accipiemus, quidquid homines habent: hoc enim nomine ideò omnia continentur, quia antiqui, quidquid fermè habebant, in pecoribus habebant. Contrahitur ergo ſimonia, cùm quis ſacra quodammodo in commercium deducit.

*Ponit plura capita, ex quibus committitur ſimonia. h.d.*

SEd *b* & tunc quoque ſimonia committi dicitur, cùm quid pro perſonis Eccleſiaſticis deducendis in ſedem, vel ſacerdotibus inſtituendis, aut ſepeliendis mortuis, ſeu pro nubentium benedictionibus, accipitur. Is quoque, qui pro electione præmia largitur, quia per electionem pervenitur ad conſecrationem, perinde ſimoniacus habebitur, ac ſi pro conſecratione munera dediſſet.

*Simoniacè dicitur quis electus, etiamſi quid ignorante eo datum fuerit, vel promiſſum. h.d.*

NEc diſtinguemus *c*, ſciente, an ignorante eo, qui promiſſionis, vel dationis alicujus interventu poſtmodum electus fuit, promiſſum quid, vel datum fuerit: quamvis enim electus tempore dationis, vel promiſſionis conſcius non fuerit, non propterea minùs electio rei probanda erit.

*Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum electo ſimoniacè, licet ignoranter, ſed benè ſuper aſſervatione beneficii ſimplicis, prævia tamen reſignatione. h.d.*

SEd videamus, an poſt reprobatam electionem cum eo ſuper prælatione, ad quam quis ſic electus fuerit, poſſit Epiſcopus diſpenſare: & conſtitutum eſt, non poſſe; quamvis *d* circa eum, qui per ſimoniacam pravitatem ſimplex beneficium recipit, poſt liberam reſignationem Epiſcopi diſpenſatio toleretur.

*Datum in diſpendium eligendi, vel illo etiam reclamante, non facit electionem ſimoniacam. h.d.*

PLanè ſi conſtet eos, qui quid dederint, vel promiſerint *e*, quòd per fraudem in diſpendium eligendi dolo malo id fecerint, aut electo ipſo non modò ignorante, ſed etiam reclamante, nec aliquando ratum habente, ſecuta electio minimè reprobanda erit: alioquin contingeret, quòd factum inſidias inimico parantis innocenti damnoſum exiſteret, & vir malus de fraude ſua commodum reportaret.

*Simoniacè ordinans cum ſuo ordinato & Clerico mediatore eſt deponendus, laicus verò mediator excommunicatur. h. d.*

AC veluti variis modis ſimoniaca labes committitur, ſic etiam variis pœnis ſimoniacos percelli, admonendi ſumus. Nam ſi quis, ut ordinetur, pecuniam Epiſcopo obtulerit *f*, & qui turpiſſimi lucri commodo Sancti Spiritus gratiam vendere *g* tentaverit, amiſſionis proprii gradus periculo ſubjacebit: & qui ordinatus eſt, à dignitate, quam pecuniis acquiſivit, erit prorſus alienus. Si quis verò *h* tam turpibus & nefandis datis, vel acceptis mediator extiterit, ſiquidem Clericus, erit à proprio gradu dejiciendus: ſi verò Laicus, anathematizandus erit.

*Ordinatus à ſimoniaco non ſimoniacè, & ſimoniacè non ſimoniacus ordinem conferens, non ſunt deponendi. h.d.*

HÆc tamen de illis intelligere nos oportet, quos nec ignorantia, nec attractionis excuſat violentia, ſed ſimoniaci ſimoniacè ordinati, vel ordinatores exiſtunt. Cæterùm ſi quis à ſimoniaco quidem, non tamen ſimoniacè, ordinem ſuſceperit, aut ſimoniacè non ſimoniacus ordinem contulerit, miſericorditer in Eccleſia ſuſtinendi erunt: hos enim facit ſimoniacos, non reatus criminis, ſed ordinatio, vel ſuſceptio ſimoniaci.

*Beneficium conſecutus ſimoniacè per accuſationem convictus privatur beneficio, & deponitur: per inquiſitionem verò privatur quidem beneficio, ſed poſt peractam pœnitentiam in ſuo ordine permittitur miniſtrare. h.d.*

QVòd *a* ſi non ordinem quis, ſed beneficium Eccleſiaſticum data pecunia conſecutus fuerit, multùm intereſt, per accuſationem, an per inquiſitionem quis convictus fuerit. Primo enim caſu non ſolùm Eccleſia privandus, verùm etiam honore ſacerdotii Presbyter ſpoliandus erit: poſteriore verò, poſtquam ab Eccleſia, quam ſibi per pecuniam comparaverat, amotus fuerit, & injunctam pœnitentiam egerit, in ſuſceptis ordinibus miniſtrare permittendus erit.

*Cum parvulis, qui cupiditate parentum Eccleſias ſunt conſecuti, poſt liberam reſignationem poteſt diſpenſari. h.d.*

QVinimò *b* qui parvuli parentum cupiditate Eccleſias per pecuniam ſunt conſecuti, ob paternum factum non modò à ſacris ordinibus non ſunt removendi: verùm etiam poſtquam eas omninò dimiſerint, ſi Canonicè in eiſdem vivere voluerint, pro magna miſericordia ſuſtineri poterunt.

*Idem juris eſt de acceſſorio, quod de principali. h.d.*

NEc objiciat quis, non conſecrationes emiſſe ſe, ſed quæ ex conſecratione proveniant. Nam ſicut anima ſine corpore corporaliter vivere non poteſt, ſic corporalis Eccleſia, vel dignitas, & ordo Eccleſiaſticus ſine rebus corporalibus parùm proficiet. Quiſquis igitur eorum alterum vendit, ſine quo alterum haberi non contingit, neutrum invenditum reliquiſſe intelligitur.

*Quilibet admittitur ad accuſandum ſimoniacum. Et ſolus ſimoniacus inter peccatores miſſam non celebrat. h.d.*

HVjus autem criminis tanta eſt labes *c*, ut etiam ſervi adverſus dominos, & quilibet criminoſi admittantur ad accuſationem. Item omnis peccator miſſam celebrare poteſt, præterquàm ſimoniacus: quem adeò quilibet, ut ab ordine malè accepto removeatur, accuſare poteſt, ut nec meretrix excludatur.

*Oblatum ſpontè, vel datum gratia redimendæ moleſtiæ ſuper jure quæſito indebitè illatæ non inducit ſimoniam. h.d.*

SCiendum tamen eſt, non datione qualibet, aut receptione ſimoniam cõtrahi: nam ſi quid ſpontè, purè *d*, ſine pacto, & conventione, & taxatione qualibet fuerit gratis oblatum, id ſine ſcrupulo ſimoniacæ pravitatis recipi poterit. Idem obtinet ex contrario, ſi quid non ſpontè quis dederit, ſed ut indebitè illatam moleſtationem ſuper quæſito jure redimat, dare coactus fuerit.

*Puniuntur prælati committentes vices ſuas ſub annuo cenſu. h.d.*

DEmum ſciendum eſt tam Lateranenſi, quàm Turonenſi concilio ſtatuente, Canonicæ diſtrictioni prælatos eos ſubjacere, qui vices ſuas *e*, vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedunt: quia dum ſacerdotium ſub hujuſmodi mercede venale diſponitur, ad æternæ retributionis præmium conſideratio non habetur.

*Puniuntur aliquid recipientes pro concedenda docendi licentia. h. d.*

PRo docendi *f* quoq; licentia concedenda nullus cujuſque conſuetudinis obtentu aliquid exigere debet, & qui ſecus fecerit, ab Eccleſiaſtico beneficio fiet alienus: dignum enim videtur, ut in Eccleſia fructus ſui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, Eccleſiaſticum profectum nititur impedire.

---

a *Can. 1. ext. eod. tit.* b *Cap. non ſatis. & cap. ſeq. extr. eod. tit.* c *Cap. nobis fuit. ext. eod. tit.* d *Ca. pen. extr. de elect.* e *Cap. nobis fuit. ext. eod. tit.* f *Can. ſi quis. 1. q. 1.* g *Can. quando Epiſcopus. §. quod ſi aliter. 24. diſtinct.* h *Can. ſi quis Epiſcopus. 1. q. 1.*

a *Can. dilectus. ubi etiam gl. in verſ. amotos. eo. ti. ex.* b *C. ſicut tuis. §. quamvis. ext. eod.* c *C. tanta. ext. eod. ti.* d *C. tua nos. §. ſi verò. ext. eod. tit.* e *Can. 1. 2. & ſeq. ext. ne prælat. vic. ſuas.* f *Can. 1. 2. & per totum tit. ext. de magiſt.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

## DE HÆRETICIS ET SCHISMATICIS, ET APOSTATIS.

### TITVLVS IV.

*Qui ſint hæretici, & qui ſchiſmatici, & quomodo differant. h. d.*

HÆretici ſunt, qui vanæ gloriæ, principatuſque ſui cauſa falſas opiniones gignunt, vel ſequuntur. Schiſmatici ſunt, qui ſe ab unitate Eccleſiæ per inobedientiam ſeparant. Licet autem inter hos à principio quædam videatur eſſe diverſitas, nullum tamen eſt ſchiſma, quod ſibi aliquam tandem hæreſim non confingat, ut ab Eccleſia rectè receſſiſſe videatur.

*Schiſmatici excommunicatione, depoſitione, bonorum confiſcatione, & à ſe geſtorum annullatione puniuntur. h. d.*

VTrumque *a* verò crimen atrociſſimè Eccleſiaſtica diſciplina proſequitur: nam ſchiſmaticos excommunicationis ſententia Canones inſectantur: & ſi nec ſic reſipuerint, ab omni miniſterio Eccleſiaſtico deponentur, adhibito etiam, ſi neceſſe fuerit, brachii ſecularis auxilio, ad illorum inſolentiam coërcendam, cum omnium etiam bonorum confiſcatione. Ordinationes quoque ab his factas, & dignitatum ſive beneficiorum conceſſiones, alienationes rerum Eccleſiaſticarum, omni penitùs firmitate carere voluerunt.

*Hæretici niſi hæreſim abjudicaverint, omni Eccleſiaſtica prærogativa nudati traduntur ſeculari curiæ puniendi. h. d.*

IN hæreſi *b* autem deprehenſi, præter perpetui vinculum anathematis, ſi clerici ſint, vel religioſi, totius ordinis Eccleſiaſtici prærogativa ſpoliandi erunt, & omni officio, & beneficio nudati, ſecularis relinquentur arbitrio poteſtatis, animadverſione debita puniendi, niſi continuò poſt deprehenſionem erroris ad fidei Catholicæ unitatem recurrere, & errorem ſuum publicè abjurare, & congruam ſatisfactionem exhibere conſenſerint. Laici verò, niſi (prout dictum eſt) abjurata hæreſi & ſatisfactione exhibita, ad fidem redierint orthodoxam, ſecularis judicis arbitrio relinquentur, debitam pro qualitate facinoris ultionem recepturi.

*Bona hæreticorum poſt latam ſententiam confiſcantur. h. d.*

BOna quoque *c* damnatorum, propter hæreſim ipſo jure, & omni ſpe potiundæ hæreditatis filiis adempta, confiſcata intelligentur: aut ſi clerici fuerint, Eccleſiis, à quibus ſtipendia receperunt, applicabuntur. Confiſcationis tamen hujuſmodi executio, vel bonorum occupatio facienda non erit, antequam ſuper crimine ſententia fuerit promulgata.

*Ob hæreſim maritorum dotes uxorum non ſunt confiſcandæ, niſi ſcienter contraxerint matrimonium cum hæreticis. h. d.*

SEd & cùm alteri per alterum iniqua conditio inferri non debeat, propter hæreſim maritorum, uxorum Catholicarum dotes *d* confiſcari non debent, niſi fortè cum viris matrimonia contraxerint, quos hæreticos eſſe ſciebant.

*Etiam poſt mortem bona hæreticorum confiſcantur. h. d.*

POſt mortem *e* quoque ob ſceleris immanitatem hæreticos pœna proſequitur: ideoque & ſi criminoſo vivente nihil fuerit ſuper bonorum confiſcatione declaratum, nihil minùs ad eam etiam ipſo mortuo procedendum erit.

*Hæretici non poſſunt tradi Eccleſiaſticæ ſepulturæ. Et tumulantes eos excommunicantur, nec antè abſolvuntur, quàm propriis manibus exhumaverint. h. d.*

ECcleſiaſtica *f* quoque ſepultura uſque adeò carere debent, ut ſi qui eoſdem credentes, aut fautores eorum ſcienter Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere auſi fuerint, excommunicationis ſententiæ ſubjacere debeant, nec ante abſolutionis mereantur beneficium, quàm propriis manibus hujuſmodi corpora extumulent, & projiciant: locus autem ille perpetuò carebit ſepultura.

*Deſcendentes ab hæretico uſq; ad ſecundum gradum, ab hæretica uſq; ad primum, non poſſunt habere beneficium Eccleſiaſticum, niſi pater aut mater deceſſerint emendati. h. d.*

SEd *a* & eorum filii ad beneficia Eccleſiaſtica, ſeu publica officia admittendi non erunt: quod quidem per paternam lineam uſque ad ſecundum gradum, per maternam verò uſque ad primum tantùm extenditur. Cùm enim ſecundùm legitimas ſanctiones reis læſæ majeſtatis capite punitis, & bonis confiſcatis, eorum filiis vita ſolummodò ex miſericordia conſervetur, quantò magis, qui aberrantes in fide Deum offendunt, muneribus, bonis, honoribus debent ſpoliari? cùm longè ſit gravius æternam, quàm temporalem lædere majeſtatem. Hoc *b* tamē intelligendum eſt de filiis & poſteris eorum, qui tales eſſe, vel etiam deceſſiſſe probantur: non autem illorum, quos emendatos & Eccleſiæ unitati reincorporatos eſſe conſtiterit.

*Qui receperunt pœnitentiam Eccleſiæ, vel recipere ſunt parati, ſunt reincorporandi: poſt abjurationem verò relapſi non ſunt amplius reincorporandi, ſed traduntur curiæ ſeculari: eis tamen non negatur ſacramentum pœnitentiæ. h. d.*

SEd videamus, qui & quando incorporari debeant: conſtat eos, qui pro culpa hujuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam acceptaverint, eamque vel perfecerint, vel humiliter proſecutioni ejus inſiſtant, recipiendos eſſe. Idem juris eſt, ſi pœnitentia nec peracta ſit, nec impoſita, dum tamen crimini obnoxii ad eam recipiendam parati fuerint. Quòd ſi poſt *c* abjurationem erroris, vel poſtquam ſe proprii Antiſtitis examinatione purgaverint, in abjuratam hæreſim reincidiſſe deprehenſi fuerint, ſeculari judicio ſine ulla penitùs audientia relinquendi erunt: licet ſi poſtmodum pœniteant, & pœnitentiæ ſigna in eis apparuerint manifeſta, nequaquam ſint relapſis humiliter petita ſacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ deneganda.

*Quando quis dicatur relapſus. h. d.*

REIapſi autem intelligendi ſunt, non ſolùm ii, quorum ante abjurationem crimen plenè probatum fuerit, verùm etiam *d* ii, qui poſtquam accuſati, vel vehementer ſuſpecti ſemel hæreſim in judicio abjuraverint, & poſtmodum in eandem iterum reincidunt. Planè ſi ex modica & levi ſuſpicione ſemel quis abjuraverit, reincidens, quanquam ex hoc ſit gravius puniendus, non tamen debet in hæreſim relapſorum pœna puniri.

*Qui abjuraverit in uno articulo, ſi poſt ſit hæreticus in alio, dicitur relapſus. h. d.*

IS verò *e*, qui in una hæreſis ſpecie, vel ſecta commiſit, aut in uno fidei articulo, ſeu Eccleſiæ ſacramento erravit, & poſtmodum hæreſim ſimpliciter vel generaliter abjuravit, ſi deinde in aliam etiam hæreſis ſpeciem, ſive ſectam, aut alio articulo ſeu ſacramento committat, ut relapſus in hæreſim, judicandus erit.

*Suſpecti de hæreſi, niſi ſe purgent, ſunt excommunicandi, & excommunicati ſi in excommunicatione induruerint, condemnantur tanquam hæretici. h. d.*

QVi *f* verò inventi fuerint ſola ſuſpicione notabiles, ob eam quantumvis vehementem de tam gravi crimine condemnandi non erunt, ſed niſi juxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ propriam innocentiam congrua purgatione monſtraverint, anathematis gladio ſeſe feriendos exponunt, & uſque ad ſatisfactionem ab omnibus evitabuntur, & ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, velut hæretici condemnabuntur.

---

a *Ca. 1. & per totum ti. de ſchiſmat. in 6.* b *C. ad abolendam. & c. excommunicamus. §. 1. ext. eod. ti. de hær.* c *Ca. cùm ſecundùm. eod. ti. in 6.* d *C. decrevit. de hær. in 6.* e *C. accuſatus. §. pen. eod. ti. in 6.* f *C. 2. in prin. eod. ti. in 6.*

a *C. ſtatutum. eo. ti. in 6.* b *d. c. ſtatutum. §. hoc.* c *C. ſuper. eod. ti. in fi.* d *C. accuſatus. in prin. eo. ti. in 6.* e *d. c. accuſatus. §. 1. eo. ti. in 6.* f *C. cùm contumacia. eo. ti. in 6.*

Planè

*Plura ſpecialiter inducta ſunt in cauſa hæreticorum, & proceſſu contra eos. h.d.*

PLura [a] quoque ad hoc atrociſſimum crimen vindicandum ſpecialiter & præter ordinarias Iuris regulas inducta ſunt, tam circa judicium & proceſſum inſtituendum, & teſtium depoſitiones, & carcerum cuſtodiam, & immutationis pœnam: quàm etiam contra fautores, receptatores & defenſores eorum, ut clarè ex lectione ſacrarum conſtitutionum apparere poteſt.

*Apoſtatæ qui ſint, & quotuplex Apoſtaſia: & quâ pœnâ puniantur Apoſtatæ. h.d.*

## *Et hæc eſt tertia pars principalis bujus tituli.*

APoſtatæ ſunt, qui à ſtatu fidei, obedientiæ, vel religionis, quam ſe tenere profeſſi ſunt, temerariè recedunt. Apoſtaſiæ [b] triplex eſt ſpecies: alia enim eſt perfidiæ, alia inobedientiæ, alia irregularitatis. Apoſtaſia perfidiæ eſt, cùm qui à fide recedunt: utputà, cùm Chriſtiani effecti in Chriſti fide prævaricantur [c], & ad Iudaicos, vel alios deteſtabiles ritus convertunt. Apoſtaſia inobedientiæ eſt [d], cùm quis præceptum ſuperioris ſui ſpontè tranſgreditur, ſive patrum regulis, vel conſtitutionibus non obtemperat. Irregularitatis Apoſtaſia eſt, cùm quis ab ordine ſuo [e], ſive aſſumptæ religionis recedit. Apoſtatas autem ſacri Canones tam inter infames [f] deputant, quàm etiam excommunicationis & aliarum pœnarum vinculis innodandos eſſe præcipiunt.

## DE SORTILEGIS, MALEDICIS, ET SACRILEGIS.

## TITVLVS V.

*Inquiſitor hæreticæ pravitatis non poteſt procedere contra ſortilegos, niſi ſortilegium expreſſè contineat hæreſim. h.d.*

SCiendum eſt, hæreticæ peſtis inquiſitores de divinationibus, & ſortilegiis, niſi hæreſim ſaperent manifeſtè, ſeſe intromittere non debere, nec talia exercentes poſſe punire, ſed eos ſuis debere judicibus puniendos relinquere, cùm negotium fidei, quod ſummè privilegiatum eſſe convenit, per occupationes alias non debeat impediri.

*Qui ſint ſortilegi: & quòd ab Eccleſia ſint omninò ejiciendi. h.d.*

SVnt autem [g] ſortilegi, qui prætextu religionis per quaſdam ſortes divinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione facta, futura promittunt. Ariolorum [h] igitur aruſpicum, incantatorum, & omnium ſortilegorum artes, cùm ſint ex quadam peſtifera ſocietate dæmonum atque hominum quaſi pacta infidelis & doloſæ amicitiæ conſtituta, penitùs ſunt ab Eccleſia eliminandæ, & ſuperſtitioſi artifices, niſi per pœnitentiam reſipiſcant, perpetuo anathemate feriendi: & ſi clerici ſint, degradandi.

*Si blaſphemus injunctam ſibi pœnitentiam peragere recuſet, & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arcebitur, & mortuus Eccleſiaſtica carebit ſepultura. h.d.*

DIverſa eſt pœna maledicorum [i]: nam ſi quis in Deum, vel aliquem ſanctorum linguam in blaſphemiam publicè relaxare auſus fuerit, pœnæ, juxta Gregorianæ conſtitutionis tenorem, ſubdendus erit: quàm ſi recipere, & pœnitentiam peragere recuſaverit, & Eccleſiaſtica carebit ſepultura.

*Sacrilegi variis pœnis puniuntur. h.d.*

SImilibus, interdumque acrioribus urgentur pœnis qui in ſacrilegii crimen incidunt, & Eccleſias incendere & violare minimè verentur: nam pro modo ſceleris admiſſi, facinoriſque perpetrati, niſi plenè ſatisfecerint, aut de ſatisfaciendo plenam ſecuritatem exhibuerint, nunc pœnitentiæ beneficium ſacrilego penitùs denegatur, nunc anathemate vincitur, nunc perpetua damnatus infamia carceri traditur, aut exilio perpetuæ deportationis, & depoſitionis animadverſione coërcetur: aliquando etiam pecuniaria pœna mulctabitur.

*Conſentientes ſacrilegis, & ſacerdotes ipſis pœnitentiam dantes, vel ſepulturæ eorum intervenientes, vel ab eis eleemoſynas recipientes, pari pœna cum eis puniuntur. h.d.*

NEc ſolùm talibus pœnis illi plectendi erunt, qui ſacrilegium admiſerint, ſed etiam conſentientes eis. Presbyteri quoque, vel clerici, qui in vita, vel morte ſacrilegis pœnitentias dare, aut ſepulturæ intereſſe, vel eorum eleemoſynas accipere auſi fuerint, ſive rapinæ participes inventi fuerint, Eccleſiaſtico beneficio privati ordinis ſui damnum irrecuperabiliter patientur.

*Sacrilegium committitur tam intuitu rerum, quàm perſonarum. Et qualiter intuitu rerum. h.d.*

SAcrilegium autem admitti dicitur, tam ratione rerum, quàm perſonarum. Rerum [a], ut cùm quis ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro aufert. Sed & ſi non de ſacro aliquid ablatum fuerit, ſed intra certos paſſus, qui in circuitu Eccleſiæ ſunt, adhuc ſacrilegium committi dicitur.

*Ratione perſonarum committitur ſacrilegium, cùm quis clericum percutit, vel cum moniali rem habet. h.d.*

PErſonarum ratione ſacrilegium perpetratur, cùm quis in clericum, vel monachum violentas & impias manus [b] injicit: vel cùm perſonæ Deo dicatæ per coitum appetuntur: de quibus infrà ſuo loco latiùs dicturi ſumus.

## DE FVRTIS.

## TIT. VI.

*Furti nomine omnis illicita uſurpatio continetur: & fures promoveri non poſſunt, imò promoti, deponuntur, & ſi ſint incorrigibiles, debent excommunicari, & ſi occiſi fuerint in furto, non eſt pro eis orandum, niſi ante mortem ſint confeſſi. h.d.*

FVrti quidem nomine omnis illicita uſurpatio alienæ rei concluditur: ſed nunc de iis tantùm agimus, quæ ſpeciali nomine deſtituta generali furti appellatione continentur. Fures autem non ſolùm ſeculares leges, verùm etiam Canones acriter inſectantur: nam nec ad ſacros ordines promoveri, niſi ſecundùm ea, quæ ſuprà primo libro diximus, & promoti ab iiſdem dejici, & ſi depoſiti incorrigibiles fuerint, excommunicari, & demum poteſtati ſeculari tradi debent. Et ſi [c], dum furtum committitur, occiſi fuerint, pro eis minimè orandum erit: quanquam ſi comprehenſi, aut vulnerati confeſſi fuerint, communio eis non ſit deneganda.

*Furtum committentes ob neceſſitatem mitius puniuntur, & pœna furum puniuntur partientes cum eis, & qui furtorum ſunt conſcii. h.d.*

SEd hæc de illis intelligere nos oportet, qui nulla neceſſitate adacti furtum commiſerunt. Cæterùm ſi quis propter neceſſitatem [d] cibaria, veſtem, vel pecus furatus fuerit, longè mitiori pœna puniendus erit. Nec fures ſolùm ſuprà dictis pœnis tenentur, ſed ii quoque [e], qui aut cum furibus partiuntur, aut qui furtorum conſcii fures quærentibus poſſeſſoribus non indicant.

a *In 6. & Clem.* b *Gloſſ. 1. c. extr. de Apoſta.* c *Can. non poteſt. 2. q. 7.* d *C. 2. & c. Illud. ext. de major. & obed.* e *Can. ſin. diſt. 50. & c. 1. ext. de Apoſt.* f *Can. infames. 6. q. 1. gl. in c. 1. de tempo. ord. in 6.* g *Can. 1. 26. q. 1.* h *extr. de ſortileg. & 26. qu. 1. 2. 3. 4. & 5.* i *C. 2. ext. de maled.*

a *Can. quiſquis. § ſacrilegium. 17. q. 4.* b *C. ſi quis contumax. § ſacrilegium. 7. q. 4.* c *C. 2. ext. eod.* d *C. ſi quis propter. extr. eod.* e *C. qui cum fure. eod. tit. ext.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## DE VSVRIS.
### TITVLVS VII.

*Uſura quod ſit, & unde dicta: & habens poſſeſſionem in pignus, recepta propria pecunia, ſi recuſet fructus in ſortem computare, uſuras committit. h. d.*

VSura eſt, quidquid ultra ſortem mutuatam percipitur: dicta ab uſu, quia ſcilicet pro uſu pecuniæ recipitur. Vnde *a* & ſi quis pignoris obtentu rei alicujus nactus fuerit poſſeſſionem, ſi ſortem ſuam deductis expenſis de fructibus jam perceperit, ſi eandem debitori reſtituere recuſet, & perceptos fructus in ſortem computare, proculdubio uſurarum committitur crimen.

*Pœna uſurariorum ſunt, infamia, excommunicatio, beneficiorum & officiorum & Eccleſiaſticæ ſepulturæ amiſſio. h. d.*

MVltiplicibus autem pœnis ſacri Canones uſurarios inſequuntur: nam per injuſtam infamiam, nec ad Chriſtianam, nec ad communionem *b* admittuntur altaris, nec quiſquam de manu eorum oblationes accipiet. Et ſi clerici fuerint *c*, tam officii, quàm beneficii Eccleſiaſtici periculum patientur. Nullus quoque ſub pœnis Gregoriana *d* conſtitutione comprehenſis, manifeſtis uſurariis aut locabit domus, aut conductas habere permittet: ſed & ſi in hoc ſcelere deceſſerint, Eccleſiaſtica carebunt ſepultura.

*Licet quis de uſuris ſatisfieri mandet per hæredem, non tamen eſt tradendus Eccleſiaſticæ ſepulturæ, donec fuerit ſatisfactum: & contra faciens incurrit pœnas eorundem, & teſtamenta uſurariorum non valent. h. d.*

ET id adeò obtinet, ut *e* etiam ſi morituri in ultima voluntate de uſuris ſatisfieri expreſſa quantitate, vel indiſtinctè mandaverint, donec ſecundùm Gregorianæ conſtitutionis tenorem ſatisfactum fuerit, Eccleſiaſtica ſepultura carere debeant. Quicunque verò manifeſtos uſurarios contra prædictæ ſanctionis formam tumulare auſi fuerint, pœnæ Lateranenſis concilii contra uſurarios promulgatæ ſubjiciendi erunt. Teſtamenta *f* quoque ab eiſdem facta, aliter quàm ſecundùm dictæ conſtitutionis formam non valebunt, ſed ipſo jure erunt irrita.

*Non debemus facere malum, ut poſtea faciamus bonum: & ſi non ſint, quibus reſtitui poſſint uſuræ, erogandæ ſunt in pauperes: & paupertas excuſat à reſtitutione. h. d.*

NEc quicquam *g* proficiet, quòd quis pro captivis redimendis, vel eleemoſynis dandis ſeſe uſuras exercuiſſe alleget: nec enim propterea magis cum uſurario diſpenſari poterit, cùm pro vita alterius nec mentiri quidem, nedum rapere liceat. Planè ſi nec ii, à quibus quis uſuras extorſerit, nec illorum ſint hæredes ſuperſtites, non ſolùm pauperibus uſurarum nomine acceptum erogare poterit, verùm etiam compellendus erit, niſi eum nota paupertas evidenter excuſet.

*Non ſolùm fœneratores, ſed etiam illorum hæredes debent uſuras reſtituere, nulla obſtante appellatione. h. d.*

NEc is tantùm Eccleſiaſtica diſtrictione extortas uſuras reſtituere cogendus erit, qui fœneratus eſt, verùm etiam *h* filii, & quicunque extranei hæredes, qui omnes ſuper uſuris conventi nullius appellationis remedio reſtitutionem ſubterfugere permittendi erunt.

*Iudex fœneratori poteſt præcipere ſub pœna excommunicationis, tam ne uſuras exigat, quàm ut exactas reſtituat, non obſtante juramento præſtito de non repetendis uſuris. h. d.*

SEd & ſi quis ſub uſuris pecuniam acceperit, & de eis nunquam repetendis fœneratori juraverit *i*, adhuc Iudex uſurarios per cenſuram Eccleſiaſticam compellere poterit, tam ut ab earum deſiſtant exactione, & juramentum remittant, quàm etiam, ut exactas reſtituant, ne de dolo & fraude quenquam contingat commodum reportare.

*Iudæi ſatisfacere debent de immoderato gravamine Chriſtianis, aliàs excommunicantur modo quo poſſunt. h. d.*

IVdæi *a* quoque, ſi a Chriſtianis quocunque prætextu graves immoderataſvè uſuras extorſerint, & per ſeculares principes & poteſtates illas remittere ſunt compellendi: & donec de immoderato gravamine competenter ſatisfecerint, ab univerſis Chriſti fidelibus tam in mercimoniis, quam in aliis per excommunicationis ſententiam eis omnimoda communio denegabitur.

*Ponuntur plures caſus, quibus quis fructus in ſortem computare non tenetur. h. d.*

SVnt tamen caſus, in quibus aliquid ultra ſortem abſque vitio uſurarum licitè recipitur: utputà, ſi clericus Eccleſiaſticum beneficium aliter redimere non valens, prætextu pignoris de manu laici illud acceperit: nec enim hîc in ſortem fructus tenebitur computare. Idem, ſi terra non ſit beneficii alicujus Eccleſiaſtici, ſed ad accipientem in pignus jure dominii directi pertinere noſcatur. Idem *b*, ſi poſſeſſiones pro non numerata dote genero à ſocero pignori obligatæ fuerint: cùm enim frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonii ſupportanda, pignoratarum poſſeſſionum fructus in ſortem computandi non erunt.

*Non eſt uſurarius rem emens minùs juſto pretio, ſi tunc veriſimiliter dubitetur, an tempore ſolutionis plus vel minus eſt res valitura, vel aliter dubius eventus uſurarum ſuſpicionem removet. h. d.*

ILle *c* quoque, qui dat decem ſolidos, ut alio tempore totidem ſibi grani, vini vel olei menſuræ reddantur, ex hoc uſurarius cenſeri non debet: quia licet tunc plus valeant, utrùm plus vel minus, ſolutionis tempore fuerint valituræ, veriſimiliter dubitatur.

*Uſurarius eſt, qui a debitore recipit aliquid ultra ſortem, etiam ſi ſuſcipiat in ſe periculum. h. d.*

ALiud tamen juris eſt, ſi quis naviganti *d*, vel ad nundinas eunti certam pecuniæ quantitatem mutuatur, & ex eo, quòd in ſe mutuans periculum ſuſcipit, aliquid ultra ſortem ut recipiat, convenit: nam hic uſurarius reputandus erit.

## DE ADVLTERIIS, ET ALIIS CONIVNCTIONIBUS ILLICITIS.
### TITVLVS VIII.

*Adulterii appellatio eſt generalis: propriè tamen in nuptam committitur: & quæ ſit adulterii pœna. h. d.*

ADulterii generalis eſt appellatio: continet enim non modò alieni tori *a* violationem, ſed omnem propè illicitam fornicationem. Propriè tamen adulterium in nuptam committitur. Pœna in laico, excommunicatio: in Clerico, depoſitio: vel in utroque, certæ pœnitentiæ impoſitio.

*Arbitraria eſt pœna inceſtus, Sodomiæ, & rei habitæ cum brutis. h. d.*

EAdem vel etiam pro judicis arbitrio major, aut minor, eos manet pœna, qui inceſtum commiſerunt: ut putà, cùm qui contra naturam humanæ ſocietatis parentibus, vel liberis, vel aliis ejuſmodi perſonis impudicè adhærent: aut ſi cum illa, quam quis de ſacro fonte ſuſceperit, aut quam ante Epiſcopum tenuerit, cùm ſacro Chriſmate inungeretur, fornicationis ſcelus perpetraverit: aut cùm relicto naturali uſu contra naturam *f* more Sodomitico fornicabitur: aut humani generis naturam tranſgreſſus, ſeſe brutis commiſcuerit.

a *C. 1. 2. & c. conqueſtus. extravag. eod. ti.* b *C. quia in. extr. eo.* c *C. præterea eod. tit. ext.* d *C. 1. & ſeq. eod. tit. in 6.* e *C. 2. eod. tit. in 6.* f *d. c. 2. in fin.* g *C. ſuper eo. ubi gl. ext. eod.* h *C. tua nos. ext. eod. tit.* i *C. tua dudum. ext. eo.*

a *C. poſt miſerabilem. cum ſeq. ext. eod. tit.* b *Ca. ſalubriter. ext. eod.* c *C. ſi. §. ille. extr. eod. tit.* d *Ca. fin. in prin. extr. eod.* e *Can. 2. §. adulterium. 36. q. 1.* f *C. clericis. ext. c. de exceſſ. prælat.*

Quæ

*Quæ pœna ſit ſtuprantis mulierem honeſtè viventem, & virginem deſlorantis. h.d.*

QVòd ſi quis ſtuprum admiſerit, multum intererit, utrùm cum muliere honeſtè vivente rem habuerit, an virginem defloraverit. Primo enim caſu ſtuprator pœnitentiæ ſubditus, pecuniaria etiam pœna coërcendus erit: poſteriore verò *a* dotata virgine eandem patre conſentiente habebit uxorem: ſi verò pater virginis dare noluerit, aut ſtuprator eam uxorem habere legibus impediatur, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere conſueverunt. Quòd ſi conſentiente patre ſtuprator ipſe corruptã virginem in uxorem ducere renuerit, corporaliter caſtigatus excommunicatuſque, in monaſterium ad agendam pœnitentiam retrudatur, de quo nulla erit ei egrediendi ſine judicis permiſſione licentia.

*Raptorum pœna excommunicatio, depoſitio, & ſervitus, cum facultate tamen ſeipſum redimendi. h.d.*

MAjor *b* legum ſeveritas raptores cohibet: nam præter ſecularium ſanctionum pœnas, anathemate cum ſuis adjutoribus feriri, aut ſi clerici ſint, proprii ordinis & honoris amiſſionem ſubſtinere debent.

*In propria ſponſa non cadit raptus, & raptus per conſenſum purgari poteſt. h.d.*

RAptus *c* autem tunc committi dicitur, cùm illa, de cujus nuptiis nihil actum fuerit antea, abducitur. Vnde qui ſibi deſponſatam, vel parentibus reclamantibus, abduxerit, in crimen raptus, & in pœnas minimè incidit. Rapta quoque puella legitime cum raptore matrimonium contrahet, ſi prior diſſenſio in conſenſum tranſeat. Raptor enim & rapta, nomina ſunt vitiorum, non perſonarum: vitia autem cùm purgata fuerint, eorum etiam nomina abolentur.

*Raptus Monialis purgari non poteſt. h.d.*

SEd hæc de illis intelligenda ſunt, qui mulierum laicarum conſenſum habuerunt: nam ſi quis Deo dicatas virgines *d* vel rapuerit, vel volentes matrimonio ſibi ſociare tentaverit, tanquam ſacrilegium admittens, pro tam nefandi criminis atrocitate plectendus erit, nulla *e* prorſus voluntatis ſacrarum virginum habita ratione.

*Pœna ſimplicis fornicationis eſt arbitraria. h.d.*

DEmum ſi quis cum muliere ſoluta & impudica ſimpliciter fornicatus fuerit, tam pœnitentiæ modus, quàm etiam alia pœna in judicis potiſſimùm reponetur arbitrio, qui ex qualitatibus variis minorem, vel majorem pœnam ſtatuet.

## DE CRIMINE FALSI.
### TITVLVS IX.

*Qui per ſe, vel per alios literas Papæ falſant, excommunicati ſunt cum ſuis fautoribus: & Clerici officiis & beneficiis privantur, & degradati traduntur Curiæ ſeculari. h.d.*

ADverſus eos quoque, qui falſi crimen commiſerunt, variè ſtatutum reperitur: illos tamen cæteris acriùs Canones inſectantur, qui literis Apoſtolicis falſis uſi fuerint. Talium enim literarum falſarii *f* cum fautoribus, & defenſoribus ſuis, anathemate feriuntur: & ſi Clerici fuerint, omnibus officiis & beneficiis Eccleſiaſticis perpetuò privabuntur. ita, ut qui per ſe falſitatis vitium exercuerint, poſtquam per Eccleſiaſticum judicem degradati fuerint, ſeculari poteſtati tradendi ſint ſecundùm legitimas conſtitutiones puniendi: per quam & laici, qui fuerint de falſitate convicti, legitimè punientur.

*Qui falſis literis utitur, ſi Clericus eſt, officiis & beneficiis privatur: ſi laicus, excommunicatur. h.d.*

MItiùs cum illis agitur, qui licèt his utantur, tamen ipſi non falſificaverunt: ſi enim Clerici fuerint, officiis & beneficiis Eccleſiaſticis ſpoliandi erunt: ſi laici tandiu excommunicationi ſubjicientur, quamdiu competenter ſatisfecerint. In utriſque tamen malitia graviùs, quàm negligentia punietur, quod & de his, qui falſas literas impetrant, obſervabitur.

## DE HOMICIDIO.
### TITVLVS X.

*Aſſaſinium, ſicuti omnium homicidiorum eſt atrociſſimum, ita etiam atrociſſimè punitur. h.d.*

CVm non ad opera tantùm ſit reſpiciendum, ſed tempus, cauſa, voluntas, perſonarum differentia, & omnia quæ operibus accidunt, ſint perveſtiganda, ſequitur, ut non ſit omnium homicidiorum eadem conditio. Cunctorum verò illud atrociſſimum *a* videtur, quod *Aſſaſinium* vulgò nuncupant. Vnde non ſolum aſſaſini ipſi, ſed etiam receptatores, occultatores, conſultatores & defenſores eorum, & qui per eoſdem quenquam interfici fecerit, aut mandaverit, dignitatibus, honoribus, officiis, beneficiis, omnibuſque bonis nudatus excommunicationis & depoſitionis incurret ipſo jure ſententiam, & tanquam Chriſtianæ religionis hoſtis à toto Chriſtiano populo perpetuò diffidatus erit.

*Interficiens per induſtriam ſimilis eſt Aſſaſino. h.d.*

NOn *b* abſimilis eum tenet pœna, qui licet non per aſſaſinium, per inſidias tamen & induſtriam hominem interfecerit.

*Interficiens latronem non ex neceſſitate, punitur: ſecus, ſi ex neceſſitate. h.d.*

QVòd ſi *c* quis latronem vel furem peremerit, videamus, an ſit puniendus: & ſiquidem furem abſque occaſione comprehendere potuit, certa adverſus eum ſtatuta pœnitentia reperitur: quod ſi non potuit, nulla occiſori erit ex neceſſitate injungenda pœna.

*Non punitur homicidium fortuitum, ſi nulla culpa caſum preceſſit. h.d.*

IDem etiam obtinebit, ſi caſu perpetratum fuerit homicidium, utputà, ſi quis *d* neceſſario inſiſtens operi, arborem inciderit, & aliquis ſubtus tranſiens opprimatur: nam ſi neque voluntate, nec ulla incidentis culpa factum fuerit, ut pertranſiens opprimeretur, arborem incidens homicidii pœnis obnoxius non erit.

*Pœnitentia certorum annorum eſt injungenda parentibus opprimentibus filios. h.d.*

ALia ratio eſt eorum, qui proprios filios oppreſſiſſe reperiuntur. Cùm enim hos graviter deliquiſſe non ſit dubium, certorum annorum erit illis injungenda pœnitentia.

*Filius à patre, vel ab alio, patre ſciente, expoſitus, liberatur à patria poteſtate: & expoſitum ſuſcipiens nullum in eo habet jus. h.d.*

QVòd ſi *e* filius à patre, vel ab alio, patre ſciente fuerit expoſitus, aut eidem alimenta denegata fuerint, hoc ipſo à poteſtate patria liberabitur. Nec tamen propterea, qui expoſitos ſuſceperit, aliquod in eis jus vendicare poterit.

*Impediens conceptionem, vel abortum procurans, punitur ut homicida: ſecus ſi id caſu fieri contingat. h.d.*

IS quoque, qui vel cauſa explendæ libidinis, vel odii meditatione, viro aut mulieri aliquid fecerit, vel potandum dederit, quò minus poſſit generare, vel concipere, vel naſci ſoboles, ut homicida puniendus erit. Quanquam alias, ſi conceptus nondum vivificatus fuerit, nec ut abigeretur, quiſquam dolo malo fecerit, qui abortuum *f* occaſionem tradidit, puniendus non erit.

a *C.1.& ſeq.ext.eod.tit.* b *C.1.36.q.2.* c *C.pen.& fi.extr.de rapt.* d *Can.2.36.q.2.cum ſeq.* e *gl.1.d.can.2.* f *Ca.ad falſ.ext.eod.ti.*

a *Ca.1.eod.tit.in 6.* b *C.1.extr.eod.ti.* c *C.2.extr.eod.tit.* d *Can.ſæpè contingit.50.diſt.* e *C.uni.ext.de infan.lang.& expoſit.* f *C.ſicut ex literarum.ext.eod.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Qui ſibi mortem inferunt, habentur ſimiles illis qui impœnitentes moriuntur.h.d.*

NOviſſimè ſciendum eſt pro his, qui quocunque prætextu voluntariè ferro, vel veneno, vel ſuſpendio, vel quolibet modo ſibi mortem inferunt, nullam in oblatione faciendam eſſe commemorationem, & Eccleſiaſtica eos debere carere ſepultura, non aliter atque illos, qui pro ſuis ſceleribus impœnitentes moriuntur.

## DE INIVRIIS, ET DAMNO DATO.

### TITVLVS XI.

*Inferens injuriam & damnum, debet damnum paſſo ſatisfacere, nec illum excuſat ignorantia.h.d.*

MItiùs *a* cum his agitur, qui in pugna vel rixa aliquem lapide, vel pugno percuſſerint. Si enim ille mortuus non fuerit, ſed in lecto jacuerit, vel operas exercere fuerit impeditus, qui percuſſerit, & opera ejus, & impenſas *b* immodicas reſtituet. Et generaliter, ſi culpa *c* tua datum eſt damnum, vel injuria irrogata, vel aliis irrogantibus opem tuliſti, aut hæc imperitia tua, ſive negligentia evenerunt, jure te ſuper his ſatisfacere oportebit: nec te excuſabit ignorantia, ſi ſcire debuiſti ex facto tuo injuriam veriſimiliter poſſe contingere, vel jacturam.

*Si tuum animal damnum dabit, potes liberari illud dedendo, niſi ſit ferum animal & nocere ſolitum, & non fuerit adhibita debita diligentia.h.d.*

QVòd *d* ſi animalia tua nocuiſſe proponantur, nihilominùs ad ſatisfactionem teneberis, niſi ea pro noxa dando damnum paſſis, teipſum velis liberari: quod tamen ad liberationem non ſufficit, ſi fera fuiſſent animalia, & quæ nocere conſueverant, & quam debueras, diligentiam non adhibuiſti. Diverſum ſtatuitur in eo, qui ut damnum non contingeret, nihil omiſit.

*Injuriæ inferuntur re, verbis, literis: & pœna eſt arbitraria. h. d.*

INferuntur *e* autem injuriæ tribus modis: Re, Verbis, & Literis. Re, ut cùm manus inferuntur. Verbis, ut cùm convicium dicitur. Literis, ut cùm in alterius vituperationem carmen, aut famoſus libellus conſcribitur: quibus omnibus caſibus pro qualitatibus admiſſi & atrocitate, prudens judex pœnas irrogabit.

*Conficiens famoſum libellum, & manifeſtans, pari pœna puniuntur. h.d.*

EO amplius ſi quis famoſum libellum invenerit, & non ſtatim corruperit, vel combuſſerit, ſed ejus tenorem doloſè manifeſtaverit, quaſi author, plectendus erit.

## DE ECCLESIASTICIS CENSVRIS.

### TITVLVS XII.

*Ponit continuationem præcedentium & ſequentium.h.d.*

POſtquam tam primo lib. perſonarum, quàm ſecundo rerum Eccleſiaſticarum tractatum cum his, quæ annexa ſunt, ſummatim complexi fuimus, ſubinde ad reliquos venientes, judiciorum tam Civilium, quàm Criminalium materiam & ſeriem explanavimus, delictorum & naturam & pœnas breviter perſtringentes: cum tam ratione contumaciæ, quàm etiam aliorum exceſſuum Eccleſiaſticis cenſuris interdum aliquos innodari variis locis admonuerimus, ſupereſt nunc ut operi finem imponentes, de ipſis cenſuris fuſiùs & diſtinctiùs diſſeramus.

*Quid veniat appellatione cenſuræ Eccleſiaſticæ, quid ſit excommunicatio, quid interdictum, quid ſuſpenſio. h.d.*

ECcleſiaſticæ cenſuræ nuncupatio tria regulariter complectitur: ſcilicet, Excommunicationis, Interdicti, & Suſpenſionis ſententiam. Excommunicatio, eſt à communione excluſio. Interdictum Eccleſiaſticum, eſt à certis ſacramentis, & omnibus divinis officiis & ſepultura Eccleſiaſtica facta prohibitio. Suſpenſio, eſt inhabilitas quædam ordinum, vel officiorum executionem impediens. Sed ne de omnibus ſimul tractantes, legentibus difficultatem ingeramus, diſtinctè de ſingulis diſſeramus, ac primùm de Excommunicatione.

## DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS.

### TITVLVS XIII.

*Minor excommunicatio à perceptione ſacramentorum, Major etiam à fidelium communione ſeparat.h.d.*

EXcommunicationum duæ ſunt ſpecies, minor ſcilicet, & major. Minor eſt, per quam quis à ſacramentorum participatione conſcientia, vel ſententia arcetur. Major eſt, per quam quis non ſolùm à ſacramentorum excluditur perceptione, verùm etiam à communione fidelium, quæ ab omni actu legitimo ſeparat, ac dividit: & hæc alio nomine. *a* *Anathema* appellatur.

*Excommunicationum alia ſunt latæ ſententiæ, aliæ ferendæ. & latæ ſententiæ eſt, cùm quis ſine facto judicis à jure excommunicatur. h. d.*

RVrſus excommunicationum alia Canonis, alia Judicis. Canonis eſt, qua quis ab ipſo ſolùm Canone, abſque judicis miniſterio innodatur, quæ etiam alio vocabulo *latæ ſententiæ excommunicatio* nuncupatur. Sciendum eſt enim complures eſſe caſus, in quibus adeò quis delinquere exiſtimatur, ut nulla expectata judicis pronunciatione ipſo jure excommunicationis vinculis innodetur: quod quidem, quanquam innumerabilibus propè exemplis declarari poſſit, unius tamen caſûs proſecutione contenti erimus.

*Qui Deo dicatos homines corporaliter offendunt, incidunt in excommunicationem latæ ſententiæ, à qua non poſſunt abſolvi, niſi per Papam. h.d.*

SI quis igitur *b* in clericos, regulares, monachos, profeſſos, vel novitios, vel converſos, violentas & impias manus injecerit, ipſo jure Canonis incurret ſententiam, à qua præter quàm à Romano Pontifice, vel ejus de latere legato *c*, à quoquam abſolvi non poterit.

*Complices inferentium manus violentas clericis, pari pœna cum inferentibus puniuntur. h.d.*

SEd & ſi manus quis violentas non injecerit, inferenti tamen vel author, vel fautor, vel adjutor fuerit, aut factum ratum habuerit, pari pœna illum plectendum Catholica ſanxit authoritas, eos etiam deliquentibus favere interpretata, qui cùm poſſunt, manifeſto ſceleri deſinant obviare.

*Detinens, vel ducens clericos in vincula, incurrit excommunicationem latæ ſententiæ, niſi faciat de voluntate ſuorum prælatorum. h.d.*

INterdum etiamſi nullam corporis læſionem clericis quis intulerit, excommunicationis tamen pœnam non evadet: utputà *d*, ſi laicus in publica, vel privata cuſtodia illos detinuerit, vel in vincula conjecerit, niſi tamen id de mandato faciat prælatorum, quorum illi ſunt juriſdictioni ſubjecti: tunc enim citra excommunicationis metum, & capere clericos, & ad judicium violenter ducere laici poterunt: cùm hoc non ipſi, ſed illi quorum authoritate hoc faciunt, agere videantur, dum tamen non amplius eorum ſe extendat violentia, quàm defenſio clericorum exigit.

a C.1.ex eod.ti. b In medicos, melius. c C. ſi. ext. eod. tit. d C. ſi. §. quod. ext. eo. ti. e gl. in ver. injuria. c. ſi. ext. eo.

a Can. ſi. 3. q. 4. b Ca. non dubium. extr eod. c Ca. ad eminentiam, ext. eod. d Ca. nuper à nobis. ext. eod. tit.

*Si Abbas imperet laico, ut monachum etiam cauſa diſciplinæ verberet, uterq; incidit in excommunicationem: ſecus autem ſi imperet clerico ex cauſa neceſſitatis. h.d.*

QVod autem diximus, non facientes, ſed eos quorum fit authoritate, quid facere videri, abſolutè non procedit. Nam *a* ſi laicus, qui in Abbatis ipſius ſervitio commoratur, ejuſdem juſſu in clericum, vel converſum, vel monachum etiam ſubſiſtente cauſa manus injecerit, tam qui tales verberari præcipit, quàm qui mandato verberat alterius, excommunicationis ſententiam non evadent. Nam ſi diſciplinæ regularis gratia id faciendum ſit, vel Abbas id per ſeipſum faciet, vel ſi neceſſitas urgeat, per clericum, vel monachum id fieri jubebit.

*Tam percutiens volentem clericum, quàm clericus conſentiens, ſunt excommunicati. h.d.*

VOlentem *b* quoque clericum ſi quis percuſſerit, nihilominus excommunicationis cenſuram incurret: ut reſponſum eſt de eo clerico, qui cùm laico injuriam intuliſſet, volens ſecundùm conſuetudinem patriæ pro injuria illata offenſo ſatisfacere, ſponte ſua fuſtium ſe ſubjecit percuſſionibus. Quanquam enim hæc manuum injectio non ſit violenta, tamen injurioſa videtur: & Canon reſpexit non tam favorem clerici ordinati, quàm clericalis ordinis: unde hoc caſu tam percutiens, quàm ſeipſum percuſſionibus ſponte ſubjiciens excommunicationis ſententia innodabitur.

*Ponit tres caſus, in quibus percutiens clericos in Canonem latæ ſententiæ non incidit. h.d.*

EX contrario accidit interdum, ut etiam pro violenta manuum injectione excommunicationi quis non ſubjiciatur: veluti *c* ſi clericum ſibi manus inferentem ita quis incontinenti vi repellat, ut læſionem inferat: aut in eum, quem cum uxore, matre, ſorore, vel filia turpiter ſe gerentem invenerit, manus violentas injecerit. Idem ſtatuitur, & de eo, qui illum percuſſerit, quem probabiliter ignorabat eſſe clericum.

*Interficientes clericos, qui poſthabito habitu committunt enormitates, non ſunt excommunicati. h.d.*

QVinimo etſi occiderit quis clericos, vel Presbyteros, qui contempto clericali habitu ſceleribus ſeſe immiſcuerint, in odium clericalis exceſſus Canone latæ ſententiæ minimè coërcebitur: fruſtra enim Eccleſiæ implorat auxilium, qui in Eccleſiam ipſam committit *d*.

*Qui ratione officii vel intuitu diſciplinæ clericos percutiunt, non ſunt excommunicati. h.d.*

ITem ſi qui ratione *e* officii, quod obtinent in Eccleſia, aut ſi clerici ſeniores, pueros, vel adoleſcentes in minoribus ordinibus conſtitutos divinum turbantes officium, vel etiamſi qui magiſterii, vel prælationis obtentu ſubditos & ſcholares correctionis cauſa percuſſerint, excommunicationis ſententiam non incurrent. Quod & de his intelligendum eſt, qui aliquos de familia ſua, vel propinquos inferiorum graduum ſimili modo, ut ab exceſſibus prohibeantur, & ſcientia bonisque moribus informentur, corrigendos duxerint, & aliis caſibus compluribus.

*Ex cauſa poteſt quis abſolvi ab alio, quàm ab Apoſtolico. h. d.*

QVod *f* autem ſuprà diximus, ab hac excommunicatione, ab alio quam ab Apoſtolico, aut ejus legato abſolvi neminem poſſe, non eſt perpetuum. Nam ſi quis excommunicationis latæ ſententiæ vinculis innodatus, in mortis articulo conſtitutus reperiatur, aut capitales habeat inimicitias, aut alias juſtas excuſationes, ita ut ſine periculo Apoſtolico ſe nequeat conſpectui præſentare, licebit diœceſano Epiſcopo juramento ſecundùm morem Eccleſiæ recepto, ſibi abſolutionis gratiam impertiri.

a *C. univerſitatis. ext. eod.* b *C. contingit interdum. ext. eod. tit.* c *C. ſi verò. el. 1. §. ſi verò. ext. eod.* d *C. in audientia. §. ad hæc. ext. eod. tit.* e *C. cum voluntate. §. ſi. ext. eod.* f *C. quamvis incident. ext. eod. tit.*

*Ceſſante cauſa ceſſat effectus. h.d.*

PEriculo *a* tamen & impedimento ceſſantibus, quàm citò commodè poterunt, ad ſedem Apoſtolicam ſe præſentabunt, mandatum illius ſuper negotiis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter recepturi, & prout juſtitia ſuadebit, ſatisfacturi: alioqui ſi id facere contempſerint, ne temerè, & impunè cenſuræ Eccleſiaſticæ illudatur, ipſo jure in eandem ſententiam recident: quod generaliter conſtitutum eſt, quotieſcunque legitima ſubſiſtente cauſa, ab alio quis, quàm ab eo, à quo aliàs de jure abſolvendus fuerat, abſolutionis beneficium conſecutus fuerit: & quibuſdam caſibus ſimilibus.

*Si modica ſit illata injuria clerico, vel qui intulit non provecta ſit ætatis, poteſt Ordinarius abſolvere eum, qui incidit in Canonem latæ ſententiæ. h.d.*

ITem *b* ſi non enormis, ſed modica & levis injuria fuerit clericis irrogata, inferens per Epiſcopum abſolvi poterit. Item ætatis intuitu Iuris rigor manſuetudine temperatur. Vnde *c* ſi in pueritia conſtitutus in Canonem inciderit ſententiæ promulgatæ, ſive ante, ſive poſt pubertatem ſeſe abſolvi poſtulet, diœceſanus Epiſcopus abſolutionis beneficium impertiri poterit.

*Monachi, vel moniales ſe invicem, vel converſos percutientes, ſunt ab Abbate, vel Epiſcopo abſolvendi. h.d.*

MOnachi quoque, & alii Regulares quomodocunque *d* in clauſtro ſeſe invicem percuſſerint, non ad Apoſtolicam ſedem remittendi, ſed ſecundùm providentiam proprii Abbatis coërcendi erunt. quòd ſi Abbas non ſufficit, Epiſcopus adhibendus erit. Simile ſtatuitur de monialibus; nam ſi vel in ſe invicem, vel converſos, aut converſas ſuas, aut etiam clericos violentas manus injecerint, ne contra muliebris ſexus verecundiam, & regularis obſervantiæ decorem peregrinari compellantur, per Epiſcopum, in cujus diœceſi monaſteria fuerint, abſolutionem conſequentur. Sunt & alii caſus, quibus ab alio quis, quàm ab Apoſtolico ab hac excommunicatione abſolvi poterit, ut ex ipſis Decretalium libris facilè apparere poteſt.

*Ex cauſa certis caſibus abſolutio poteſt delegari. h.d.*

HIs autem *e* quibus id certis caſibus ex officio competit, non ſolùm per ſeipſos abſolvere, verùm etiam aliis, cùm expedire viderint, hujuſmodi abſolutionem committere poterunt.

*Excommunicatio judicialis eſt, quam infert judex, & cui cauſa committitur, omnia quæ cauſam contingunt, cenſentur permiſſa. h. d.*

IVdicis, ſive Iudicialis excommunicatio eſt, quæ judicis miniſterio infertur. Iudicem autem hoc loco intelligimus, non ſolùm ordinarium, verùm etiam delegatum. Nam ſi cui per Apoſtolicum cauſa etiam ſimpliciter delegetur, nec literæ commiſſionis de excommunicatione quicquam contineant, poterit nihilominus delegatus conceſſæ ſibi authoritatis ratione contumaces, ut ſuprà diximus, Eccleſiaſtica ſeveritate coërcere.

*Excommunicationis ſententiam debet præcedere monitio: & debet ferri in ſcriptis, ita ut cauſam contineat. h. d.*

QVoties autem cauſa ſuberit, ut judex ſubditum ſuum Eccleſiaſtica diſtrictione coërceat (cùm medicinalis *f*, non lethalis excommunicatio eſſe debeat) non aliter, quàm competentibus præmiſſis monitionibus *g*, ad hujuſmodi ſententiam deſcendet, quam etiam

a *Can. eos qui. eo. ti. in 6.* b *C. pervenit. ext. eo. tit.* c *C. fin. d. ti.* d *C. canon. ext. eod. ti.* e *C. ſi. ext. de off. ord.* f *C. 1. eod. ti. in 6.* g *Can. ſacro approbante. ext. eod. ti.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de ſcripti recitatione proferet, ita ut cauſam, ob quam profertur, expreſsè contineat, aliaque obſervabit, quæ tam generali, quàm Lugdunenſi concilio editis conſtitutionibus ſunt comprehenſa, earundem pœnis, ſi contrà fecerit, ſubjiciendus.

*Iudex aliquem excommunicans, in dubio cenſetur inferre majorem excommunicationem. h.d.*

SEd quæri poterit *a*, ſi judex illa verborum formula uſus fuerit, *Illum excommunico*, vel ſimili, qua de majori, vel minori excommunicatione quicquam non expreſſerit, utra magis, quis excommunicatus cenſeatur? Et reſponſum eſt, non tantùm minorem, ſed etiam majorem cenſeri per judicem illatam: quam non modò à ſacramentis, & fidelium participatione excluſio, ſed alii præterea multi conſequuntur effectus.

*Communicans excommunicatis incidet in excommunicationem: & judices jurare debent, quòd excommunicati ab actis legitimis, & commercio aliorum abſtineant. h.d.*

QVorum ille prætereundus non eſt, quòd quamdiu de excommunicatorum abſolutione legitimè non conſtat, qui cum ipſis excommunicaverint, ipſi quoque nullo obſtante privilegio, ipſo jure excommunicationem incurrunt, decretumque eſt *b* propterea, ut ab Eccleſiaſticis judicibus ſeculares judices Canonica præmiſſa monitione, Eccleſiaſtica cenſura compellantur, ut excommunicatos ab agendo, patrocinando, & teſtificando in ſuis curiis & judiciis repellant.

*Defectu, qui obvenit mihi ex te, non potes uti contra me ad tuum commodum. h.d.*

DVbitatum *c* tamen fuit, num is, qui excommunicato in locutione, vel oratione ſcienter communicat, excommunicatum ipſum à judicio contra ſe inſtituendo ſummovere poſſit: cùm ille communionem hujuſmodi contra eum replicet: & cùm is, qui impetitur, à ſacramentorum perceptione ſit remotus, alius verò etiam à fidelium communione, replicatione minimè ſuffragante judicium procedere non poterit.

*Excommunicato communicari non poteſt ante abſolutionem, etiamſi dederit cautionem juratoriam de parendo mandatis Eccleſiæ, & Epiſcopus ei communionem reddiderit, etiamſi morte præventus non potuerit abſolvi. h.d.*

NEc *d* ideò magis agere volenti communicari poterit, quòd ipſe ex conſuetudine de parendo mandatis Eccleſiæ juratoriam dederit cautionem, eique communionem Epiſcopus reddiderit, aut quòd eos, cum quibus participavit, poſtmodum impugnavit: nam niſi poſt juramentum præſtitum ſecundùm formam Eccleſiæ abſolutus fuerit, nec cautio, nec perperam reſtituta communio quicquam proderit. Quod ipſum obtinet *e* etiam, ſi poſt prædicta, morte quis præventus, abſolutionis beneficium obtinere non potuerit: nec enim is, cui vivo non communicamus, defuncto communicabimus.

*Excommunicatus ſi ante mortem oſtenderit ſigna pœnitentiæ, etiam mortuus poteſt abſolvi. h.d.*

PLanè *f* ſi de mortui pœnitentia per evidentia ſigna, dum viveret, conſtiterit, defuncto quoque abſolutionis beneficium à proprio judice impendendum erit, hæredeſque ejus, ut pro ipſo ſatisfaciant, ſi ſponte nolint, Eccleſiaſtica cenſura compelli poterunt.

*Diffamato de excommunicatione non poſſumus communicare, niſi ſe purget vel ad cautelam ſe faciat abſolvi: & toleratus ab Eccleſia non debet vitari, niſi in occulto. h.d.*

SEd *g* etſi qui ſacrilega manuum injectione in edictum excommunicationis incidit, denunciatus quidem non ſit, ſed de patrato ſcelere publica laboret infamia, nemo ſibi pari ratione communicare debet, niſi vel ad arbitrium Epiſcopi de hoc ſe purgaverit, vel ad cautelam abſolutionis beneficium conſequatur: niſi fortè à ſoli tibi de facinore conſtet: hoc enim caſu, quandiu toleratur ab Eccleſia, privatim tantummodo à te vitandus erit, ut ſaltem verecundiæ robore ſuffuſus, pro latenti exceſſu ſatisfacere compellatur.

*Participatio criminoſa cum excommunicatis implicat participantem eadem excommunicatione. h.d.*

SEd multùm intereſt, qualiter excommunicato communicatur: nam ſi quidem crimini & criminoſo communicavit quis conſilium, putà auxilium, vel favorem impendendo, vel fortè cum clericis ab Apoſtolico excommunicatis ſcienter *b* & ſponte participaverit, & ipſos in officiis receperit, eadem excommunicationis ſententia involvetur, qua illi ipſi ſunt obſtricti: quibus cùm ita ab eo communicatum fuit, cumque ratione damnati criminis *c* in eum, qui damnavit, delinquere videatur, meritò ab eo, vel ſi videtur, ejus ſuperiore juramento præſtito, delicti tunc erit abſolutio requirenda. Et idem ſtatuetur, ſi qui cum participibus ſuis excommunicati fuerint.

*Participatio cum excommunicato non criminoſa, illigat participantem minori excommunicatione, à qua per ordinarium abſolvi poterit. h.d.*

QVòd ſi aliter, putà *d* in choro, in menſa, in oſculo, aut ſermone excommunicato communicatum fuerit, tunc minor tantùm incurritur, & nulla interveniente juratoria cautione à proprio ſacerdote, vel Epiſcopo, abſolutionis beneficium obtineri poterit: quamvis enim & tunc non judicis, ſed juris ſententia excommunicato communicans ſit illigatus, quia tamen conditor Canonis ejus abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo relaxandi facultatem aliis conceſſiſſe videtur.

*Communicans excommunicato in contemptum, incidit in majorem excommunicationem. h.d.*

HOc *e* tamen tunc obtinet, cùm non in contemptum Eccleſiaſticæ diſciplinæ cum excommunicatis quis commercium habuerit, nam qui contra prohibitionem ſui præſulis excommunicatorum communioni ſeſe ingeſſerit, anathemate feriendus erit.

*Si excommunicatus minori indureſcat in ea poterit excommunicari majori. h.d.*

QVòd ſi ex locutione & aliis ſimilibus minori excommunicatione irretitus fortius indureſcat, poterit judex poſt Canonicam monitionem *f* etiam majori excommunicatione, & conſimili participantem illigare. Quod & in ſuſpenſionis, & interdicti ſententiis obſervandum erit.

*Quæ ſit monitio Canonica. h.d.*

TVnc *g* autem Canonica cenſebitur eſſe monitio, ſi competentibus intervallis, atque aliis ritè obſervatis, eos, qui moventur, exprimat nominatim.

*Ignorantia excuſat participantem cum excommunicato. h.d.*

INterdum tamen excommunicato communicans neutrius excommunicationis vinculo obſtringitur, ut accidit in eo, qui cum illo converſatus fuerit, quem excommunicatum probabiliter ignorabat.

*Epiſcopi debent propalare nomina excommunicatorum. h.d.*

VNde ut excuſationis cauſa omnibus auferatur, providere debent Epiſcopi *h*, ut excommunicatorum omnium nomina tam ſuis parochianis, quàm vicinis Epiſcopis pariter indicent, eaque in celebri loco poſita pro foribus Eccleſiæ cunctis convenientibus inculcent, ut ha-

a *C. pen. ext. eod.* b *C. decernimus. eod. tit. in 6.* c *C. 2. ext. de except.* d *C. cum deſideras & c. à nobis. el. ſecundo. ext. eod. ti.* e *d. c. à nobis.* f *C. à nobis. el. ſecundo. ver. poteſt. ext. eo. ti. & in ſi.* g *Cum deſideras. §. ſecundum. ext. eod. tit.*

a *C. cùm non ab homine. ext. eod. tit.* b *Ca. ſignificavit nobis. ext. eod. tit.* c *C. nuper à nobis. §. in primo ext. eod.* d *Ca. ſuper ... à nobis. § in ſecundo. ext. eo. ti.* e *C. ſi. ext. de cler. excomm.* f *C. constitutionem. eod. tit. in 6.* g *d. c. conſtitutionem. eod. tit. in 6.* h *Can. cura ſit. 11. q. 1.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ut hujuſmodi adhibita diligentia excommunicatis Eccleſiaſticus aditus adimatur.

*Omnes qui ante prolationem ſententiæ tenebantur excommunicato communicare, tenetur etiam poſt. h.d.*

VXores quoque excommunicatorum, filii, ſervi, ancillæ, ruſtici, ſervientes, & omnes qui ante ſententiæ prolationem excommunicati obſequio tenebantur familiariter adhærere, non ſolùm à communione excuſantur: verùm etiam (præterquàm *a* in criminibus) communicare tenentur, cùm ſine illa debita præſtare nequeant obſequia.

*Neceſſitas, vel ſimplicitas excuſat à communione cum hæreticis. h.d.*

MErcatores autem, & viatores, niſi aut creditores ſint excommunicatorum, aut neceſſitatis immineat articulus, abſtinere debent: ſed ſi in terram excommunicatorum devenerint, ubi vel non poſſint ab aliis emere, vel unde emant, non habeant, ab eiſdem accipere poterunt; nec illos excommunicationis metus impediet. Prædicatores quoque, præſertim qui aliàs ſubſtentari non poſſunt, ab excommunicatis & alienorum bonorum detentoribus eleemoſynam licitè recipere poſſunt. Idem juris eſt de iis, qui adeò ſunt rudes, ut eorum conſilio veriſimiliter ſcelera perpetrari non poſſint: aut qui cum iis communicant, qui communicant excommunicatis.

*Omninò coactus excommunicatis communicans non cadit in excommunicationem ſecus, ſi quis ſolùm metu communicet. h.d.*

SEd an invitus *b* excommunicatis communicans excommunicationis labe inquinetur, videamus: & ſiquidem ſit per coactionem aſtrictus, cùm magis hoc caſu pati, quàm agere videatur, excommunicatione non tenebitur. Aliud ſtatuendum erit, ſi quis per metum ſit inductus: licet enim metus culpam minuat, quia tamen eam non prorſus excludit, cùm nullius metus obtentu mortale peccatum quis incurrere debeat, excommunicationis pœnam non evadet.

*Communicatus excommunicato in convertendo, non eſt excommunicatus. h.d.*

ITem cùm voluntate *c* & propoſito maleficia diſtinguantur, excommunicationis ſententiam non incurrit is, qui excommunicato in his, quæ ad abſolutionem, vel aliàs ad ſalutem ejus pertinent, in locutione participat, licet & alia verba incidenter, ut apud eum magis proficiat, interponat.

*Abſolutio ab excommunicatione ad cautelam peti poteſt. h.d.*

SI quis tamen *d* ex his dubitet, vel ex aliis, ne non judicis, vel canonis ſententia ſit innodatus, ſeſe per competentem judicem, juxta Innocentianarum conſtitutionum tenorem ad cautelam abſolvi poſtulare poterit: quod & is qui minori innodatus eſt excommunicatione, exequi poterit.

*Excommunicationis abſolutio non debet peti omiſſo medio, niſi in contrarium ſit conſuetudo. h.d.*

SEd hoc caſu advertendum erit, ne omiſſo medio ab eo, qui tuus judex non ſit, abſolutionis beneficium poſtules. Pone enim quòd ſuffraganei cujuſdam ſubditus, puta, Archidiaconus, excommunicationis in te tulit ſententiam, non jam à Metropolitano, cùm nec excommunicantis judex ſit, nec excommunicati, ſed ab ipſo ſuffraganeo abſolutio petenda erit, niſi conſuetudo *e* contrarium induxerit.

*Sede vacante abſolvit, qui habet Epiſcopalem juriſdictionem. h.d.*

EPiſcopali verò ſede vacante *f*, capitulum, ſeu is, ad quem Epiſcopalis juriſdictio tunc temporis pertinere noſcitur, his, quibus poſſet Epiſcopus, ſi viveret ab excommunicationis ſententia, ſive juris, ſive hominis fuerit, abſolutionis beneficium impertiri poterit: niſi ei fuerit ab Apoſtolica ſede ſpecialiter interdicta poteſtas.

a *C. ſi concubina. ext. eo. tit.* b *C. ſacris eſt can. ext. de iis quæ fiunt vi, metuſvé cauſ.* c *C. cum voluntate. ext. eo. ti.* d *C. 2. eod. tit. in 6.* e *gl. 2. c. referente. ext. de prab.* f *C. uni. de major. & obed. in 6.*

*Superior de excommunicatione cognoſcens, videns illam juſtam, debet excommunicatum ad inferiorem remittere, niſi is malitiosè differat abſolvere: ſecus autem, ſi comperiat illam injuſtam: ſed ſi dubitetur, honeſtè faciet, ſi remittet. h.d.*

VBi verò ſuperiori competit de excommunicatione cognoſcere, ſi eam juſtam eſſe conſtiterit, veluti *a* cùm propter manifeſtum exceſſum eſt in aliquem promulgata, ſuperior judex, niſi ſit in mora periculum, excommunicatum ad excommunicatorem prorſus remittere debet: nec eum abſolvet, niſi excommunicator requiſitus dolo illi abſolutionis beneficium exhibere deneget. Si verò hujuſmodi ſententiam injuſtam eſſe conſtet, excommunicatus ad ſuum excommunicatorem nequaquam remittendus erit, ſed ſine difficultate debet abſolvi. Quòd ſi dubitetur, utrùm juſta ſit vel injuſta, ſuperior illam tollere poterit: quanquam hoc caſu honeſtiùs & convenientiùs egerit, ſi excommunicatori deferat.

*Ubi manifeſtum eſt delictum, non conceditur abſolutio, niſi prævia cautione aliàs ſecùs. h.d.*

MAnifeſtum *b* autem exceſſum illum eſſe intelligemus, qui vel per confeſſionem, vel probationem juridicè notus fuerit, vel ſit adeò res evidens, ut nulla poſſit tergiverſatione celari. Quo caſu *c* non antè concedenda erit abſolutio, quàm idonea pro delicto præſtetur ſatisfactio: cæterùm ſi de admiſſo dubitetur, ut ſententia relaxetur, ſufficiet, ſi de parendo mandatis Eccleſiæ legitimè cautum fuerit: quanquam ſi pro ſimplici contumacia excommunicatus, ſolam de ſtando juri cautionem exhibuerit, abſolvendus erit.

*Si pars ſe dicat poſt appellationem, vel aliàs nulliter fuiſſe excommunicatam, ſunt ſuper hoc partium admittendæ probationes, ut appareat, an quis indigeat abſolutione. h.d.*

MVltum etiam intererit, utrùm abſolutionis beneficium poſtulans, ſe poſt appellationem ad Rom. Pontificem legitimè interpoſitam, vel aliàs nulliter excommunicatione innodatum conqueratur: an verò ſimpliciter injuſtè ſe proponat excommunicatum. In prima enim ſpecie, ſi Epiſcopus ſit probare paratus, ſe in illum, antequam vocem appellationis emitteret, ſententiam protuliſſe, antequàm decernatur aliquid, utriuſque partis ſuper hoc probationes ſunt admittendæ: per quas denique apparebit, an abſolutione indigeat conquerens, vel potiùs non ligatus ſit denunciandus.

*Si quis dicat ſe injuſtè excommunicatum, prius eſt abſolvendus, antequàm ſint admittendæ probationes ſuper juſtitia excommunicationis. h.d.*

ALiud juris erit, cùm injuſtè ſe quis excommunicatum aſſerit: tunc enim ſi Epiſcopus, ut oſtendat quòd juſtè excommunicaverit, probationes ſuas admitti poſtulet, audiendus non erit: nam etſi conſtaret excommunicationis ſententiam juſtè promulgatam, nihilominùs humiliter poſtulanti eſſet abſolutio impendenda: ideoque hoc caſu protinus juxta formam Eccleſiæ congruentem abſolvendus erit, ut demum probationibus utriuſque partis admiſſis, utrùm juſtè, vel injuſtè quis ligatus fuerit decernatur.

*Innodatus pluribus non poteſt ab una tantùm excommunicatione abſolvi. Et abſolutio ſubreptitia non tenet. h.d.*

QVòd ſi quis pluribus innodatus *d* excommunicationibus, etiam ex eodem facto deſcendentibus, de una tantùm cauſa velit ſatisfacere, communioni ob id reſtituendus non erit, nec per veritatis ſuppreſſionem extorta abſolutio ſibi quicquam proderit. *e*

a *C. venerabilibus. §. ſanè. eod. tit. in 6.* b *C. cùm olim. extrav. de verb. ſign.* c *C. ex parte. in fi. de verb. ſign. extrav.* d *Ca. cùm pro cauſa. ext. eod. ti.* e *C. officii. in fi. ext. d. tit.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Si ordinarius ſciat per ſurreptionem impetratam ab Apoſtolica ſede abſolutionem, debet remittere perperam abſolutum ad ſedem Apoſtolicam: ſi verò hoc ſibi non conſtet, ſed ſuſpicetur, debet abſolutum cogere ad purgationem. h. d.*

QVinimò ſi conſtiterit *a* excommunicatum occultatis exceſſibus, pro quibus in eum ſententia lata fuerit, excommunicationis ſuæ cauſam aliam prætendentem, ab Apoſtolica ſede abſolutionis beneficium impetraſſe, eundem debet ordinarius Eccleſiaſtica cenſura compellere, ut cum literis ſuis rei veritatem continentibus ad ſedem Apoſtolicam redeat: ſi verò illud liquidò non conſtiterit, eum tamen ordinarius, quòd veritatem confeſſus non fuerit, ſuſpectum habeat, ad purgationem præſtandam, quod verum faſſus fuerit, compellet.

*Abſolutus vi, vel metu, duplici excommunicatione innodatur. h. d.*

ILlud etiam admonendi ſumus, quòd licet vi, vel metu facta regulariter mero jure teneant: ſi quis tamen ab excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententia, abſolutionis aut revocationis cujuſcunque beneficium per vim vel metum extorſerit, viribus omninò cariturum: quin potiùs ne ſine vindicta violentiæ creſcat audacia, qui abſolutionem, vel revocationem vi vel metu extorſerit, quaſi propria confoſſus ſagitta, iteratè excommunicationis ſententiæ ſubjacebit.

*Excommunicatus, cui Papa communicat, non propterea cenſetur abſolutus, niſi Papa id exprimat. h.d.*

NOviſſimè *b* ſciendum eſt, quòd ſi Apoſtolicus etiam ſcienter excommunicato participet literis, fortè cum ſalutationis alloquio deſtinatis verbis *c*, oſculo, ſeu alio quovis modo, ipſum per hoc abſolvere nulla ratione cenſetur, niſi forſitan exprimat, velle illum ex hoc pro abſoluto haberi. HÆC de excommunicationis ſententia delibaſſe ſufficiant: nunc de interdicto Eccleſiaſtico & ſuſpenſione paucis diſpiciamus.

## DE ECCLESIASTICO INTERDICTO.

### TITULUS XIV.

*Interdictum aliud juris, aliud judicis: quæ diſtinctio exemplis declaratur. h.d.*

HAbent Eccleſiaſtica interdicta cum excommunicatione multa communia: nam & illorum alia ipſo jure inducuntur, alia judicis ſententia. Iuris ipſius diſpoſitione interdictum inducitur, veluti cùm civitas, vel univerſitas in electione Romani Pontificis ſervanda non ſervaverit, aut in necem Cardinalis aliquid machinata fuerit, ſive ab Eccleſiis, vel perſonis Eccleſiaſticis aliquid extorſerit, aut uſurariis domos commodaverit. Item cùm in Eccleſia *d* ſanguinis vel humani ſeminis effuſione polluta, aut ſimoniacè conſecrata, celebrari jure vetatur.

*Celebrans in Eccleſia polluta, vel ſimoniacè conſecrata, non incurrit irregularitatem: ſecus, ſi alia ratione violat interdictum. h.d.*

ESt *e* autem inter hæc differentia non modica: nam ſi quis in ea Eccleſia celebret, quæ vel polluta ſit, vel ſimoniacè conſecrata, licet hoc temerariè faciat, nullum tamen ob id irregularitatis laqueum incurrit: is verò *f*, qui ſcienter celebrat in locis alia ratione interdicto ſuppoſitis, irregularitatem incurrit, à qua per alium, quàm per Romanum Pontificem, liberari non poterit, niſi aliqui ſuper hoc privilegio, vel jure muniti fuerint.

*Quid ſit judiciale interdictum. h.d.*

IVdicis ſententia tunc inducitur interdictum, cùm competens judex ex aliqua cauſa terram, vel homines à divinis arcendos pronunciat ac præcipit.

*Interdictorum quædam generalia, quædam ſpecialia. h.d.*

RVrſus interdictum, quod prolatione judicis inducitur, aliud eſt generale, aliud ſpeciale. Generale interdictum eſt, non ſolùm cùm regno & Provinciæ, ſed etiam cùm caſtro & villæ divinis interdicitur. Speciale eſt, cùm inter plures Eccleſias paucæ, vel una interdicitur.

*Interdicto loco principali cenſetur interdictus acceſſorius vicinus & contiguus: & diſpoſitio judicis non debet poſſe reddi eluſoria. h.d.*

ET ſi quidem civitas, caſtrum, aut villa *a* generali ſubjiciatur interdicto, non ſolùm quæ murorum continentur ambitu, cenſentur interdicto ſuppoſita, ſed etiam illorum ſuburbia & ædificia *b* continentia: alioquin ſi in illis locis poſſet licitè celebrari, Eccleſiaſtica cenſura facilè contemni poſſet. Eadem quoque ratione ſi ſpecialiter Eccleſia ſit interdicto ſuppoſita, nec in capella ejus celebrari, nec in cœmeterio eidem Eccleſiæ contiguo ſepeliri poterit.

*Reſpectu perſonarum interdictum Eccleſiaſticum eſt ſtrictè interpretandum: & unus non poteſt pro delicto alterius excommunicari. h.d.*

AT non, ſicuti in locis, ita & in perſonis lata fit interpretatio: ideoque *c*, ſi ſententia interdicti profertur in populum, clerus interdictus non intelligitur: & econverſo: unde interdicto alterutro ad divina licitè admittitur. Sed & ſi propter delictum domini, non pro pecuniaria cauſa ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ per patentes literas expreſſa licentia, interdicti ſententia ferri non poterit) vel rectoris civitas ſit interdicta, cives, qui culpabiles non exiſtunt, alibi divinis licitè intereſſe poterunt, niſi cives quoque propter dominum, vel rectorem puniendum interdicti fuerint. Quòd quidem in excommunicationis ſententia contingere non poterit: neque enim pro peccato unius alius, putà ipſius familia, excommunicari poterit.

*Interdicta univerſitate, & ſinguli de univerſitate cenſentur interdicti, ne interdictum reddatur eluſorium. h.d.*

ITem *d* cùm loci alicujus populus Eccleſiaſtico ſupponitur interdicto, ſingulares ex eo perſonæ, quas interdictas eſſe conſtat, ne ſententia effectu careat, non debent alicubi, caſibus expreſſis à jure duntaxat exceptis, audire divina, vel Eccleſiaſtica recipere ſacramenta: cùm divinorum auditio, & ſacramentorum perceptio populo, ac univerſis, non competat.

*Regulariter tempore interdicti poteſt quis baptizari, chriſmari, & verbum divinum audire. h.d.*

EXcepti *e* verò caſus ſunt: ſi qui ad baptiſmi, chriſmatis, & pœnitentiæ ſacramentum, vel ad verbum divinum audiendum admitti velint, tam ſi infirmi ſint, quàm ſi ſint in bona valetudine conſtituti. Quod tamen in his, qui interdicto cauſam dederunt, non obtinet indiſtinctè: ſed in eis Bonifacianæ *f* conſtitutionis forma obſervanda erit. Quæ & alia quædam interdicti tempore ſanctio benignè indulget, ut ex ipſius conſtitutionis perpenſione facilè apparere poterit.

*Tempore interdicti poteſt conſici ſacrum Chriſma: ſed viaticum extrema, Eccleſiaſtica ſepultura, & divinorum celebratio ſunt prohibita, niſi conceſſa quibuſdam ſint ex privilegio: & violantes interdictum incurrunt excommunicationem, non obſtantibus privilegiis. h.d.*

VElut *g* igitur interdicti tempore jure Chriſmatis utimur unctione, ſic licet regio ſit interdicto ſu-

a *C. ex part. tua. ext. de off. ord.* b *Clem. fin. eo. ti.* c *Can. ſi aliquando. ext. eo. ti.* d *C. is qui. de ſent. excom. in 6.* e *dict. cap. is qui. §. fin.* f *dict. can. is qui. §. fin.*

a *C. ſi civitas. de ſent. excom. in 6.* b *Contigua ſerie.* c *C. ſi ſent. de ſenten. excom. in 6.* d *C. ſi ſenten. §. cum verò. de ſent. excom. in 6.* e *C. reſponſo noſtro. extr. de ſenten. excom.* f *Ca. fin. de ſenten. excommun. in 6.* g *Ca. quoniam in. de ſent. excom. in 6.*

pul-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſita, Chriſma die cœnæ Domini poſſe confici dubium eſſe non debet. Vnctio autem extrema, & Eccleſiaſtica ſepultura, & divinorum officiorum celebratio tempore generalis interdicti omnibus denegatur, niſi quibuſdam, quibus id ex gratia certa ſervata forma conceditur: cæteri autem ſive clerici, ſive laici, qui interdictum violando nervum Eccleſiaſticæ diſciplinæ conantur infringere, quibuſcunque privilegiis non obſtantibus, ſententiæ excommunicationis ſubjicientur: à qua per ſedem duntaxat Apoſtolicam abſolvi poterunt.

*Appellationis prætextus violatoribus interdicti minimè ſuffragatur. h.d.*

NEc aliquid violatoribus proderit, quòd appellaſſe, atque ideò ſe interdicti ſententia minimè teneri contendant, ſicut enim poſt appellationem excommunicari non poſſunt, ſic interdictum, cui ante appellationem eos conſtat eſſe ſuppoſitos, declinare nequeunt.

## DE SVSPENSIONE. TITVLVS XV.

*Suſpenſio eſt duplex, ut excommunicatio, & interdictum.*

SVſpenſio quoque alia eſt Canonis, alia judicis, ſicuti excommunicatio, & interdictum. Canonis eſt, veluti cùm quis ob Simoniam, vel ob notoriam fornicationem, vel aliud crimen ipſo jure à ſui executione ordinis, vel officii arcetur.

*Ob mortale peccatum non notorium eſt quis ſuſpenſus, quoad ſeipſum non quoad alios. h.d.*

ATſi *a* crimen per ſententiam, vel per confeſſionem factam in jure, aut per rei ipſius evidentiam notorium non ſit: & ſi quilibet pro mortali peccato, quoad ſeipſum, ſit ſuſpenſus, quoad alios tamen pro ſuſpenſo non habetur: ideoque in officiis Eccleſiaſticis vitandus non erit.

*Quæ ſit ſuſpenſio judicis. h. d.*

IVdicis ſuſpenſio eſt, ut cùm ſententia quis ab eadem executione ex cauſa removetur.

*Suſpenſio ſolùm ordinem & ſtatum Eccleſiaſticum reſpicit: & privatio præſupponit habitum. h.d.*

ESt autem ſuſpenſio (velut Eccleſiaſtica cenſura conſiderata) reſpectu quodam aliquantò quàm excommunicatio, vel interdictum, ſtrictior: quippe quòd & excommunicatio, & interdictum non ſolùm clericos, verùm etiam laicos innectere poſſunt: at ſuſpenſio cùm nihil aliud ſit, quàm inhabilitas quædam ad exequendos ordines, & officia Eccleſiaſtica, nullos præterquàm ipſos clericos attingere poteſt. Nec enim ulli ejus ordinis, vel officii, cujus eſt penitùs expers, adminiſtratio vetari & interdici poteſt.

*Ingerens ſe divinis, incurrit irregularitatem. Et quid ſit irregularitas, h.d.*

CAvebunt *a* igitur Clerici, Iudices, & Eccleſiarum Prælati, ne pœnam hanc ſuſpenſionis incurrant, ſcituri, quòd ſi ea durante ſeſe divinis ingeſſerint (ſecundùm Canonicarum ſanctionum tenorem & diſtinctionem) irregularitatis laqueo ſeſe involvent, à quo interdum non, niſi per ſummum Pontificem, liberari poterunt. Eſt autem irregularitas, nota quædam, ſeu Canonicum impedimentum, ex facto ſeu defectu proveniens, quo quis tam ad Eccleſiaſticos ordines promoveri, quàm promotus in iiſdem miniſtrare prohibetur. quod qualiter accidat, tam ſuprà ex primo libro, quàm etiam ex variis Decretalium locis facilè eſt legentibus cognoſcere.

*Epiſcopi & ſuperiores nunquam incurrunt ſententiam interdicti, vel ſuſpenſionis, ipſo jure, niſi de ipſis expreſſa mentio habeatur. h. d.*

EA propter optima ratione Innocentiana *b* conſtitutione cautum eſt, ne Epiſcopi eorumque ſuperiores ullius conſtitutioni, ſententiæ, ſive mandati occaſione, interdicti, vel ſuſpenſionis ſententiam (niſi in ipſis de Epiſcopis expreſſa mentio habeatur) ipſo jure incurrant: eſſet enim hoc nimis periculoſum, ob Pontificalis officii, quod frequenter exercere compelluntur, executionem.

*Explicit liber quartus & ultimus Inſtitutionum Iuris Canonici: in quibus, ſi quid diverſum Lector inveneris ab his, quæ in Commentario jampridem edito delineata inveniuntur, ſcito ea Authorem, cùm ultimam Operi limam adhiberet, meliora ſecutum immutaſſe.*

a *C.fin.extr.de cohabit.cler. & mul.*

a *C.1.in fin.& c.is cui.de ſent.excom.in 6.* b *C. quia periculoſum.de ſent.excom.in 6.*

# FINIS.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Loci Communes

# RERVM ET VERBORVM MEMORABILIUM, EX UNIVERSO JURIS CANONICI CORPORE COLLECTI, ORDINE ALPHABETICO PER GENERA CAVSARVM ELEGANTI

methodo digeſti, prioribus omnibus antehac editis multò auctiores, locupletiores, accuratiores.

## LECTORI TYPOGRAPHUS S.

*Quem tibi, benigne Lector, priori hujus operis editione promiſimus,* JURIS CANONICI *theſaurum exactiſſimum, eum hac poſteriori exhibemus & præſtamus ampliſſimum, accuratiſſimum, ita ut quæ in priori compendio hactenus deſiderata ſunt, abundè hìc labore & induſtria noſtra reſarciantur, totumq́; Ius Canonicum longè lateq́; diffuſum, exiguis chartis arctatum & contractum videre, ipſumq́; brevem, perfectam & exquiſitam ſummam habere liceat. Opus, omnibus hactenus editis indicibus, repertoriis etiam ſummariis longè locupletiſſimum, perfectiſſimum, magno futurum cùm diſcentium tùm docentium commodo. Nec enim omnium meminiſſe, vel tenaciſſimæ memoriæ datum. Quantùm verò [ne ad pompam & ſpeciem à me hæc dici videantur] theſaurus hic priori indice locupletior ſit & auctior, ex utriuſque collatione conſtabit. Vale, fruere, & nobis de liberata fide gratulare, ſimulq́; ſtudium publicè inſerviendi boni conſule.*

## A

AAron; Summum Pontificem repræſentat. *diſt.21.c.1.§.1.* Aaronis exemplum proponitur Epiſcopis & clericis, ad ſe invicem honorandum. 95. *diſt. c. Eſto.* ¶ Aaronis virga, devorat virgas magorum. 26. *q.5. c. nec mirum. ante med.*

### *Quis Abbas ordinari vel eligi poſſit.*

Abbas Alterius monaſterii monachus non eſt ordinandus, niſi in monaſterio vacante idoneus non exiſtat, vel conſuetudo loci in contrarium extet. *de relig. domib. c. ne nimia.* ¶ Clerici in abbates non ordinandi. 18. *q.2.c. perVenit. cum c. ſeq.* Denique qualis abbas ordinari debet, traditur. 18. *q.2.c. abbatem. in fin.* ¶ Abbas quis eſſe poteſt in neceſſitate, licet non poſſit eſſe presbyter. *c. tuam. de ætat. & qual.* ¶ Abbas eſſe non poteſt non profeſſus. *c. cùm in magiſtrum. de elect.* ¶ In abbatem eligi poteſt eremita. *c. cùm monaſterium. de elect.* ¶ Abbas fieri poteſt quis de apoſtaſia rediens. *c. intelleximus. de ætat. & qual.*

### *A quibus eligi vel confirmari debeat.*

A Conventu eſt eligendus, non ab aliis. 18. *q. 2. c. abbas. c. abbatem. c. quam ſit. §. defuncto. Verſ. quem ſibi propria. c. abbas. Verſic. tamen eligant. item 16. q.7. c. ult.* Contradicit *d. q.2. c.1.* Cui objectioni reſpondet Gratianus. *d. c. abbas. §. ecce.* Sed & alii quàm monachi abbatem eligere poſſunt, ſi monachi ſint indomitæ cervicis, & effrænatæ ſuperbiæ. *d. §. ecce. & d. q.2. c. nullam.* Vel religioſis fœminis abbas ſit præficiendus. *d. q.2. c. qui religioſis.* ¶ Abbatem poteſt capitulum confirmare. *c. cùm dilectus. de conſuetud.*

### De Poteſtate, Auctoritate & officio *Abbatum.*

*Abbas* admittere non debet alienum monachum. 18. *q.2. c. abbates. §. monachi. Verſ. Vel qui monachum. item 19. q.3. c. ſtatuimus. Verſ. diſcedentem Verò. 20. q. 4. ult. in prin.* ¶ Vt abbates quolibet anno conveniant. *c. abbates. in princ. Verſ. qui ſemel in anno. 18. q.2.* ¶ Abbas diverſas cellulas, diverſáve monaſteria ne habeat. 20. *q.4. c. ult. §. abbats.* ¶ Locum ſuum deſerere poteſt cum licentia Epiſcopi. *can.8.* 18. *q.2.* ¶ Cum fratribus in conventu manere debet, atque in officio ſuo ſollicitus eſſe. *c. cùm ad. 6. §. abbas Verò. de ſtatu monach.* ¶ Abbati à monachis obedientia debetur. 18. *q.2. c. abbates. §. monach. & c. cùm ad. 6. §. abbas Verò. de ſtatu monach.* ¶ In poteſtate Epiſcopi eſt. 18. *q.2. c. abbates. in princ. c. monaſteria. c. abbatib.* ¶ Ne monachos vagari permittat. 18. *q.2. c. abbates. §. monachi. Verſ. aut per loca aliqua.* ¶ Abbas abſolvere poteſt monachum ab excommunicatione in ſeculo contracta, niſi mutilatio membri, vel effuſio ſan-

guinis ſit ſecuta, vel in Epiſcopum aut Abbatem manus injecerit violentas. *c. cùm illorum. de ſentent. excommunic.* ¶ Cum talibus poſſunt etiam diſpenſare abbates in ſuſceptis ordinibus in excommunicatione, ſi memoriam facti non habeant, vel peritiam juris: niſi factum ſit grave & notabile. *Ibidem.* ¶ Abbas poteſt excommunicare monachos ſuos vel canonicos. Idem poteſt Prior. *cap. cùm in Eccleſiis. de major. & obedien.* ¶ Abbas non benedictus ab Epiſcopo, ſuper hoc à tertio requiſitus, poteſt exercere ea quę ſunt officii ſui, Epiſcopo irrequiſito: ita tamen, quòd ſit primò confirmatus. *cap. ſtatuimus. de ſuppl. negligen. prælat.* ¶ Abbates Ciſtercienſes obedientiam faciunt Epiſcopo ſuo, *ſecundùm formam quæ habetur c. ne Dei Eccleſiam. de Simon.*

### De Remotione Abbatis.

Cauſæ ex quibus abbas eſt removendus, notantur 18. *quæſt. 2. c. ſi quis abbas.* & ſi infamatus, vel convictus ſit appellatione remota, nolit ſponte cedere, compellatur. *de Appellat. cap. quia nos.* & non à monachis, ſed ab Epiſcopo & vicinis abbatibus eſt loco removendus. *d. c. ſi quis Abbas. verſ. ab Epiſcopo, in cujus territorio. & d. c. nullam.*

### De Pœnis Abbatum.

De puniendis ſeu corrigendis abbatibus. *c. ult. §. ſi verò Abbates. eod. tit.*

**Abbatiſſa** moniales Benedicere, confeſſiones audire, & publicè prædicare non poteſt. *cap. nova quadam. 10. de pœnitentiis.* ¶ Poteſt etiam ſuſpendere clericos delinquentes ab officio, licèt non poſſit excommunicare. *de major. & obedient. c. dilecta.* & de electione abbatiſſæ *vide c. indemnitatib. 43. de electione. in 6.* ¶ Abbatiſſa nec prædicare, nec confeſſiones audire poteſt. *cap. nova. de pœn. & remiſſ.*

de **Abigeis** accuſatio cum inſcriptione & ſine ea proponi poteſt. 4. *q.* 4. *c. nullus. §. abacti. l. unica. C. de abigeis.*

**Ablata** violenter reſtituantur ante litem conteſtatam. *can.* 3. 3. *q.* 2.

**Abolitio** pœnam remittit, ſed infamiam non tollit. *can.* 8. 2. *q.* 3.

**Abortus** cauſam dans, ſi conceptum erat vivificatum & animal rationale, homicida eſt. *c. 20. de homic. volunt.*

**Abſens** Accuſare vel Accuſari per alium non poteſt. *can.* 18. 3. *q.* 9. neque judicari. *can.* 13. & 14. 3. *q.* 9. niſi contumax fuerit. *can.* 1. 3. *q.* 8. ¶ Appellare poteſt ex quo ſcit, ſi indefenſus fuit. *can. 29. §. ſi adverſus. 2. q. 6.* ¶ Fructus Beneficiorum percipit, ſi ſtudiorum cauſſa abſit. *ca. 22. de præben.* ¶ Inveſtiri poteſt per alium. *cap. 24. de præben.* ¶ Abſens in ſervitio Papæ vel Epiſcopi ſui non debet privari beneficio ſuo. *cap. cùm dilectus. de cleric. non reſi.* Idem eſt, ſi cauſam ſuam vel ſuorum agat. ¶ Contra abſentes non ſervatur ſententia diffinitiva lite non conteſt. & maximè ſi ſint abſentes cauſa ſtudii & peregrinationis. *cap. inter quatuor. de major. & obedi. item cap. conſultationibus. de offic. jud. deleg.* ¶ Abſens ſtudii cauſa in loco minus competenti fructus beneficii non recipiat. *cap. tua. de cler. non reſi.* ¶ Abſens diu vocatus, ſi venire noluit, privetur beneficio ſive dignitate. *cap. ex parte. de cleric. non reſi.* Et maximè ſi ſine juſta & neceſſaria cauſa, præſertim ſine licentia Epiſcopi moratus fuerit, & congruo tempore expectatus non redierit. *cap. inter quatuor. eod. titul.* Item, ſi Eccleſia patiatur defectum magnum de abſentia miniſtrorum, poſſunt abſentes revocari. *c. cùm ad hoc. eod. titul.* ¶ Abſens quis poteſt eſſe de licentia ſui prælati, vel cauſa ſtudii, ſive alia cauſa honeſta. *cap. relatum. eod. tit.* ¶ Abſente uno judicum, ſententia alterius non valet. *cap. cauſam. de offic. deleg.* ¶ Abſens ad electionem vocari debet, ſi tamen commodè poteſt. *cap. coram. de elect.* aliàs electio caſſari poteſt, niſi poſtea conſentiat. ¶ Abſens contumax lit. conteſt. condemnari poteſt. *c. pæn. de dol. & contum.*

**Abſolutio** dividitur in publicam & privatam. 26. *q.* 6. *cap. miniſtrare. §. ſed notandum.* ¶ Abſolutio pecunia redimi non debet. *cap. ad aures. de Simon.* ¶ Abſolutio occultato crimine non valet. *c. cùm pro cauſa. & c. officii. de ſent. excom.*

### Quis abſolvere poſſit?

*Abſolvere* poteſt capitulum, vide infr. eod. in Epiſcopus. ¶ Concilium abſolvere poteſt ob hæreſin excommunicatum, & hic non niſi à Concilio poteſt abſolvi. *cap. his verò. §. fin. cum c. ſeq. de ſentent. excommun. diſt. 50. 1. quæſt. 7. cap. ſi quis Epiſcopus.* jure novo aliud eſt. *cap. ad abolendam. 9. §. præſenti. verſ. ad arbitrium Epiſcopi. de hæreticis.* ¶ Delegatus ab eo, qui jus abſolvendi habet abſolvere poteſt. *cap. ult. de offic. ordin.* ¶ Epiſcopo non alii jus abſolvendi competit. 17. *q.* 4. *c. omnes.* 26. *quæſt. 6. cap. 1.* ſecus eſt ſi privata ſit abſolutio, non publica: tunc enim alius abſolvere poteſt. *d. quæſt. 6. c. miniſtrare. §. ecce quod. c. presbyteri.* item ſi Epiſcopus ſit abſens, & periculum ſit in mora. *d. quæſt. 6. c. Aurelius. ſi aliquis. §. ecce quod.* quatenus hoc procedat vide *d. c. Aurelius. verſ. debet presbyter utique conſulere. & d. quæſt. 6. cap. ſi quis de corpore. in fin. d. quæſt. 6. c. ſi aliquis. §. ſed ſi neceſſitate. c. pen. §. fin. cum c. ſeq.* item ſi eccleſia vacet, Capitulo jus abſolvendi competit. *c. un. de major. & obed. in 6.* ¶ Qui excommunicavit vel damnavit abſolvere poteſt, non alius, ſecundùm diſtinctionem *cap. cùm ab eccleſiarum. 3. in fin. cap. ad reprimendam. 8. in prin. & §. tu verò frater. cap. paſtoralis. 11. §. præterea. de offic. ordin. cap. venerabilib. 7. in princip. de ſentent. excom. in 6. 26. quæſt. 6. cap. 1.* ¶ Excommunicatus abſolvere non poteſt. *vide inf. in eod. in Hæretici.* ¶ Hæretici &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ci & Excommunicati, neque ligandi neque ſolvendi jus habent. 24. quæſt. 1. cap. audiVimus. §. fin. cum duob. cc. ſequentib. item de pœniten. diſt. 1. c. Verbum. ¶ Legatus de latere abſolvere poteſt eum, qui clericum percuſſit. c. ad eminentiam. 20. & c. quod de his. 26. in prin. d. tit. Plura infr. in legatus à Latere. ¶ Papa ab alio excommunicatos vel damnatos abſolvere poteſt. 9. quæſt. 3. c. fuit ſemper. ca. cũcta. §. ſed nec illa. c. cuncta. c. fratres. & clericus, qui quòd excommunicato communicaverit, fuit excommunicatus, non niſi à Papa poteſt abſolvi. cap. ſignificaVit. 18. de ſentent. excommun. neq; is qui ob incendium fuerit excommunicatus. cap. tua nos. 19. d. tit. neque is qui ob id quod eccleſiam effregit & expoliavit, fuit excommunicatus, niſi à Papa eſt abſolvendus. c. conqueſti. 22. d. tit. item qui contra interdictum vel excõmunicationem fecerit, nõniſi à Papa poteſt abſolvi. c. quicunque. 11. §. fin. & c. is qui in eccleſia. 18. §. is Verò. Verſ. a quo nequit. de ſenten. excom. in 6. & qui ob id quòd juſtitiam vel gratiam pecunia redemit, fuerit excommunicatus, non niſi à Papa poteſt abſolvi. c. 1. § decernimus. de ſentent. excommun. in extrau. com. item ſi quis clericum percuſſerit, & propterea excommunicatus, non niſi à Papa poteſt abſolvi. 17. q. 4. c. ſi quis ſuadente. in prin. item. c. 1. §. fin. & c. non dubium. 5. in fin. c. ea noſcitur. 13. §. alios autem. de ſenten. excom. 11. q. 3. c. ad menſam. §. juxta igitur hanc diſtinctionẽ. in fin. Fallit, ſi ſine periculo Papam adire non poſſit. c. de cætero. 11. & c. quamVis. 58. Verſ. niſi imminente. d. tit. ¶ Sacerdos ſimplex abſolvere poteſt laicum, ſi ob id, quòd excommunicato communicaverit, fuerit excommunicatus: ſi modò extra crimen illi communicaverit. cap. nuper. 29. d. tit. ¶ Abſolvitur de injectione manus violenta oſtiarius à ſuo Epiſcopo, niſi ſit caſus enormis. c. ſi Verò. de ſent. excomm. ¶ Abſolvuntur monachi & canonici regulares à ſuis abbatibus. c. monachi. eod. tit. ¶ Abſolvitur à ſolo Papa laicus literis falſis ſcienter utens. cap. dura. de crimine falſ. ¶ Mulieres & perſonæ quæ ſui juris non ſunt, ab Epiſcopo ſuo abſolvuntur. cap. mulieres. de ſent. excommun. Item potentes & delicati, quíque modicam læſionem intulerunt. cap. mulieres. eod. tit. Item cùm ex juſta cauſa excommunicator quæri non poteſt, vel difficulter inveniri, tunc abſolvi poteſt ab Epiſcopo vel proprio ſacerdote. c. nuper. de ſent. excommun. ¶ Legatus non miſſus à latere, tantùm de provincia ſibi commiſſa abſolvere poteſt. Sed legatus ſub prætextu ſuarum Eccleſiarum, nec de ſua, nec de alia provincia abſolvere poteſt. cap. excommunicatis. de offic. leg. ¶ Abſolvi poſſunt hoſpitalarii à prioribus ſuis. capit. canonica. de ſentent. excommun. ¶ Abſolvitur quis in neceſſitate, non obſtante contradictione, vel etiam appellatione partis adverſæ. cap. qua fronte. de appellat. ¶ Abſolutus à delegato ad excommunicatorem remittitur. cap. prudentiam. de offic. deleg. ¶ Abſolvi poteſt quis poſt mortem. Item legatus apud Deum abſolvitur ab eccleſia. capit. à nobis. de ſentent. excommun. ¶ Abſolvitur à ſolo Papa laicus juſſu abbatis monachum vel converſum percutiens etiam ex juſta cauſa; & ſimiliter jubens: niſi diſciplinæ cauſa faciat per ſeipſum ſolum, vel clericum & non laicum. cap. univerſitatis. de ſentent. excommun. ¶ Non abſolutus ſcienter ordinatus, ſi ſit ſecularis, perpetuò deponitur: ignorans factum vel ignarus juris à ſolo Papa abſolvitur. Si autem talis ſit religioſus, à ſuo abbate abſolvitur, niſi factum ſit grave & notabile. cap. cùm illorum. eodem titul. ¶ Abſolvitur ſervus de injectione manus violenta ab Epiſcopo ſuo, in fraudem faciens, ut ſervitio domini ſui ſe ſubtrahat, aut dominus ſine culpa ſua grave damnum incurrat ex ejus abſentia. cap. relatum. eodem titul. ¶ Abſolvunt ſe mutuò à minori excommunicatione contracta aliqui, poteſtate utrique collata. cap. duobus. de ſentent. excommun. ¶ Abſolutus non eſt quis ex ſola ſalutatione Papæ ſibi ſcripta. cap. ſi aliquando. eod. titul. Item nec qui pluribus excommunicationibus innodatus, ab una tantùm eſt abſolutus. cap. officii. eod. tit. ¶ Abſolvere quis non poteſt alienum parochianum, niſi de licentia ſui proprii ſacerdotis. cap. omnis. de pœnis & remiſſ. ¶ Abſolvendi namque poteſtas aliis poteſt committi in neceſſitate. cap. ex literis. de officio delegatorum.

## Ex quibus cauſis Abſolutio concedenda.

Sine cauſa Pœna remittenda non eſt. cap. cum ab. 3. de offic. ordin. ¶ Si damnatus Pœnitentiam egerit. 11. quæſt. 3. cap. plerunque. §. cauſæ ergo. cap. cùm aliquis. in princ. 27. quæſt. 1. cap. deVotam. §. etſi deſinent. item diſtinct. 50. cap. domino. §. fin. ſi tamen pœnitens vel ſatisfaciens ab errore ſeu peccato non recedat, non erit abſolvendus. 11. quæſt. 3. cap. tunc Vera. 24. quæſt. 2. cap. damnatio. in princ. cap. legatur. 27. quæſt. 1. cap. deVotam. in princip. ¶ Si Satisfactum ſit pro crimine. cap. 3. Verſicul. uſq; ad dignam ſatisfactionem. de offic. ordin. cap. ex literis. 11. de conſtitutionibus. ſed hoc ſi ex pluribus cauſis damnatus, pro omnibus ſatisfecerit. cap. cùm pro cauſa. 27. & cap. officii. 42. de ſent. excommunic. ſecus ſi pro delicto nondum ſatisfecerit, nec ablata reſtituerit. cap. peccatum. 4. de regul. juris, in 6. & Exemplum habetur. cap. quicunque. 2. in princip. Verſ. nec abſolutionis. de hæreticis. in 6. nam Peccati venia non datur, niſi correcto. cap. peccati. 5. dict. tit. Quòd ſi verò delictum, ob quod excommunicatus eſt, non fuerit manifeſtum, déq; jure excommunicationis dubitetur, tunc enim cautione præſtita, etiã ante ſatisfactionem abſolvitur. cap. ex parte. 23. de Verbor. ſignificat. cap. qua fronte. 25. §. fin. de appellationibus. c. 1. §. ideoq; mandamus. de his quæ Vi metusVe cauſa. cap. Venerabilibus. 7. §. porrò. & §. poteſt. de ſentent. excommun. in 6. item ſi periculum mortis inſtet: tunc enim præſtita cautione de ſatisfaciendo, abſolvendus eſt. d. c. qua



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fronte.25.& d.cap.venerabilibus.7.§.ſanè ſi certum.verſ.niſi periculum. ¶ Si ſententia ſit injuſta, abſolutio danda. c.cùm ad quorundam.7.de exceſſib. prælatorum.

*Forma & modus Abſolvendi.*

Cauſa cognita abſolutio indulgenda. c. Romana. 3.§.ſententias.de appellationib.in 6.11.q.3.c.plerunq; contingit. Secus ſi cauſa excommunicationis dubia, non manifeſta ſit: tunc enim excommunicatus cauſa etiam nondum cognita, ad cautelam poteſt abſolvi. cap.ex parte.23. de verb.ſignifi.c. cùm olim.24.eod. tit.c.per tuas.40. §. verùm ex verb. & §. quod ſi abſolutionis.c. venerabili. 52. de ſent.excom.c.venerabilibus.7.§.porrò.verſ.ſimiliter ſi ſuffraganeos.eod.tit.in 6. item c.1.§. ideoq; mandamus.de iis quæ vi metusvè cauſa. cap.prudentiam.21.§.6. verſ. cæterùm ſi vel. & cap.cùm contingat.36. de offic.delegati. Secus etiam ſi poſt appellationem interpoſitam quis ſit excommunicatus: nam & hic cauſa nondum cognita ad cautelam poteſt abſolvi. d.§.porrò.in pr. & d.c.venerabilib.7.§.ſed ſi ex cauſa.§.fin.item d.c.per tuas.40.§.nos igitur.verſ.quanquam apoſtolica.item c.cùm contingit.36.§.ad quod taliter.de offi.delegati. Niſi cauſa talis ſit, in qua appellare non licet.d.§.porrò.in prin.verſ.exceptis caſibus,in quibus. Fallit tertiò, ſi ſententia excommùnicationis intolerabilem contineat errorem. d.c.venerabilib.7.§.poteſt quoque.item d.§.ad quod taliter.& d.§.nos igitur.verſ.quanquam apoſtolica. ¶ Cautione interpoſita & de cautione eorum qui ob hæreſin excommunicati abſolvuntur,& ad Eccleſiam redeunt. vide 1.q.7.c.convenientibus.§.item Baſilius.c.ſi qui voluerint.c. quoties cordis.c.ſaluberrimum.cap.ſi quis epiſcopus.item 26.q.6.c.his qui in tempore.§.fin. & abſolvendus cavet de parendo mandato eccleſiæ. c.qua fronte.25.§.ſanè ſi quis.verſ.ab ipſo tamen. de appellationib. Gratiæ nihil tribuat judex in abſolvēdo.11.q.3.c.plerunq;. Contra interdictum eccleſiæ generale abſolutio quando valeat.c.præſenti.10.de ſentent.excomm.in 6. ¶ Impoſitione manus ante atrium Eccleſiæ.26.q.6.c.ult.in fin.cap. miniſtrare.§.publica. quod tamen fallit abſolvendo clerico.diſtinct.50.c.confirmandam.& c.illud quoque.in prin.diſtinct.82.c.presbyter.§.finitis tribus. item ſi in periculo mortis conſtitutus abſolvatur.26.quæſt.6.c.qui recedunt.in prin. ¶ Iuramento præſtito ab eo, qui abſolvitur, de parendo eccleſiæ vel excommunicatoris mandato, & de non committendo tale quid in poſterum. c.ex tenore.10.c.ad hæc.12.c.nuper.29.§.fin.c.venerabili.52.de ſentent.excommun.11.quæſt.3.c.cum aliquis.verſ.& de futuris. ſi tamen abſolvendus ob id, quòd excommunicato extra crimen communicaverat, fuerit excommunicatus, hic etiam ſine juramento abſolvitur. d.c.nuper.29.§.is autem qui. item ſi ſine ſcandalo juramentum præſtari non poſſit: tunc enim ſufficit manualis promiſſio c.ſuper eo.51.d.tit. item juramentum præſtatur ab eo qui impeditus, quò minus à Papa ut ordinario judice abſolutionem petat, ab alio abſolvitur: & jurare debet, ceſſante impedimento, ſe Papam acceſſurum, & mandatum Apoſtolicum ſuſcepturum.c.de cætero.11.§.fin.& c.ea noſcitur. 13.§.fin.de ſentent.excommun. De reliqua forma & ſolennitate abſolutionis, vide 11.quæſt.3.c. cùm aliquis. ¶ Abſolutus quis non habetur, niſi probet per literas, vel aliàs legitimè. c.ſicut nobis. de ſent.excommun. ¶ Abſolutio pro offenſa vel contumacia quomodo fieri debeat. c.ex parte.de verb.ſign.

*Quando abſolvendus.*

Quinta Feria ante Paſcha abſolutio facienda & peccata remittenda. c.de pœnit.de conſe.diſt.3. ¶ Non niſi peracta pœnitentia, eſt abſolutio indulgenda. diſtinct.50.c.abſit.c.ſi quis præpoſtere. c.domino.item 11.q.3.c.tunc vera.c.plerunque contingit.§.cauſa ergo.item de pœnitent.diſtinction.1.cap.nonnulli. Non niſi læſo ſatisfactum, & ablatum reſtitutum ſit, abſolutio eſt indulgenda.c.ea noſcitur.13.verſ.ſatisfacto juxta facultates.de ſenten.excom.

de *Abſolutione* retractanda agitur. c.ex parte. & c.ſignificavit.6.de officio ordinarii.

Infamia per reſtitutionem vel *Abſolutionem* non aboletur.2.q.3.c.Euphemium.§.hinc colligitur.c.ult.§.abolitio enim.& §.unde Imperatores.

*Abſolutus* in terra, erit etiam in cœlo abſolutus.24.q.1.c.quodcunque.

*Abſolutus* priſtinum ſtatum recipit. Niſi ex pluribus cauſis excommunicatus, ex una tantum non omnibus fuerit abſolutus.c.cùm pro cauſa.27. de ſentent.excom. item: Niſi per vim abſolutio ſit extorta. c.1.de his quæ vi metusve cauſa.in 6. tertiò fallit ſi injuſta ſit abſolutio. Quæ tamen exceptio reprobatur.c.venerabilibus.7.§.ubi autem. de ſentent.excommun.in 6. Quartò: Niſi ab alio, quàm à quo debuit, propter impedimentum aliquod abſolutus, ceſſante impedimento ei, à quo abſolvi debuit, ſe non præſentavit.c.eos.q.22.de ſentent.excom.in 6.Clement.1.§.fin.de pœnit.

qui *Abſolutus* eſt in periculo mortis pœnitentiæ tempore nondum peracto, ſi convaluerit, illud implere tenetur. 26.q.6.cap.ſi quis de corpore. c.qui recedunt.§.quod ſi ſupervixerit.c.is qui in. §.ſi ſupervixerit.& §.fin.item.c.de his verò.§. quod ſi deſperatus.

*De hæredibus Abſoluti.*

De hæredibus ejus qui poſt mortem abſolutus eſt ad ſatisfactionem cogendis, videatur c.a nobis.28. §.fin.de ſentent.excom.

Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis. c. acceſſorium.42.d.tit. adeò ut commiſſo principali & illud committatur. de offic.delegati.c.præterea.& cap.prudentiam.junct.capit.cùm ex injuncto. de oper.nov.nunc.

## DE ACCUSATIONIBUS.

An Accuſatio ſit juſta, ſeu Chriſtiano homini licita.23.q.4. De quo vide inf.in litera P. in Pœna. ¶ Accuſatio contra inopem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inopem & ſpoliatum & contra uſurarium pauperem eſt inanis. c. olim. de reſtit. ſpol. ¶ Ab accuſatione poteſt deſiſti ante inſcriptionem. c. licet. de accuſat.

### *Accuſare qui poßint, vel non.*

Primùm ſine legitimo Accuſatore nemo inter reos eſt recipiendus. cap. 1. de accuſationib. 2. q. 1. ca. nihil. c. inprimis. §. ſed & de perſonis accuſantium. 3. quæſt. 9. cap. dignum. in fin. 6. q. 1. cap. nos ſequentes. ¶ Accuſatus prior à reo accuſare non poteſt, niſi prior accuſatio ſit finita. 3. quæſt. 11. in princ. cum cap. ſequen. c. non eſt. in prin. c. neganda. 4. qu. 1. c. ult. §. fin. 6. q. 1. qui crimen. fallit ſi accuſator de majori crimine accuſetur. d. c. non eſt. §. hoc autem. item ſi re⁹ contra accuſatorem priorem inſcriptiones tantùm pendente accuſatione deponat: hoc enim facere non prohibetur. d. c. neganda. in fin. & d. c. neganda. in prin. ¶ Actor inimicorum epiſcopum accuſare non poteſt. 3. q. 4. c. detractores. item 6. q. 1. c. deteriores. ¶ Affinis Accuſati accuſare non poteſt, ut nec cognatus, familiaris, vel domeſticus. 3. q. 5. c. ſimilit. Verſ. Vel ad fines. c. accuſatores. Verſ. nec familiares. item 3. q. 11. c. ult. §. ſi quis enim. ¶ Alius pro alio accuſare non poteſt. 2. q. 6. c. ſi quando. Vide inf. in accuſator. ¶ Anathematizatus. Vide inf. eod. in Excommunicatus. ¶ Apoſtata. Vide inf. eodem Hæreticus. ¶ qui Calumniatus antea fuerit, vel prævaricatus, hic accuſare non poteſt. 2. q. 1. c. prohibentur. §. alij propter ſuſpicionem. item. 2. q. 3. c. ult. §. accuſator. ¶ Cognatus accuſati. Vide ſup. eodem Affinis. ¶ Cohabitans. Vide inf. eodem Domeſticus. ¶ Conſpirator accuſare non poteſt. d. q. 4. c. conſpiratores. ¶ qui Conſuluit ſortilegos & Magos, non poteſt accuſare. 2. q. 8. c. quiſquis. §. fin. item 3. q. 5. c. conſtituimus. Verſ. ſeu qui ad. ¶ Contentioſus homo accuſare non debet. 3. q. 5. c. ſuſpectos. & d. cap. ſimiliter. & d. q. 5. c. nullus. Verſ. nullus frequenter litigans. ¶ an Clericus clericum accuſare poſſit. 3. q. 5. c. de accuſationibus. c. accuſationes. c. accuſatores. in pr. cap. nullus. in fine. & Laicus, qui clericus non eſt, nec eſſe poteſt, clericum non accuſet. 2. q. 7. c. beati. §. finali. cum cap. ſequente. c. teſtes. in pr. & §. ſic & illud. cap. ſacerdotes. item 6. q. 1. c. omnes verò. Verſ. indignum eſt enim. cap. infames. §. hi nimirum omnes. item 15. q. 3. in pr. Verſ. generaliter enim. ¶ item Clericus laicum non accuſet. 2. q. 7. c. ſicut. & c. decretum. ¶ Culpabilis ipſe, & in crimine conſtitutus accuſare non poteſt. 6. q. 1. in princ. cum c. ſequente. & c. beatus. in pr. item c. qui crimen. item 3. q. 5. c. ſuſpectos. c. canonica. c. ſimiliter. c. nullus. hujus exemplum habetur. c. cum eccleſiaſtica. 3. de exceptionibus. ¶ qui Deſtitit ſemel ab inſtituta accuſatione, iterum accuſare prohibetur. c. licet. 14. de accuſationib. ¶ Detractor accuſare non poteſt. 2. qu. 4. c. detractores. ¶ Domeſticus inimici accuſati, vel ei cohabitans, non poteſt accuſare. c. repellantur. 7. de accuſationibus. item 3. q. 5. c. accuſatoribus. in princ. ¶ item Domeſticus vel familiaris judicis non accuſet. 3. q. 5. c. ſimiliter. in verbo Gratioſi. & 4. q. 4. c. pen. §. fin. cum c. ſeq. ¶ Eccleſiaſtica perſona non accuſat. Vide ſuprà in Clericus. ¶ Excommunicatus vel anathematizatus accuſare non poteſt. 4. q. 1. c. 1. in princ. cap. quod autem. 2. q. 7. c. in ſancta. 6. q. 1. c. illi qui. §. ſimiliter. c. omnes. 3. q. 4. c. conſpiratores. c. nullus. c. omnes. Niſi reus accuſatori excommunicato communicaverit. Sed hoc reprobatur. c. 2. de exceptionibus. quæ exceptio fallit in caſu. c. 2. de exceptionibus. ¶ Exterus & ignotus non accuſat. 3. quæſt. 5. c. canonica. Verſ. & eos, qui non ſunt eorum generis. item c. accuſatores. Verſ. nullus alienigena. ¶ Familiaris accuſati accuſare non poteſt. Vid. ſup. eodem in Affinis. quod fallit, ſi reus accuſatorem propter crimen, quod illi objicit, à ſua familiaritate antea non repulerit: hoc enim caſu accuſare poterit. cap. nulli. 5. de accuſationibus. 3. q. 5. c. nulli. in princ. ¶ Familiaris Iudicis. Vide ſuprà in Domeſticus. ¶ Filius parentes. Vide infrà eodem in Liberi. ¶ Hæreticus, apoſtata, vel aliâs vilis homo accuſare non poteſt. 2. q. 7. c. quærendum. c. alieni. c. pagani. item 3. q. 4. c. 1. c. beatus. c. ſi quis. item 3. qu. 5. c. ſuſpectos. canonica. c. nullus. item 4. q. 1. cap. 1. §. omnes etiam. c. quod autem. fallit, ſi hæreticus hæreticum velit accuſare. d. c. pagani. §. in hoc. & d. quæſt. 7. c. ſi hæreticus. in pr. ¶ Infamis accuſare non poteſt. d. cap. prohibentur. §. alii propter delictum. 3. q. 4. in pr. cum c. ſeq. 3. qu. 5. c. canonica. c. accuſatores. in fin. c. conſtituimus. c. ſimiliter. c. nullus. item 4. q. 1. c. 1. §. omnes etiam. 6. q. 1. in pr. cum c. ſeq. c. beatus. 6. q. 1. c. omnes. c. illi qui. c. ſumma. §. finali. cum c. ſeq. fallit ſi ex lege Iulia de annona infamis accuſet. 2. quæſt. 1. c. prohibentur. §. mulierem. Verſ. famoſi quoque. item ſi de hæreſi vel ſymonia infamis accuſare velit. 6. q. 1. c. nos ſequentes. §. ſed licet. Contradicere videtur d. q. 1. c. quæro ergo. Vbi Gratianus ſubjicit ſolutionem verſ. utrum hoc Auguſtini. ¶ Inferior ſuperiorem, vel minor majorem accuſare non poteſt. 2. q. 7. c. qualis. §. fin. cum c. ſeq. item c. majorum. c. quærendum. c. in ſancta. Verſ. & ſicut major. item 6. q. 1. c. beatus. in pr. Verſ. & qui eis coæquales. & §. finali. c. omnes verò. in fin. item 3. q. 5. c. accuſationes. in fine. fallit ſi major ſit hæreticus, & minor catholicus. d. q. 1. c. cùm majores. item ſi major exemplo ſuo ad interitum trahat juniores. 2. q. 7. cap. Paulus dicit. vel ſi major vita & moribus minore ſit deterior. d. q. 7. cap. qui nos. §. finali. cum c. ſequente. c. quanquam. c. puto. c. quæritur. ſed tamen ſi minor ſit irreprehenſibilis, accuſare poteſt. d. q. 7. c. criminationes. in princ. Inimicus accuſati ab accuſatione repellitur. 3. q. 5. c. ſuſpectos. & c. canonica. & d. c. nullus. Verſ. nullus, qui inimicitiis ſtudet. & d. c. omnes. in fine. item 3. q. 5. c. accuſatores. c. accuſatoribus. c. nulli. §. quod verò. c. ultimo. §. finali. item 23. q. 4. c. ea vindicta. §. ſed hæc vindicta. & c. ultimo. item de accuſationib. c. cũ P. 10. & c. meminimus. 13. 5. q. 5. in pr. cum c. ſeq. c. non omnis. c. non oſculatur. licet obſtet d. c. non oſculatur. §. fin. ſed ei reſpondetur d. q. 5. c. ult. §. ſed aliud. ¶ Inobediens Papæ non poteſt accuſare. 3. quæſt. 4. c. 1. & c. ſi quis. ¶ ſi accuſatoris nihil Interſit, accuſare non poteſt. c. illa præpoſitor. 3. de accuſationibus. ¶ Laicus clericum non accuſat. 2. q. 7. in princ. cum c. ſequente. c. nullus. c. laico. c. in



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſancta. c. laicos. c. ſicut. c. laici. item 6. qu. 1. c. beatus. c. ſacerdotes. c. ſunt plurimi. c. quieſcite. item 11. q. 1. c. clericum. in fin. item c. cum P. 10. de accuſat. & c. de cætero. 14. de teſtibus. Vide ſup. eod. in Clericus. ¶ Liberi parentes non accuſent. 2. q. 1. ca. prohibentur. niſi in crimine læſæ majeſtatis. 3. qu. 11. ca. epiſcop⁹. §. & in criminali. Verſ. crimen verò. ¶ Libertus epiſcopum non accuſet. 5. q. 5. c. accuſatores. §. finali. & c. nullus. ¶ nec Libertus patronum accuſet. 3. q. 11. c. ult. §. fi. 12. q. 2. c. epiſcopus. §. hujuſmodi autem. & §. in criminali. d. §. aliis per conditionem. fallit ſi ex lege Iulia majeſtatis accuſet. d. §. in criminali. Verſ. crimen verò. item ſi civiliter, non criminaliter agatur. 2. qu. 1. ca. prohibentur. §. liberi. ¶ qui in Magiſtratu poſitus eſt, accuſare non poteſt. 2. q. 1. c. prohibentur. in pr. ¶ in illegitimo Matrimonio conſtitutus, vel ei conſentiens, accuſare prohibetur. 3. qu. 4. c. conſanguineorum. ¶ Miles accuſare non poteſt. 2. qu. 1. cap. prohibentur. Niſi miles ex lege Iulia de annona accuſet. dicto cap. prohibentur. §. mulierem. Verſi. milites quoq;. Monachus clericum non accuſet. 2. quæſt. 7. cap. placuit. cap. nullus. in prin. 3. quæſt. 4. cap. hi qui. §. finali. 3. quæſt. 5. cap. canonica. §. finali. Contradicit dicta quæſtio ſeptima. cap. ultim. §. item Ioannes. reſpondetur per diſtinctionem dicti cap. nullus. §. ſed aliud. & dicta quæſt. 7. cap. negligere. cap. ſancta. item. De accuſationibus. cap. ex parte. 11. ¶ Mulier ab accuſando repellitur. 2. qu. 1. cap. prohibentur. 15. q. 3. in princ. & cap. de crimine. Niſi mulier ſuam ſuorúmve injuriam perſequatur. d. qu. 3. in princ. Verſi. niſi fortè ſuas. & ca. ex eo quod. §. finali. cap. certis de cauſis. in prin. & §. uxor tua. ſi tamen mulier maritum vel adulteram adulterii velit accuſare, hanc injuriam non poteſt perſequi. 32. q. 1. cap. apud miſericordem. §. publico. Hujus ratio eſt 32. qu. 5. cap. penultimo. §. ſed quæritur. cum cap. ſeq. item ut crimen læſæ majeſtatis mulier deferat. 15. quæſt. 3. cap. certis de cauſis. §. in quæſtionibus. cap. ſanè. §. unde aut. item ex lege Iulia de annona mulier accuſet. 2. quæſt. 1. cap. prohibentur. §. mulierem. ¶ Par parem, vel Superior inferiorem accuſare poteſt. 2. quæſt. 7. cap. pagani. ¶ Pauper accuſare prohibetur. 2 quæſt. 1. cap. prohibentur. §. nonnulli. & c. inprimis. §. ſed & de perſonis. ¶ qui Pecuniam antea ob accuſandum, vel non accuſandum acceperit, ab accuſatione repellitur. 2. quæſt. 1. c. prohibentur. ¶ Plures reos habens, accuſare prohibetur. 2. quæſt. 1. cap. prohibentur. ¶ Plures eundem de eodem crimine accuſare non poſſunt. cap. illa. 3. de accuſationibus. Niſi priore accuſatore deſiſtente alius eundem reum repetat. 2. quæſt. 1. cap. prohibentur. §. ab alio. ¶ qui in Probatione defecit adverſus eundem, vel alium, accuſatione inſtituta iterum accuſare non poteſt. 3. quæſt. 10. in prin. cum cap. ſequente. & cap. ultimo. item 4. quæſt. 6. cap. 1. cap. ſi accuſatorum. & cap. ultimo. Niſi accuſator propriam cauſam, non tamen criminalem vel eccleſiaſticam perſequatur. dicta quæſt. 6. cap. ultimo. Verſ. niſi proprias. Prohibitus accuſare poteſt ſuam ſuorúmve injuriam perſequi; hoc enim caſu accuſatio ei non deneganda. 2. quæſt. 1. cap. prohibentur. §. hi tamen omnes. 4. quæſt. 6. cap. omnibus. & cap. illud verò. Verſic. niſi proprias. item cap. ſi accuſatorum. Verſic. niſi proprias. & cap. ultimo. Verſic. niſi propias. item ſi hæreticus accuſetur. 4. quæſt. 7. cap. præſumunt. §. huic oppoſitioni. Verſi. cæterùm ſi à fide. item 6. quæſt. 1. cap. nos ſequentes. §. ſed licet. & cap. cùm majores. cap. quam. quod fallit, ſi hæreticus de alio crimine, quam de hæreſi accuſetur ab eo, qui eſt inferior in converſatione vitæ. dicta quæſt. 7. c. ſi hæreticus. §. ſed quæritur. item accuſare prohibitus poteſt, ſi inſtis in reum produci poſſit. dicta quæſt. 7. cap. teſtes. §. nunc demonſtrandum. Verſi. at quicunque. ¶ Pupillus accuſare non poteſt. 2. quæſt. 1. c. prohibentur. in princ. Niſi pupillus patris vel avi injuriam perſequatur. 15. q. 3. c. certis de cauſis. §. pupillis. ¶ qui Quæſtus cauſa accuſat, prohibetur. c. ſignificante. 5. qui matrimon. accuſare poſſunt. ¶ Raptor accuſare non poteſt. cap. conſanguineorum. Verſi. ſimiliter. de raptoribus. ¶ qui Renunciavit accuſationi, anteà præſtito jurejurando, ab accuſatione repellitur. cap. veniens. 15. de accuſationibus. ¶ Sacrilegus non accuſat. 5. quæſt. 4. cap. nulli. ¶ Servus dominum accuſare non poteſt. 3. quæſt. 11. cap. ultimo. §. ſi quis enim. & 2. q. 1. cap. ultimo. §. cauſa verò. 2. q. 1. cap. inprimis. §. quod autem dicitur. item non poteſt omninò ſervus accuſare. 3. quæſt. 5. cap. canonica. Verſ. aut libertas. cap. accuſatores. §. finali. cap. nullus. niſi ex lege Iulia de annona velit accuſare. 2. quæſt. 1. c. prohibentur. §. mulierem. item niſi ſervus mulierem, quæ cum propriis ſervis rem habuit, deferat. 12. quæſt. 2. c. epiſcopus. §. in criminali. Verſ. quæ cauſa. cum ſeq. ¶ Subditus prælatum vel magiſtratum ſuum accuſare prohibetur. 2. q. 7. ca. 1. c. ſacerdotes. c. qualis. c. ſententia. c. oves. c. ſunt nonnulli. c. ſi hæreticus. §. item quod dicitur. 3. q. 4. c. hi qui. 6. q. 1. c. oves. c. deteriores. 8. q. 2. c. ultim. in fin. Contradicit 2. q. 7. c. plerunque. c. teſtes. §. ecce oſtenſum. cum ſequentibus, uſq; ad c. clericos aut laicos. Item contradicit d. q. 7. c. criminationes. §. colligitur. & c. admonendi. fallit ſupradicta deciſio, ſi prælatus à fide exorbitaverit. nunc enim à ſubditis ſuis accuſari poteſt. 2. q. 7. cap. ſacerdotes. in fin. c. oves. Verſi. niſi à fide. & cap. præſumunt. item ſi prælatus nomine tantùm ſit, non vita. d. q. 7. c. non omnes. c. non omnis. c. ſecuti. c. qui nec. c. plerunque. §. fin. c. Paulus. item 8. q. 1. c. verer. Tertiò fallit, ſi clericus ſubditus prælatum accuſet. verùm hæc replicatio reprobatur. 2. q. 7. c. ſacerdotes. c. oves. §. item probatur. ex his authoritatib. c. plerunq;. §. item probatur. ex 3. q. 4. c. clericus. deniq; fallit ſi accuſator vir ſit probus, minimè criminoſus. d. §. his authoritatibus. d. q. 7. c. accuſatio. in pr. c. ſunt cum c. ſequente. & d. q. 7. c. accuſatio. in pr. c. ſunt nonnulli. §. fin. cum c. ſequente. item c. ſi hæreticus. §. item quod dicitur. ¶ Superior inferiorem accuſare poteſt. Vide ſuprà eodem Pari. ¶ Suſpecti accuſare prohibetur. 3. q. 5. c. ſuſpectos. c. canonica. c. accuſatores. §. fin. c. ſimiliter. c. accuſatores. c. omnes. in fine. item 3. qu. 8. cap. 1. in pr. ¶ Vilis perſona in dignitate conſtitutum accuſare non poteſt. Vide ſuprà eodem Hæreticus. item in Inferior. ¶ Accuſare

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cuſare me non poteſt, qui contra me teſtimonium tulit. c. meminimus. de accuſ.

*Quos accuſare liceat, vel non.*

§ Alium quàm qui crimen commiſit, accuſare ac punire non licet. 1. quæſt. 4. in princip. cum ſequentibus. uſq; ad c. quia præſulatus. c. crimen. c. Iudæi. ca. jam itaq; ca. non imputantur. item 24. quæſt. 3. in pr. §. unde per Ezechielem. & §. quia verò. item ca. 1. ca. certum. §. illicita. item ca. 2. §. finali. de his quæ fiunt à majore parte. & de conſecratione, diſtinct. 4. cap. quæris. in prin. § eum qui Coëgit ad crimen faciendum: nam & hic tenetur. 22. quæſt. 5. in princ. cum cap. ſeq. § Conſentientem in crimen: nam & hic propter ſuum conſenſum tenetur. 11. quæſt. 3. c. qui conſentit. 17. qu. 4. cap. omnes. 22. qu. 5. in princ. 27. qu. 1. cap. viduas. §. finali. item diſtinct. 86. cap. facientis. § eum cujus Conſilio crimen ſit commiſſum. hoc enim caſu uterque poteſt accuſari. de pœnitentiis. diſtinct. 1. cap. ſi quis iratus. cum cap. ſequente. § Defendentem crimen alterius: nam & hic ob ſuam defenſionem tenetur. dicto cap. qui conſentit. verſi. & defendit alium. item verſi. ſi quis peccantem defendit. Exemplum habetur dicta quæſt. 3. cap. ita corporis. & 14. quæ. 6. cap. 1. §. illud verò fidentiſſimè. § Mandantem. diſtinct. 1. cap. ſi quis iratus. cum cap. ſequente. § Poſteros, ſi pœna non ſolùm crimen committenti, ſed etiam ejus Poſteris lege ſpecialiter impoſita ſit: hoc enim caſu poſteri quoque puniuntur, exemplo criminis læſæ majeſtatis, niſi poſteri per fœmininam, non maſculinam lineam deſcendant. cap. ubicunque. 4. de pœnis, in 6. § non Propulſantem injuriam cùm poſſet. nam & hic tenetur. diſtinct. 83. in pr. cum cc. ſequentibus. item cap. conſentire. item diſtinct. 86. cap. facientis. item 23. quæſt. 3. cap. non in inferenda. cap. qui poteſt. c. ab Imperatoribus. & cap. ultimo. item 23. quæ. 5. cap. non putes. cap. non eſt. cap. qui vitiis. item 23. quæſt. 8. cap. præterea. item de ſententia excommunicationis. in 6. cap. dilecto. 6. §. & quidem. § Accuſari non debet de eodem crimine abſolutus. cap. de his. de accuſationib. § Accuſari non poteſt inimicus vel ejuſdem amicus. cap. repellantur. de accuſat. § Accuſari poteſt matrimonium poſt ternam denuntiationem, ſi antè non conſtabat impedimentum. ca. cùm in tua. qui matr. accuſar. poſſ. § Accuſari quis poteſt de diverſis criminibus in eodem libello. c. licet. de accuſ.

*Ubi accuſare liceat.*

in Loco, in quo crimen commiſſum eſt, regulariter reus accuſandus ac puniendus eſt. cap. 1. de raptoribus. 6. quæſt. 3. cap. Paulum. §. re vera. 3. q. 6. in pr. cum cap. ſequente. & cap. ultimo. 3. quæſt. 9. cap. nec extra. 6. quæſt. 3. cap. placuit. cap. ultimo. Niſi Papa permiſerit alibi accuſari. dicto cap. nec extra. verſi. ſalva tamen. vel cùm alibi de crimine conſtare poſſit, vel ſi per appellationem, vel recuſationem judicis cauſa aliò devolvatur. dicta q. 6. c. pulſatus. §. hoc autem. item ſi Epiſcopus accuſetur. dicta quæſt. 6. cap. ſi quis. in prin. 3. quæſt. 5. cap. accuſatores. §. nullus. denique ſi reus alibi deprehendatur. c. 1. §. contrahentes. de foro competenti. § in Templis, Cœmeteriis & aliis locis Eccleſiæ, cauſæ ſanguinis agi non debent. c. cùm eccleſia. 5. de immunit. eccleſ.

*Apud quem Accuſare liceat.*

Apud eum cujus Intereſt, accuſatio inſtitui poteſt. cap. illa. 3. de accuſat. § apud Magiſtratum Eccleſiaſticum accuſatio publica non competit. c. in archiepiſcopatu. 4. de raptorib. § Apud Stationarios accuſatio non competit. 4. q. 4. c. nullus. §. ſi quis ſe. de accuſat.

*Forma, & quemadmodum Accuſatio inſtituenda.*

Admonitio præmittenda accuſationi prælatorum. 2. q. 7. c. accuſatio. §. ſed ſi quis. c. ſi quis erga. § cum Cauſæ cognitione circa perſonam: nam accuſatoris, & accuſandi cauſa præmittenda. d. q. 7. c. ſi qui ſunt. c. quærendum. c. accuſatio. c. clericos. c. criminationes. in prin. item 3. q. 4. c. ſi quis à vero. in fin. 3. q. 9. c. habetur. & c. dignum. § per Epiſtolam accuſatio non poteſt inſtitui. Vide inf. in accuſator. § Inſcriptione accuſantis interponenda. Vide inf. in accuſat. § Accuſatio in Scriptis producenda eſt, ac legenda. 2. quæſt. 8. in prin. cum c. ſeq. Contradicit d. q. 8. cap. ult. in prin. Cui reſpondet Gratianus ibid. §. ſed Calixtus. § Subſcriptione accuſatoris interveniente. 2. quæſt. 8. c. ult. §. item ſubſcribere. § In accuſatione, denunciatione & inquiſitione qualiter ſit procedendum, habetur in c. licet. de ſimon. § Accuſandum non eſt per reſcriptum, ſed viva voce, contra matrimonium. cap. a nobis. qui matr. accuſ. poſſ.

**Accuſator** unde dicatur. c. forum. 10. §. accuſator. de verb. ſign. § Accuſare per alium non poteſt, neque per epiſtolam. 2. q. 6. c. ſi quando. 2. q. 7. c. criminationes. 2. q. 8. c. per ſcripta. in prin. 3. q. 9. c. abſente. c. non oportet. c. habetur. c. qui accuſare. c. dignum. c. abſens. c. ult. item 5. q. 2. c. relatum. 5. q. 3. c. in criminalibus. fallit ſi abſentiæ cauſa per procuratorem reddatur. 5. q. 3. in pr. cum c. ſeq. item de accuſat. c. veniens. 15. §. idem verò ad ſuum. item ſi accuſator in illuſtri dignitate ſit conſtitutus. 3. q. 9. c. abſens. item ſi civiliter ex crimine agatur: puta ſi maritus uxorem de adulterio accuſet, ut ab ea ſeparetur. cap. tuæ fraternitati. 5. de procurat. fallit denique ſi per modum exceptionis crimen objiciatur. c. ſuper his. 16. §. fin. de accuſat. § Accuſator cuſtodiæ ſimilitudinem patietur. 2. q. 8. cap. quiſquis. § Libelli inſcriptio ab accuſatore facienda. 2. qu. 8. cap. quiſquis ille. 3. q. 9. c. qui accuſare. verſ. inſcriptione videlicet. 4. q. 4. ca. nullus. §. inſcriptio ſemper. §. in aliis. & §. inſcriptio verò. quod fallit, ſi maritus uxorem de adulterio accuſet: hic enim inſcribere in crimen non tenetur. d. c. nullus. §. ſi maritus. item ſi de abigeatu accuſatio inſtituatur. d. cap. nullus. §. abact. item ſi per officiales crimen Præſidi nuncietur. d. cap. nullus. §. aliquando. vel ſi non per accuſationem, ſed per



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

denuntiationem crimen deferatur. *c. ſuper his.* 16. *in princ. de accuſat.* denique ſi per modum exceptionis crimen objiciatur: quod probatur ſimul & diſtinguitur. *d. c. ſuper his. §. cùm autem excipiendo.* porrò de modo & forma inſcriptionis, item iis quæ deſignanda vel inſcribenda ſunt, *vide 2. q. 3. c. Paulum. §. omnis igitur. q. 8. c. pen. item c. ult. §. quæ verò. & §. ſed etſi aliud*: ad formam etiam inſcriptionis pertinet ut accuſator ſubſcribat, vel alius pro eo, ſi literas neſciat. *d. c. ult. §. item ſubſcribere.* denique ſi in crimen inſcriptum non ſit, vel non rectè, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum poteſtas fiet. *d. c. ultim. §. quòd ſi libelli.* ¶ Accuſatori Probandi onus incumbit. 2. *q. 7. c. ſi quis epiſcop. &* 5. *q. 6. c. ultim.* quibus autem rationibus crimen probandum ſit, *paulo inferius inter officia judicis, regul. 4. cum ſequentibus docebitur.* ¶ Accuſatore deficiente, nihilominus indicitur purgatio infamato. *c. accedens. de accuſat.* ¶ Accuſatore deficiente, reus abſolvitur. *c. ut noſtrum. Ut benef. eccleſ. ſin. dim.* ¶ Accuſatoris injuſti pœna. *c. accuſaſti. de accuſat.*

de *Accuſatoribus*, Calumniatoribus, Prævaricatoribus, & Tergiverſatoribus. *Vide inf. unumquodque verbum in ſua litera.*

**Accuſatus** contumax coërcetur per excommunicationem. 4. *q. 5. in princ. cum c. ſequen.* ¶ Accuſatus apprehenſus Cuſtodiendus, niſi reus judicio ſiſti, vel de parendo juri ſatisdare ſit paratus. *c. ſi clericos.* 15. *§. fin. de ſentent. excomm. in 6.* ¶ Accuſatus non Recipiendus, nec occultandus. *d. c. 6. p. 3.* niſi recipientes ſint privilegiati ad recipiendum: ſed reprobatur. *c. unico. de privileg. in extravag. Ioan. xxij.* ¶ Accuſatus Defendere ſe per alium in criminalibus non poteſt, nec per epiſtolam. 3. *quæſt. 9. c. ultim. 5. q. 3. c. in criminalibus. in fin. & c. ultim. verſ. excepto publico.* quod fallit, ſi abſens ſit damnandus ad pœnam: hoc enim caſu quilibet potius pro eo verba faciens admittendus eſt, quàm abſens damnandus. *d. quæſt. 3. c. 1. ſi ægrotans. §. reos. item de accuſ. c. veniens. 15. §. idem verò.* item ſi illuſtris perſona de injuriis accuſetur: hæc enim per procuratorem ſe defendere poteſt. 3. *quæſt. 9. c. abſens.* denique abſentiæ cauſa per procuratorem reddi poteſt. *de hac re dictum ſuprà in Accuſatore.* ¶ Accuſatus ſuſpendendus eſt interim ab officio ſuo. 2. *quæſt. 4. ca. accuſat.* ¶ Accuſato interdicitur alienatio rerum Eccleſiaſticarum. *ca. prælatorum. de accuſation.* ¶ Accuſatus de crimine & convictus deponitur, per modum verò inquiſitionis convictus removetur, ſi eſt ſubditus, ſimpliciter: prælatus verò, removetur ab adminiſtratione. *ca. dilectus. eodem titulo.*

**Acolythi** unde dicantur. *diſt. 21. c. cleros. §. acolythi.* & de officio. *diſt. 25. c. 1. §. ad acolythum. diſt. 33. c. 1. §. deſervientes.* ¶ De modo ordinandi acolythum cavetur *diſt.* 23. *cap. acolythus.* ¶ Acolythus rem à Presbytero conſecratam alii ne porrigat. *diſt. 24. cap. 1.* ¶ Acolythus uxoratus tonſuram portare non tenetur. *c. Ioann. de cleric. conjug.* ¶ Acolythus uxoratus beneficium amittit Eccleſiaſticum. *ca. 1. eodem titulo.*

**Acquiſita** ab Eccleſiaſtico poſt promotionem cedunt eccleſiæ poſt mortem. *de ſucceſſ. ab inteſt. c. ſed hoc.*

**Acta** Iudicis non valent, niſi teſtibus juventur. *can. cùm à nobis. de teſtib.* ¶ Acta judicii temerè violans non poteſt impugnare. *c. coram. de off. & poteſt. jud. deleg.*

An **Actio** jure divino ſit permiſſa. 14. *q. 1. in pr. &* 23. *q. 4.* ubi vindicta prohibetur: contrarium tamen concluditur. *d. q. 1. c. 1. §. fin. cum duobus c. ſequen.* ¶ Actio litigioſa cedi ac emi prohibetur. *c. ult. §. cùm igitur. de alienat. judic. mutandi cauſa facta.* ¶ Actio Clericis & Monachis videtur deneganda. 14. *q. 1. in prin. cum c. ſeq. in prin.* fallit ſi de damno vitando, non de lucro captando agant. *d. q. 1. c. 1. §. hoc ita.* item ſi non ſuo, ſed alterius vel eccleſiæ nomine agant. *d. c. 1. §. aliud eſt. uſq; ad §. fin.*

*Actori* non debet licere, quod reo non permittitur. *c. non licet.* 32. *de reg. jur. in 6.* nam favorabiliores ſunt rei conventi, quàm actores. *cap. cum ſunt.* 11. *& c. in pari.* 65. *de reg. jur. in 6.*

*Actore* non probante reus abſolvitur. *de cauſ. poſſeſſ. & propr. c. cùm eccleſia.* ¶ Actor poteſt juramento probare intentionem, ſcil. in caſu *c. ſuper eo. de iis quæ vi met. cauſ. fi.* ¶ Actor quando poſſit reum ſub quo vult judice convenire, *vide in c. 8. 10. & 11. de for. compet.* ¶ Actore abſente per contumaciam, lite non conteſt. partis adverſæ teſtes recipiuntur. *c. cauſam. de dolo & contum.* ¶ Actor, niſi teſtibus & inſtrumentis deficientibus, non tenetur jurare. *c. ſicut conſuetudo. de probat.* ¶ Actor ab actione cadit, ſi juramentum calumniæ præſtare nolit. *c. ult. de jur. calum.* ¶ Actor ab accuſatione non repellitur, quandiu oppoſita excommunicatio ſibi non probatur. *c. exceptionem. de except.*

**Actus** legitimi conditionem non recipiunt, neq; diem. *c. act. 50. de reg. jur. in 6.*

**Adamus** natus eſt immortalis. *de conſec. diſt. 4. c. placuit igitur.*

**Adſcripticius** agrum, cui adſcriptus eſt, deſerere non debet. *cap. indicatum. 3. de immun. eccleſ.*

**Advena** Probare debet ordinem ante quam admittatur in ordinum ſuſceptione, vel ulterius promoveatur. *de cler. peregr. non ord. can. inter quatuor.*

**Adverſarius** injuſtè fatigans condemnatur in expenſis. *c. cæterùm. de reſcr.* ¶ Adverſarii gratiæ ſe committens non cadit ob hoc à jure ſuo. *c. ſanè. de renunt.* ¶ Adverſarius per viginti dies eſt expectandus in cauſa appellationis. *c. 1. de appell. in lib. 6.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# DE ADVLTERIIS ET STVPRO.

## *De Adulteris & Adulterinis.*

¶ Adulterans vir uxorem adulteram dimittere non poteſt. *c. ſignificaſti. de divort.* ¶ Adulteræ occultę non eſt deneganda pœnitentia. *c. officii. de pœn. & remiſſ.* ¶ Adulter cum adultera poſt mortem viri contrahere poteſt, niſi fidem dederit de contrahendo, vel actu eam duxerit: & antè vel pòſt, uxore ejus ſuperſtite, ipſam cognoverit. *c. veniens. & c. ſi quis. de eo qui dux. in matr. quam per adult. poll.* ¶ Adultera ſeparata ſine ſpe conjugii manet. *c. literis. de præſumt.* ¶ Adultera virum repetere non poteſt, niſi & ipſe ſit adulter. *c. conſtitutus. de converſ. conjug.* ¶ Adultera pœnitens reconcilianda eſt viro ſecundùm concilium. *c. gaudemus. cùm ibi not. de converſ. conjug.* ¶ Cum adulterinis filiis non faciliter diſpenſatur. *c. per venerabil. qui fil. ſint legit.* ¶ Adulterini filii non ſunt, qui ex muliere ſuperducta in facie Eccleſiæ, ignoranter vivente prima, gignuntur. *c. ex tenore. eod. tit.*

## *Adulterii vel ſtupri qui Accuſare poſſint.*

¶ Marito adulteræ imprimis accuſatio competit. *c. maritis. 4. de adult.* Niſi maritus ipſe ſit adulter. *c. intelleximus. 6. de adul.* ¶ Vxori adulteri accuſatio adulterii non competit. 32. *q. 1. c. apud miſericordem. §. hoc in mulieribus. cum ſeq. item q. 5. c. ultim.*

## *Quos Adulterii Accuſare liceat, vel non.*

¶ qui Adulterium commiſit. 27. *q. 1. c. nubendi. §. fin. item diſt.* 88. *c. fornicari.* definitio & differentia fornicationis, ſtupri, & adulterii traditur. 36. *q. 1. c. lex illa. §. ſed non omnis. cum ſeq.* Sanè omnis illicitus coitus definitur adulterium eſſe. 32. *q. 4. c. nemo.* & 32. *q. 5. c. illa autem. §. cùm ergo. verſ. at enim ait.* ſi quis tamen liberorum procreandorum non libidinis cauſa adulterium vel ſtuprum commiſerit, accuſari non poterat. 32. *q. 4. in princ. & c. dixit. in prin. c. objiciuntur.* ſed exceptio reprobatur. *d. q. 4. c. ſicut ſatius. in pr. c. recurrat. §. ſi. verſ. nec illorum. c. dicat aliquis. c. ſic non ſunt.* ¶ Coitus omnis extra legitimum matrimonium punitur. *d. c. nemo. §. quidquid. & d. §. cùm ergo.* ¶ Concupiſcentia ſola quoque punitur. *de pœnit. diſt. 1. c. ſi cui etiam.* 32. *q. 7. c. non ſolùm.* & ſi ob Defectum vel Sterilitatem uxoris cum alia concubuerit, accuſari poteſt. 32. *q. 4. c. ſicut ſatius. in prin.* ſi cum Deformi vel Paupere fornicatio ſit commiſſa. 14. *q. 6. cap. ult. §. quomodo.* ¶ ſi Deprehenſum in adulterio conjugem conjunx retinuerit. *c. ſi vir. 3. in pr. de adulter.* 32. *q. 1. in prin. c. ſicut. c. dixit. verſ. imò cum illa. c. ſi quis uxorem. cap. apud miſericordem. §. quod ſi in adulterio. & §. unde in nono.* ¶ qui Dimiſit uxorem ſuam ſine cauſa, accuſari de adulterio non poteſt. 27. *q. 2. cap. matrimonium. c. omnis res.* ¶ qui Dimiſſum dimiſſámve ob adulterium adulterii accuſatum Reduxerit. 34. *q. 1. c. non ſatis. §. rem novam. verſ. cumq́; egreſſa.* quod fallit, ſi repudiatus repudiatáve pœnitentiam egerit. *c. ſi vir ſciens. 3. §. fin. de adulteriis.* 32. *q. 1. c. de benedicto. c. quod autem. & c. non erit.* item fallit, ſi ob aliam, quàm adulterii cauſam quis uxorem dimiſerit: hanc enim recipere non prohibetur. 28. *q. 1. c. ſi quis gentilis.* ¶ Si quis Duas uxores ſimul habeat, vel unà duobus nupta ſit, accuſari poteſt, niſi per errorem & ignorantiam quis eam, quæ alium habet maritum, duxerit, vel contrà: is enim eáve ignorantiæ exceptione defenditur. 34. *q. 1. cap. cùm per bellicam. verſ. nec tamen culpabilis. item c. ſi quis neceſſitate. §. fin. cum c. ſequ.* Alia exceptio eſt: Niſi prior conjunx propter fornicationem dimiſſus dimiſſáve ſit. 32. *q. 7. c. quemadmodum.* ¶ qui per Errorem putans ſuam eſſe uxorē, cùm aliena rem habuerit, adulterii accuſari non poteſt. 34. *q. 1. §. ſi virgo. §. ſi. cū c. ſeq.* ¶ Si Inceſtus crimen ſit commiſſum, accuſare licet. 36. *q. 1. c. lex illa. §. inceſtus eſt.* ¶ ſi Liberorum cauſa adulterium commiſſum ſit, punitur. *ut ſup. eod. in pr. in adulterium.* ¶ Si quis contra naturam Luxurietur, vel mares cum maribus coierint. 32. *q. 7. c. adulterii. c. offerebat. c. flagitia. c. uſus.* ¶ ſi cum Meretrice, aut aliâs ignominioſa muliere ſtuprum ſit commiſſum, punitur. *d. c. 4. c. meretrices eſſe. & c. in eo.* ¶ Si quis ab alio Repudiatam uxorem duxerit, vel ſi qua repudiato nupſerit. 31. *q. 1. c. deniq́;. §. prima authoritas.* 32. *q. 1. c. dixit. q. 7. c. licitè. in princ. dominus. in fine. c. omnes. §. qui dimittit. verſ. & qui dimiſſam. item* 34. *q. 1. c. non ſatis. §. rem novam. verſ. cumq́; egreſſa.* ¶ ſi cum Soluta ſit commiſſum, punitur. 32. *q. 4. c. ſi non ſunt. §. finali. cum c. ſeq. q. 7. cap. fieri poteſt.* ¶ ſi cum Serva commiſſum ſit adulterium vel ſtuprum, punitur. 14. *q. 6. c. ult. verſ. ancilla.* ¶ ſi per Vim aliqua ſtuprum vel adulterium ſit paſſa, accuſari non poteſt: niſi vim paſſa non exclamaverit. 34. *q. 1. c. non ſatis. §. legat libros.* ¶ Amor Vxoris Immodicus & libidinoſus punitur. 32. *q. 4. c. origo. c. recurrat. §. fin. c. in eo. §. fin. & c. liberorum. in princ.*

## *Forma Accuſandi de Adulterio, & quemadmodum accuſatio fiat.*

¶ Iuramento accuſatoris interveniente. 35. *q. 6. c. ſi duo. §. fin. cum c. ſeq.* ¶ Confeſſio alterutrius non probat contra alterum, quoad pœnam, ſed quoad purgationem indicendam ſufficit. *c. ſignificaſti. 5. de adulteriis. 2. quæſt. 5. interrogatum.* ¶ Probatio inceſtus requiritur. 35. *q. 6. c. ſi duo. in princip.* ¶ Pœna. Vide in loco de Pœnis, in litera P.

## *De Advocatis & Poſtulantibus.*

¶ Advocati confeſſio non revocata præjudicat domino ſuo. *c. cùm cauſam. de appell. c. olim. de cenſibus.* ¶ Advocatum poteſt dare judex requiſitus. *c. ex literis. de off. jud.* ¶ & advocatus à judice ſic datus non poteſt recuſari per partem, quia judicis ſit domeſticus.

*Poſtulare* quid. 3. *q. 7. infames. §. eſt autem.*

*Advocati qui eſſe poſſint, & poſtulare.*

¶ Advocatus adverſus eum, pro quo antea poſtulavit, in eadem cauſa poſtulare quis prohibetur: niſi cùm antea contra patrem pupilli poſtulaſſet, poſtea tutor filii factus ratione ſui officii pro pupillo poſtulet. 3. *q.* 7. *c. infames.* §. *ſi contra.* ¶ Advocatus fiſci contra fiſcum poſtulare non prohibetur, excepta cauſa, in qua fiſci advocatus fuit. *d. c. infames.* §. *quamvis illi.* ¶ Qui cum Beſtiis pugnavit, vel operas ſuas, ut cum beſtiis pugnaret, locavit, prohibetur. *d. c. infames.* §. *ſimiliter. verſ. vel qui operas.* ¶ Clerici & monachi poſtulare prohibentur. 5. *q.* 3. *cap. ult. item De poſtulando. c.* 1. *c. ex parte.* 2. *& c. ult.* Niſi propriam cauſam perſequantur. *d. c.* 1. *verſ. niſi propriam cauſam. d. c. ult. verſ. niſi pro ſe ipſo.* item niſi eccleſiæ cauſam defendat. *d. c.* 1. *verſ. vel eccleſiæ ſuæ. & d. cap. ult. verſ. vel eccleſia ſua.* item niſi cauſam conjuncti defendat. *d. c. ult. ver. pro perſonis conjunctis.* item niſi miſerabilium cauſam defendat. *d. c. ult. verſ. aut miſerabilibus. item diſtinct.* 87. *c.* 1. *cum cap. ſeq.* denique niſi in judicio publico. 5. *q.* 3. *cap. ult. verſ. excepto publico.* ¶ Cæcus advocatus eſſe nequit. 4. *q.* 7. *c. infames.* §. *nam ut præmiſimus. verſ. vel propter caſum.* ¶ Exceptione poſtulans, à poſtulatione ſubmovetur. *d.* §. *qui adverſus ea.* ¶ Excommunicati poſtulare non poſſunt. *c. intelleximus.* 7. *de judiciis. c. decernimus.* 8. *de ſententia excommunicationis. in* 6. ¶ Fœmina poſtulare non poteſt. *d. cap. infames.* §. *alii prohibentur. c.* 2. *de judiciis. in* 6. Niſi fœmina pro ſe velit poſtulare. quæ exceptio non habet locum, ſi monaſtria pro ſe velit poſtulare. *d. c.* 2. § *cæterùm fœminæ. c. unicum.* §. *porrò ne moniales. de ſtatu regularium, in* 6. ¶ Hæretici poſtulare non poſſunt. *de pœnitentiis. diſt.* 1. *c. nemo vel in foro.* ¶ Honoratis urbis Romæ poſtulare permittitur. 3. *q.* 7. *c. infames.* §. *apud urbem.* ¶ Infamibus poſtulare prohibitum. *dicto cap. infames. in prin. &* §. *alii prohibentur. verſ. vel propter notam.* Niſi infamis pro ſe non pro aliis velit poſtulare. *d. c. infames.* §. *alii enim omnes.* item niſi pro parente, patrono, liberis, fratre & aliis hujuſmodi perſonis conjunctis poſtulare velit. *d.* §. *alii enim omnes. verſ. & pro certis perſonis. & d. cap. infames.* §. *permittitur.* denique niſi infamis in integrum ſit reſtitutus. *d.* §. *alii enim omnes. verſ. niſi in integrum reſtitutionem.* ¶ Minoribus ſeptemdecim annorum poſtulare interdictum. *d. c. infames.* §. *nam ut præmiſimus.* Quod extenditur ad minores viginti quinque annis. *c. qui generaliter.* 5. §. *finali. de procuratoribus. in* 6. ſed fallit in cauſis beneficialibus & cæteris ſpiritualibus, in quibus majori quatuordecim annis poſtulare permittitur. *cap. ultimo, de judiciis. in* 6. ¶ Monachus advocatus eſſe non poteſt. *Vide ſupra eodem. in Clerici.* ¶ Monaſtria ne pro ſe quidem poſtulare poteſt. *Vide ſupra eodem. Fœmina.* ¶ qui Procuratorem dedit ob id poſtulare, & cauſæ ſuæ adeſſe non prohibetur. *c.* 2. *in fine. de procuratoribus. in* 6. ¶ Prohibitus poſtulare, advocatus eſſe poteſt pro ſe, non pro aliis. *d. c. infames.* §. *his perſonis.* item ſi non ſponte, ſed neceſſario fungantur officio. *d. cap. infames.* §. *his perſonis. verſ. niſi fortè. &* §. *omnes.* item pro parente, patrono, aliiſque ſimilibus perſonis poſtulare poteſt. *d. c. infames.* §. *permittitur. &* §. *nurus.* Fallit tamen, ſi adfines, pro quibus poſtulare permittitur, eſſe deſierint. *d. c. infames.* §. *ad finitates.* alias ſi prohibitus poſtulare contrà fecerit, pœna poſtulanti ſtatuta eſt. *de pœnit. diſtinct.* 1. *c. quicunque.* ¶ Surdo poſtulare prohibitum. *d.* §. *nam ut præmiſimus.*

*Officia Advocatorum & Jura.*

*Advocati* ne cui patrocinium Denegent, cavetur. 3. *q.* 7. *d. cap. infames.* §. *ſi quis vero commonitus.* ¶ Honoraria exigere & accipere advocati non prohibentur. quod fallit clericis advocatis 15. *q.* 2. *in prin. cum cap. ſequente.* ¶ Paciſci cum cliente non debent advocati. *d. c. infames. d.* §. *præterea.* Ne de quota litis paciſcantur. *d. cap. infames.* §. *arceantur etiam.* ¶ Ut Ratione, non Probis certent, cavetur. *d. cap. infames.* §. *ſi quis adv.* ¶ Ne ex induſtria litem Protrahant, cavetur *d. cap. infames.* §. *præterea non licet. in fine.* ¶ Advocati & procuratores jurabunt, quòd injuſtam cauſam non ſuſcipient, nec fovebunt, & in cauſa quacunque non plus accipient, quàm 20. libras. *Turon. c. procurator.* 20. *de poſtul. Gregor. in Novell. cap.* 1. Pœna facientis contrarium eſt hæc: Receptor punitur reſtitutione & officii privatione, advocati per triennium, procuratores puniuntur in perpetuum. *Gregor.*

*Advocatus* non habentibus dandus. *c.* 1. *de officio judicis.* 3. *quæſt.* 7. *c. infames.* §. *ſi vero in au. &* §. *ſi quis autem.*

Æquitas Mater juſtitiæ. 25. *quæſtion.* 1. *capit.* 16.

Ætas ſi quem ſeniorem faciat non vita, graviter increpandus eſt. 2. *q.* 7. *c.* 28.

Affectus non ſufficit, niſi ſequatur effectus, ubi ex neceſſitate opus eſt facto. *c.* 1. *de eo qui mit. in poſſ. reſtit.* ¶ Affectus malus culpatur, licet non ſequatur effectus. *c. adoleſcens. de ſpon.*

Affinitas contrahitur per coitum fornicarium. *ca. per tuas. de probat.* ¶ Affinitas nulla eſt inter conſanguineos viri & uxoris. *cap. quod ſuper his. de conſang. & affin.* ¶ Affinitas ſuperveniens ſponſalia futura ſolvit. *cap. ſuper eo. de conſang. & affin.* ¶ Affinitas cauſata ex copula illicita, rumpit ſponſalia præcedentia, & privat facultate contrahendi matrimonium. *cap. ex literis. de eo qui cognit. conſang. uxor.* ¶ Affinitas iniqua non nocet ignoranti. *cap.* 2. *&* 11. *eod.* ¶ Affinitas prohibet abſtinere à conſanguineis uxoris, ſicut à propriis. *cap.* 1. *de conſanguin. & affin.* ¶ Affinitatis ... tium genus hodiè ſublatum eſt. *cap. non debet. eod.* ¶ Affinitate non obſtante, permittitur neophytis converſis, ut ſtent cum relictis fratrum ſuorum, ſed non permittitur poſtea de novo contrahere cum illis. *cap. Deus qui. de divort.*

**Afflicto** non eſt addenda afflictio. *c. ex parte. 5. de clerico ægrotante.* Nec flagellatis. *7. q. 1. c. 2.*

**Agere** non poteſt, qui exceptione vel replicatione impeditur. *c. 3. de except.*

**Aleæ** & taxillorum ludis non ludant, & nec interſint clerici. *c. clerici officia. de Vit. & honeſt. cleri.*

### De alienatione Rerum eccleſiaſticarum.

Alienationis verbum continet conceſſionem, donationem, & permutationem. *c. nulli liceat. de reb. Eccleſ. alien. Vel non.*

**Alienatio** rerum eccleſiaſticarum regulariter prohibetur. *cap. nulli liceat. 5. c. ſi quis. 6. de rebus eccleſiæ alienandis. extraVag. com. unica. eodem tt. c. fraternitatem. 2. de donationibus. c. ut commutationes. 2. de rerum permutat. c. 1. c. cùm nos. 3. & c. tua nuper. 8. de his quæ fiunt à prælato: cap. hoc conſultiſſimo. 2. de rebus eccleſiæ non alienandis. in 6. 10. q. 2. in prin. cum c. ſequente. 12. qu. 2. in prin. cap. apoſtolicos. cap. quiſquis. c. non liceat. c. indignè. c. Vulteranæ. cap. ſtatuimus. c. epiſcopus. Verſ. ſi quid de eccleſia. c. diaconi. c. quidquid. c. alienationes. c. abbatibus. c. ſi qua de. c. precariæ. c. ſicut. §. his omnibus. c. placuit. c. ſine exceptione. in prin. & §. epiſcopus. 16. quæſt. 1. c. quia juxta. c. poſſeſſiones. 17. quæſt. 4. c. 1. c. ratio. 18. q. 2. c. quum ſit. in princ. 10. quæ. 2. c. ea enim.* ¶ Sed tamen cùm aliquando alienari poſſint quæritur.

### Qui res Eccleſiaſticas alienare poſſint.

¶ Laicus alienare quandoque poteſt, ut ſi laicus decimas, quas ab una eccleſia habet, alii eccleſiæ donaverit. *cap. cum apoſtolica. 7. eodem titulo.* item ſi laicus jus ſuum patronatus, quod in eccleſia habet, eidem vel alii eccleſiæ contulerit. *cap. 1. in prin. de jure patronat. in 6.* ¶ Ne Papa quidem alienare poteſt. *12. quæſt. 2. c. non liceat Papæ.* Prælatus alienare poteſt, ſi alienans de ſuis rebus tantum det eccleſiæ, quantum eſt in re alienata. *12. q. 2. c. ſi quis quilibet. & 12. q. 5. c. ſi epiſcop.*

### Alienatio eccleſiaſticarum rerum permittitur, & quarum.

¶ Si Aedes Ruinoſæ, aut Deſtructæ alienentur. Quod probatur certo modo. *10. quæſt. 2. cap. hoc jus. §. ſi quas verò.* ¶ Feudum quoque eccleſiaſticum concedi poteſt, de quo antea quis inveſtitus eſt. *cap. per tuas. 5. de donationibus.* item ſi feudum apertum alii rurſus in feudum concedatur. *cap. ex parte. 2. de feudis.* ¶ Inutile alienari poteſt, ut ſi res alienata Inutilis ſit, & multis Præſtationibus onerata. *d. cap. ut ſuper. 8. §. fin. 10. quæſtione 2. c. hoc jus. §. prædium. c. hujuſmodi. §. fin. 12. quæſtione 2. c. non liceat Papæ. Verſic. niſi tantummodò. c. ſine exceptione. §. fin. c. terrulas. cum cap. ſequente. c. injuſtum. Verſicul. cum canonica.* ¶ Res ad menſam prælati vel capituli pertinens, alienare non poteſt. *c. ut ſuper. 8. & c. poſſeſſiones. 10. in prin. de rebus eccleſiæ alienandis.* Niſi, cùm quis juramentum præſtitiſſet de non alienandis rebus ad menſam ſuam pertinentibus, nonnullas res mobiles ad menſam pertinentes, vel de quibus dubitatur an ad menſam pertineant, alienaverit. *cap. ut ſuper. 8. de rebus eccleſiæ alienandis.* ¶ Mobilia aliquando alienari poſſunt, ſed hæc ſententia patitur multas exceptiones. nam alienari prohibentur mancipia, vel coloni adſcriptitii: certo tamen modo. *c. mancipia. 3. & cap. injuſtum. 4. de rerum permutat. 10. q. 2. c. 1. 12. q. 2. c. injuſtum.* item vaſa ſacra, veſtes, aut alia donaria ad religionem neceſſaria. *dicto cap. 1. Verſ. Vel Vaſa. item 12. qu. 2. c. Auguſtino. c. Apoſtolicos. itē extraVagan. com. unica. in prin. Verſic. & precioſa mobilia. de rebus eccleſiæ non alienandis.* ¶ Modica res alienari poteſt. *c. cæterùm. 3. de donationibus.* ¶ Monaſterium quomodo alienari poſſit. *16. quæſt. 7. c. nemini.* ¶ Pignori obligatum alienari non poteſt. *d. extraVag. unica in pr. Verſicul. hypothecam.* Niſi ſacra vaſa, veſtes aut alia donaria ad religionem neceſſaria pignori data ſint. *c. 1. de pignoribus.* quæ exceptio vera eſt, ſi neceſſitas urſerit. *d. c. 1. Verſ. niſi juſtiſſima neceſſitate.* aliàs ſi pro alieno debito res eccleſiaſtica pignori ſit obligata, non poteſt alienari. *cap. ſi quorundam. 2. de ſolutionib.* ¶ Remotam rem alienare licet. *d. ca. terrulas. Verſ. aut longè poſitas.* ¶ Vſusfructus tantùm rei eccleſiaſticæ alienari poteſt. *10. q. 2. c. ſi œconomus. cum c. ſequente.* quod fallit *Clement. 1. de rebus eccleſiæ non alienandis.*

### In quos Alienatio permittatur, vel non.

¶ Si Diſpenſatoribus eccleſiarum Liberiſve eorum, Cognatis vel Affinibus alienatio ſit facta, non valet. *cap. cùm clerici. 11. de cenſibus. 10. quæ. 2. c. hujuſmodi. §. quibuſcunque. 16. quæ. 1. c. in canonibus. §. generaliter.* ¶ Si Peregrinis Neceſſitate exigente largitio ſit facta, valet. *16. quæſt. 1. cap. poſſeſſiones. & cap. ult. in prin.* ¶ Servo eccleſiæ ſi quid epiſcopus à ſe manumiſſo Donaverit, valet. Quod probatur & diſtinguitur *d. quæſt. 2. ſi quos de ſervis.*

### Ob quas cauſas permittatur.

¶ Ob Aes alienum urgens res eccleſiaſtica poteſt alienari. Quod probatur certo modo. *10. q. 2. c. hoc jus. in prin. 17. qu. 4. cap. nullus res.* ¶ In Alimoniam pauperum alienatio valet. *12. quæſt. 2. c. gloria. c. aurum.* ¶ In Fabricam eccleſiæ donatio facta, valet. Quod probatur & diſtinguitur *17. q. 4. cap. quæſti ſunt.* ¶ Si Miſerationis intuitu ſervi eccleſiæ manumittantur, valet manumiſſio. *12. quæſt. 2. cap. cùm redemptor.* ¶ propter Redemptionem captivorum res eccleſiæ alienari valet. *10. quæſtion. 2. cap. 1. in fine. 12. quæſtion. 2. cap. apoſtolicos. in prin. Verſi. excepta cauſa. cap. & ſacrorum. c. ſacrorum. c. ſicut omninò. c. aurum.* ut &c.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

propter redemptionem terræ ſanctæ. *c.ult. §. fin. de voto.* ¶ item ſi Religionis intuitu res eccleſiaſtica monaſterio alienetur, valet. 12. *q.2.c.ſi epiſcopus.c.ultim.& qu.5.capitul. quia Ioannes.* 16. *q.1.c.poſſeßiones.verſ.aut monaſteriis.* quod fallit ſi id quod religionis intuitu alienatur, quinquageſimam vel centeſimam partem rerum eccleſiæ exceſſerit. 12.*q.2.c.pen.* ¶ ſi pro Remuneratione obſequii datum ſit, valet. *d.q.2. c.quicunque.c.eccleſiaſticis.*16.*q.1.c.poſſeßiones. verſ. niſi fortè.* Niſi in perpetuum pro remuneratione res immobilis data ſit. *d.c.poſſeßiones.verſ.ſic tamen ut hæc. & d.q.1.c.prædicator.§.illud autem.*

## *Quibus modis permittatur, vel non.*

¶ Donatione, *vide ſuprà eod. in loco com. in quos.* ¶ in Emphyteuſin dando res eccleſiaſtica alienari poteſt certò modo. 10.*q.2.cap.hoc jus.§.perpetua.* Contradicit. *c.nulli liceat.5.§.alienationis.verſ. & emphyteuticum perpetuum.c.ad audientiam.* 9.*de reb. eccleſiæ alienandis.c. hoc conſultiß.2.§. non concedendo.eo.tit.in 6. extravag.com.unica, in prin.verſ.nec non infeudationem.eod.tt.* Contradicit *item* 10.*q.2.c. de precariis.* admittitur tamen in terra non fertili & de ſylvis extirpata. *c. ad aures.7. d. tt.* Item admittitur in rebus ſolitis in emphyteuſin concedi.*d. verſ.nec non infeudationem.* ſi tamen emphyteuta biennio continuo non ſolverit canonem: hoc caſu emphyteuſis poteſt revocari.*d.§.perpetua.verſ.qui rem.* item ſi emphyteuta rem fecerit deteriorem: nam & tunc revocari poteſt.*d.§.perpetua.verſ.qui rem fecerit.* ¶ Locari poteſt res eccleſiaſtica ad tempus. *c. veſtra.* 2. *de locato & conducto.* Quod coarctatur in triennium.*extravag. com. unica. in prin.verſ. locationem & conductionem. de rebus eccleſiæ non alienandis.* item eccleſiæ laicis locari non poſſunt. *ca. ſecundum.6. in fin.ne clerici vel monachi ſecularibus negociis.* ¶ Permutatione quoq; res eccleſiaſtica alienari poteſt.*c.1.de reb.eccleſiæ alienandis. c.ad q.6.de rerum permut.*10.*q.2.c.hoc jus. §.ſibi invicem.* quod etiam verum eſt ſi Imperio vel Imperatori res eccleſiaſtica ſit Permutata.*cap.1.de rerum permut.*10.*q.2.c.hoc jus.§.ſed & permutare.* non tamen ſpirituale cum temporali Permutari poteſt.*cap.ult. de rerum permut.* ¶ ſi longi temporis Prescriptione alienatio ſit firmata, non valet. *d. §.contractus autem. verſ. nec præſcribendi etiam.* ¶ Reſtitutione rei oblatæ ei, quem profeſſionis pœnituit, ſeu aliâs beneficio privatur, res alienari poteſt.17.*q.4.c.hanc ergo.§.ſed notandum. & c. quod ad te.3.§. fin. de clericis conjugatis.* quod etiam verum eſt ſi oblata ei, qui poſtea filios eſt ſortitus, reſtituantur.17.*q.4.c.ult.§.quam laudabile.* ¶ ſi clericis in Stipendium datum ſit valet. 12.*q.2.c.ſæpè fit.* ¶ per Tranſactionem res eccleſiaſtica alienari poteſt. *c.ſtatuimus.2.c.contingit. 3. de tranſactionib.* Niſi ſine conſenſu prælati vel ſuperioris facta ſit tranſactio.*d.c.2.verſ.de aſſenſu epiſcopi.c. veniens.8. eo. tt.* ipſe tamen tranſigens dum vivit, nihilominus obligetur. *d. c.8. verſ. ne pacta inter alios.c.de cætero.5.eod.tt.* item clerici de beneficio inter ſe tranſigere non poſſunt. *c.conſtitutus.4.d.tit.c.cùm pridem.4.de pactis.c.non ſine.2.de arbitris.* mediatori tamen tranſactio iſta nocet. *c.ex literis.5.de tranſactionib.* item gratis, nullo dato vel promiſſo, tranſactio de beneficio facta valet. *c. ſuper eo.7.eod.tt.* de jure patronatus aliquo accepto non valet tranſactio.*c.præterea.9. d.tit.* item non valet ſi de ſubjectione ſpirituali ſit tranſactum.*c.præterea.10. d.tt.*

## *Forma Alienationis & quemadmodum ea fieri debeat.*

¶ ſi eccleſiæ Conditio per alienationem Melior ſit facta, valet alienatio.12.*q.2.cap. ſicut eccleſia. §. fin. c. ſine exceptione.* ¶ item ſi cum Conſenſu capituli & ſolenni Decreto interveniente facta ſit alienatio. *cap.paſtoralis.7.§.fin.de donationib.* 10.*q.2.c.hujuſmodi.§.quòd ſi neceßitas.*17.*q.4.c. nullus res.* item ſi capitulum ſciens alienationi non contradixerit. *cap.continebatur.2.de his quæ fiunt à Prælatis.* aliàs ſi ſine Conſenſu capituli & ſolenni decreto non interveniente facta ſit alienatio, non valet.*c.hoc conſultiſſ.2.in pr. verſ. & caſibus à jure permißis.2.§. contractus autem. de rebus eccl.non alien.in 6.* uti quoq; ſi ſine Conſenſu prælati alienatio ſit facta.*c.præterea.8.& c.cum clerici.*11.*de cenſib.*17.*q.4. c. in venditionibus. in pr.* quod tamen fallit.*in c.1.in pr.de jure patronatus.in 6.* deniq; ſi ſede vacante nullo defenſore conſtituto alienatio facta ſit, non valet.*c.1.de reb. eccleſiæ non alienand.in 6.* ¶ ſi Epiſcopus ſolus alienationi Conſenſerit, non valet.17.*q.4.c.in venditionib.§. etiamſi.* ¶ ſi Conſuetudo vel Statutum loci alienationem permittat, valet. Quod probatur certo modo.*d.c.3.verſ. & illius terræ conſuetudo.* Niſi conſtitutio loci laicorum ſit. *cap.ult. de reb. eccleſiæ alienandis.* Contradicit *c.ſine exceptione.*12. *q.2.* ¶ etiamſi alienatio Iuramento ſit firmata, non valet tamen.*c.hoc conſultiſſimo.2. §.contractus autem.de reb.eccleſ.non alien.in 6.* ¶ neq; Iuſſu quidem Imperatoris alienatio fieri poteſt.23.*q.8.c.convenior.* Niſi res alienata ab Imperat. ad eccleſiam fuerit profecta.10.*q.2.c.hoc jus.in pr.* videtur tamen rei eccleſiaſticæ alienatio valere, ſi Princeps aliquis ſæcularis res eccleſiæ alienaverit. 12.*q.2.c.de reb. c. qui res.2.de reb.eccleſ.alienan.* ¶ ſi Papa Permiſerit & Confirmaverit alienationem.12.*q.5.c.quia Ioannes.* ¶ ſi capitulum alienationem poſtea Ratam habuerit.*c.cùm nos.3.in fin. eo.tt.* Si res eccleſiaſtica licitè *Alienata* eſt, is cui ea eſt alienata, eam ultra debitum & naturam contractus Vſurpare non debet.*c.hoc conſultiſſimo.2.§.ex contractib.de reb.eccleſ.non alienan.in 6.* De *Evictione* præſtanda ei, cui res alienata fuit evicta, cavetur.*c.ad audientiam.9.§.fin.de reb.eccl.alienan.*10.*q.2.c.hoc jus.§.qui verò.verſ.ſed adverſus emptorib.* De redemptione eum.12.*q.2.c.Vulterana.§.ſit* ... enata *Vindicanda* ſeu Reſtituenda. 10.*q.2.c.ult.* ... *2.c.monemus. in fi.c.quiſquis.§.fin.* Quilibet ... clero rem repetere poteſt.*d.c.ſi quis presbyterum.* ... *6.§.fin. Alienatio* rei eccleſiæ licet non valeat, tamen alienans eam retractare non poteſt. *c. inter dilectos.8.de donationibus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Alius** poteſt pro me, quod per me non poſſum; tamen melius per me facerem. *c. quia propter. de elect.* ¶ Inter alios res acta aliis non præjudicat. *c. inter dilectos. de fid. inſtrum.*

**Altare** non magnam habens fracturam, nec tabula mota, non debet reconſecrari. *cap. ligneo. de conſec. Eccleſ.* ¶ Altare non reconſecratur, ſi aliquid addatur non conſecratum: quia ſacrum trahit ad ſe non ſacrum. *c. quod in dubiis. de conſecr. Eccleſ.* ¶ Altare, ad cujus honorem Eccleſia eſt conſecrata, ſi mota eſt menſa ſuperior, cum Eccleſia reconſecratur. *c. propoſuiſti. de conſecr. Eccleſ.* ¶ Altaris reconſecratio non cogit Eccleſiam reconſecrari. *c. quod in dubiis. eod. tit.* ¶ Altaria plura poteſt Epiſcopus ſimul una die conſecrare. *c. cùm ſis. eod. tit.* ¶ Altaria ſinè permiſſu Epiſcopi non ſunt erigenda. *de conſec. diſt. 1. c. nullus presbyter.* Superflua ſunt deſtruenda. *d. diſt. 1. cap. eccleſ. in fin.* Vt & ea quæ ſine ſanctorum reliquiis ſunt inſtituta. *d. diſt. 1. c. placuit.*

**Amiſsis.** Quibus modis adquirimus, iiſdem in contrarium actis amittimus. *c. 1. de reg. jur.*

**Ancilla,** ſi neſcitur, poſt contractum matrimonium repudiari poteſt, niſi ipſam cognoverit poſtquam ſcivit. *cap. propoſuit. de conjug. ſerv.*

**de Anima,** *Clement. 1. §. porrò doctrinam. de ſumma trinitate. 32. q. 2. ca. quod verò. §. hic de anima. c. Moyſes. de pœnit. diſt. 1. c. reſuſcitatus. diſt. 2. c. illa anima.*

**Animus.** Diverſitatem corporum diverſitas ſequitur animorũ. *c. quia diverſitatem. §. in prin. de conceſſione prabendæ.*

**Annulis** non utantur clerici, niſi quibus competit ex officio. *c. clerici. de vita & honeſt. cleric.* ¶ Per annulum poteſt Epiſcopus clericum inveſtire: *cap. cùm olim. de ſent. & re jud.* ¶ Annulus delatus ſignum eſt matrimonii contracti. *c. illud quoq; de præſump.*

**Antequam** dictio non ſemper implicat. *c. quod dicitur. 4. de verbor. ſignificationibus.*

de *Antinomia* concilianda ex cauſa, tempore & loco, *habetur diſtin. 29. in prin. cum tribus cc. ſequentib. diſt. 30. in prin. diſt. 31. c. ſi laicus. §. quod autem. cum c. ſeq. diſt. 31. in prin. cum c. ſequente. & c. penal. §. ſi quis igitur.* ¶ Antinomiæ canonum ita conciliantur, quòd ejus concilii ſententia tenenda eſt, cujus antiquior & major eſt authoritas. *diſt. 50. c. domino. §. in fine autem. 33. q. 2. c. hoc ipſum. §. in fine autem.* cæteras leges videto. *diſt. 19. c. in canonicis. diſt. 20. c. 1. cum c. ſequente. 11. q. 3. c. qui reſiſtit.*

**Antiſtes.** *diſtinction. 21. capitul. cleros. §. antiſtes.*

**de Apoſtatis** coërcendis. *cap. à nobis. §. de apoſtatis.*

## DE APPELLATIONIBUS.

Appellationis uſus. *2. q. 6. in princ. cum c. ſeq. & c. cum ſpeciali. de Appell.* ¶ Appellatio non excuſat aliquem à perjurio. *cap. brevi. de jurejur.* ¶ Appellatio non tuetur aliquem in notorio delicto. *c. qua nos. de appell.* ¶ Appellatio admittitur in parvis, ſicut in magnis. *Ibid.* ¶ Appellatio fraudulenter facta non valet. *c. ſuggeſtum. eod. tit.* ¶ Appellatio neminem excuſat, quin comparere debeat vocatus à legato. *c. cùm parati. eod. tit.* ¶ Appellatione eximitur quis à poteſtate ſui ordinarii. *c. directè. eod. tit.* ¶ Appellatio generalis non admittitur. *c. 2. eod. tit.* ¶ Appellatio ante litis ingreſſum dicitur provocatio, non appellatio. *c. cùm ſit Romana. & c. conſtitutus. eod. titul.* ¶ Appellationi in dubio deferendum eſt. *c. ſacro approbante. de ſent. excom.* ¶ Appellationi alterius qui non defert, nec ſuæ deferendum eſt. *c. an ſit. de appell.* ¶ Appellatione partis adverſæ non obſtante, abſolvitur quis, cautione præſtita de juſtitiæ obtemperando. *cap. qua fronte. de appellat.* ¶ Appellatio unius valet omnibus, cùm plures gravantur. *c. una ſententia. de appell.* ¶ Appellatio non tenet in his quæ dilationem non capiunt. *c. qua fronte. eod. tit.* Appellatio in omnibus articulis commiſſionis interdicta intelligitur, ſi in uno interdicatur articulo. *c. ſecundò requiris. eod. tit.* ¶ Appellationis articulo prætermiſſo, poteſt coram judice à quo litigari, non obſtante appellatione. *c. cùm teneamur. eod. tit.* ¶ Poſt appellationem delinquens, punitur ab ordinario, non obſtante appellatione. *c. 22. de appell.* Neminem enim tuetur in ſua nequitia appellatio. *c. ad noſtram. eod. tit.* ¶ Appellatio licet ſit remota de principali, appellatur tamen ſuper quæſtione incidente. *c. cùm teneamur. eod. tit.*

### *Qui appellare poßint?*

¶ Alius quàm qui condemnatus eſt vel qui egit, appellare non poteſt. *cap. cùm inter. 16. de elect. 2. q. 6. c. non ſolent. in prin.* Niſi alterius interſit: hic enim ratione ſui intereſſe agere vel appellare non prohibetur. *c. ult. §. fin. ut lite pendente nihil innovetur. in 6. c. cùm ſuper. 17. de re jud.* ¶ Abſens per contumaciam ſi condemnatus eſt, non poteſt appellare. *2. q. 6. c. ſunt etiam. 24. q. 3. c. de illicita. §. de conventione.* Fallit ſi ideò non adfuit, quòd ante definitivam ſententiam appellaverit. *probatur & diſtinguitur Clem. 1. de dolo & contumacia.* Item ſi ideò non adfuit, quòd dicat ſe libellum Principi dediſſe, & ejus expectare reſponſum: ſed reprobatur hoc. *2. q. 6. c. non ſolent.* ¶ Adiens de attentatis poſt appellationem interpoſitam, alium judicem, quàm appellatum, non poteſt appellare. *cap. ſollicitudinem. 54. de appellat.* ¶ Qui admittere nolunt antea appellationem ſui adverſarii, in eadem cauſa appellare ipſe non poteſt. *d. c. an ſit. 42. verſ. quòd cùm in eo qui. & c. conſtituit. 23. eod. tit. c. bonæ memoriæ. 23. §. dein inquireret. de electione.* ¶ Aperiens acta cauſæ ſigilla violando appellare non poteſt. *cap. cùm olim. 33. d. tit.* ¶ Si appellans poſt appellationem nonnulla contra appellationem attentaverit, ad appellationem non admittitur. *c. an ſit. 42. de appell.* ¶ Ne clericus laicum judicem appellet. *21. q. 5. in prin. cum ſeq.* ¶ Confeſſus appellare non poteſt, vel ſi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cauſa ſit manifeſta. *cap. cum ſpecial. 61. §. porrò. de appell. cap. Romana. 3. §. ſi autem poſt. eod. tit. in 6. c. 2. q. 6. cap. quicunque.* ¶ Qui Deſeruit antea appellationem ab alio gravamine factam, nihilominus appellare poteſt. *cap. directæ. 39. de appell.* ¶ Qui Iuravit quòd ſententiæ velit ſtare, appellare non poteſt. *cap. quæſt. 21. de appellat.* Niſi ſententia excedat limites juramenti & licitæ promiſſionis. *cap. ad hæc. 20.* ¶ Laicus eccleſiaſticum judicem appellare poteſt. *2. quæſt. 6. c. omnis.* ¶ Niſi Officialis à ſuo judice ob malè geſtum officium fuerit condemnatus, non poteſt appellare. *3. q. 6. c. et qui appellat. §. nulli quoq;.* ¶ Qui Renunciavit appellationi, vel litem coram judice, à quo appellaverat, poſtea proſecutus eſt, non poteſt appellare. *cap. gratum. 20. §. fin. de offic. delegat.* ¶ Appellare quis poteſt pro parochianis. *c. ad audientiam. de appellat.* ¶ Appellare non poteſt de crimine notorio accuſatus. *c. licet. de offic. jud. ordin.* Vt nec is cui indicitur purgatio ſuper infamia, niſi modus excedatur. *c. quod ad conſultationem. de ſent. & re jud.*

### *A quibus, ad quos appellare liceat, vel non.*

¶ Ab Arbitris delegatorum à Papa judicum Papa appellatur. *c. ab arbitris. 11. de offic. delegat. in 6.* Niſi ex compromiſſo Arbiter ſumptus pronunciaverit. Quod probatur, & diſtinguitur *2. q. 6. c. à judicib. cum c. ſeq. c. ſi quis epiſcop. §. arbitrarii tantùm.* Poteſt tamen à cōpromiſſario appellari, ſi in ordinarium, vel delegatum judicem ſit compromiſſum. *d. c. à judicib. verſi. ab his et ſi ut arbitrarii.* item ſi non omnes, in quos eſt compromiſſum, judicaverint. *d. q. 6. c. ſanè ſi ex conſenſu partium.* denique ſi non ſpontè, ſed jure cogente in arbitros ſit compromiſſum. *c. ab arbitris. 11. de offi. deleg. in 6.* ¶ Ab Auditore ſeu Subdelegato an provocetur, vide *c. ſuper. 27. §. verùm cùm totam. & §. ejus ergo. de offic. deleg.* ¶ A Capitulo ad Epiſcopum appellatur, ſed diſtinguitur. *c. à collat. 11. de appell. in 6.* ¶ A Civili judice Papa non appellatur, niſi ſit de temporali juriſdictione eccleſiæ. *c. ſi duob. 7. §. fin. de appellat.* ¶ A Compromiſſariis appellare licet. *vide ſupr. eod. ab Arbitris.* ¶ A Concilio provinciali appellatur Primas. *2. q. 6. c. placuit. 6. q. 4. c. ſi inter. 11. q. 3. c. presbyteri.* ¶ Non tamen ad tranſmarina concilia appellatur. *d. c. presbyteri. verſ. ad tranſmarina. & d. c. placuit. verſ. ad tranſmarina.* ubi additur exceptio hæc: Niſi Papa appelletur. ¶ A Delegato judice appellatur Delegans. *c. ſuper quæſtionum. 27. §. fin. de offic. deleg.* ¶ Etiam ſi datus ſit remota appellatione: nimirum ſi fuerit à dante alii delegata. *c. paſtoralis. 28. §. præterea. de offic. delegati.* Vel cùm duobus cauſa Delegata eſſet, ne ab iis appelletur, unus alteri ex iis vices ſuas commiſerit. *c. ſuper. 27. §. ſi verò. d. tit.* ¶ An ab Epiſcopo liceat appellare. *11. q. 1. c. omnes itaque. in prin.* Et ordinariè ab Epiſcopo Archiepiſcopus appellatur. *cap. Romana. 3. §. debet autem. de appellat. in ſext.* Niſi communi conſenſu comprovincialium epiſcoporum ſententia ſit lata. *6. q. 4. c. ſi metropolitanus. cum c. ſeq.* ¶ Ab Executore appellare non licet, niſi modum excedat. *c. novit ill. 43. de appellat. c. quod ad conſultationem. 15. §. fin. de re judic. 2. q. 6. c. ult.* ¶ Ad Hæreticum appellare non licet, vel ad eū qui non eſt Fidei catholicæ. *2. q. 6. c. catholicus.* ¶ A Iudice ita dato, ne ab eo appelletur, appellare non licet. *c. paſtoralis. 53. in prin. de appellat. cap. 1. de reſcriptis.* Niſi ſpecialis aliquis caſus [illegible] jure fuerit exceptus. *d. cap. 53. verſi. quæ à jure non indulgetur expreſſè.* Et quamvis appellatio executionem ſententiæ hoc caſu non impediat, tamen nihilominus gravamen appellantis per judicem appellationis poterit emendari. *d. cap. 53. verſicul. ſed ſi appellans fuerit.* Item à tali judice appellatur, ſi appellans Privilegium habeat appellandi. Sed reprobatur *d. cap. 1. de reſcriptis.* Item ſi alius, quàm cui judex datus eſt, ob ſuum intereſſe appellet: nam poteſt. *capitul. ſuper eo. 15. de officio. delegati.* Item à tali judice appellari poteſt, ſi ſententia manifeſtam contineat iniquitatem. *capit. inter cæteras. 9. de re judicat.* Præterea ſi cùm plura eſſent negotia, quibus judex datus eſt, alia eorum præcedant clauſulam, appellatione remota, alia eam ſequantur: hoc enim caſu clauſula illa ad ſequentia non videtur pertinere. *capit. inquiſitioni. 71. de appellat.* Niſi negotia ſint connexa. *dicto cap. 71. verſ. [illegible] plura negotia ſe minimè contingentia. & cap. ſecund. 41. in prin. eod. tit.* Vel ſi clauſula hæc Appellatione remota, in fine literarum fuerit repetita: tunc enim à nullo appellare licet. *d. capit. 71. verſ. niſi fortè in fine.* Item adverſus judicem datum, appellatione remota recuſatio poteſt objici. *capit. poſtrem. 36. dict. titul.* Vt & exceptio loci non tuti, ſi appellans ad locum non ſatis tutum in jus vocetur. *cap. ex parte. 47. eod. titul.* ¶ Legatus Papæ omiſſo medio adiri vel appellari poteſt. *cap. 1. de officio legati.* ¶ à Metropolitano ad Synodum provocatur. *6. quæſt. 4. cap. ſi metropolitan.* ¶ Ab Officiali generali Epiſcopi non appellatur Epiſcopus, ſed Archiepiſcopus. *cap. non putamus. de conſuetudine in 6. c. Romana. 3. in pr. de appellat. in 6.* ¶ Ad Papam omiſſo medio appellatur. *2. quæſt. 6. cap. ſi quis veſtrùm. c. omnes. cap. ad Roman. c. ſi quis putaverit. c. ad Roman. cap. ideò huic. c. decreto. c. qui ſe ſcit. c. arguta. c. ſi quis putaverit. c. ideò huic. cap. quoties. 3. quæſt. 6. c. accuſatus. & de Appellationibus. c. ſi duobus. 7.* Niſi conſuetudine aliter obſervetur. *c. Romana. 3. §. ab archidiaconis. verſ. niſi aliud. de appell. in 6.* ¶ A Primate regionis non appellatur. *6. q. 4. cap. ſi inter. §. fin.* ¶ A Pari par judex non appellatur. *2. quæſt. 6. cap. anteriorum. §. illo vero.* ¶ A Subdelegato ad priorem delegantem appellatur, ſi delegatus alii non ad ſubdelegantem [illegible] licet. ¶ A Subdelegato ad priorem delegatum cauſam ſubdelegaverit, quod probatur ſub [illegible] ditione. *d. c. ſuper quæſtionum. 27. §. porrò. & §. ſi verò. in fine. de offic. deleg.* Niſi ſubdelegans aliquid ſibi de juriſdictione reſervaverit: hoc enim caſu ſubdelegans eſt appellandus. *d. §. porrò. & §. ejus ergo. c. 27. in pr. verſ. ipſe namq; reſpondit. & §. ejus [illegible] c. 27. in pr. verſ. ipſe namq; reſpondit. & c. cum te conſulente. 18. eod. tit.* [illegible] *gatus.*

gatus.7.§. fin. eod. tit. in 6. item & alio caſu à ſubdelegato ad delegantem appellatur, ſi ex tribus delegatis duo vices ſuas non in totum ſubdelegaverint: hoc enim caſu tertio delegato cum duobus ſubdelegatis cognoſcente non ad ſubdelegantem, ſed ad delegantem provocatur. c. ſi duo. 3. d. tit. de officio delegati. in 6. Item ſi ſubdelegans excommunicatus vel mortuus ſit. cap. ſi is cui. 10. d. tit. vel ſi ſubdelegans negetur habere juriſdictionem: his enim caſibus omiſſo ſubdelegante ad delegantem appellatur. cap. ſi à ſubdelegato.14 eodem tit.

### A quibus Actibus appellare liceat, vel non.

¶ Si Apertura teſtamenti conceſſa ſit, non appellatur à tali ſententia: c. ult. §. ſi quis etiam auſus. de appellat. ¶ Ab Appellatione non admiſſa provocare licet; ut ſi metropolitanus à provinciali Epiſcopo appellatus, appellationem ſuſcipere nolit, ad ſynodum provocare licet. 6. q. 4. c. ſi metropolitanus. ¶ A Citatione ad locum non tutum licet appellare, etiam contra judicem datum cum clauſula, appellatione remota. cap. ex parte.47. de appell. ¶ à Correctione regulari non appellandum, niſi modus excedatur. c. reprehenſibilis. & c.22. de appellat. ¶ A criminali ſententia appellatur. Vide infrà eodem in ſententia. ¶ A Decreto perpetuo non appellatur. c. 29. de appellat. ¶ Ab Exiguæ rei ſententia appellatur. Vide in ſententia, infrà eodem. ¶ Ab Exceptione rejecta appellare licet, ut ſi cui exceptio, ne ultra duas diætas in jus vocetur, auferatur. c. olim.7. de exceptionibus. item ſi Exceptio non ſufficientis mandati vel litis pendentiæ per interlocutoriam ſit rejecta: ab hac enim interlocutoria licet appellare. c. ſignificavit. 48. de appellationib. item ſi exceptio rei petitæ in libello non deſignatæ per interlocutoriam fuerit rejecta. c. ſignificantib. 49. d. tit. variatum fuit hîc à Pontificibus: nam talis exceptio reprobatur c. cùm ſit.5. §. ſi verò. c. ſuper eo.12. in pr. de appellationib. 2. quæſt.6. c. qui ſcit. §. fin. c. non ita. & c. ſi quis. aliàs admittitur, ſi cauſa rationabilis coram judice, à quo ante ſententiam appellatur, non fuerit ab appellante expreſſa. c. ut debitus.19. de appellationibus. c. Romana.3. §. cùm autem. eod. titul. in 6. Iuxta hanc diſtinctionem intelligendum videtur c. ultim. de dolo & contumacia. in 6. ¶ A Fiſcalis negotii ſententia non appellatur. c. ult. §. quoties etiam. de appell. ¶ A Gravamine omni appellare non licet, ſi generalis ſit appellatio de omni gravamine, tam præſenti quàm futuro: c. inter cætera.2. de appellationibus. Niſi generalis appellatio reſtricta ſit ad certam cauſam. cap. conſuluit.18. eodem tit. ¶ à Gravamine ſublato non licet appellare. cap. cum ceſſante.60. d. tit. & c. ſi à judice.10. §. fin. eod. tit. in 6. ¶ ab Interlocutoria appellare licet. Vide ſuprà in eodem in Exceptio. exempli gratia, ut ſi judex quæſtionem habendam interlocutus ſit: ab hac enim interlocutoria poteſt appellari. dict. cap. non ſolent. §. ante ſententiam. ¶ à Poſſeſſione ſcripto hæredi decreta non appellatur. cap. ult. §. ſi quis etiam auſus. de appellat. ¶ à Poſſeſſione momentanea decreta non appellatur. 2. quæſt. 6. cap. ult. §. de poſſeſſ. c. ad hoc.37. de appellat. ¶ à Probatione exceptionum adverſus teſtes denegata, appellare licet. cap. ex parte.7. de teſtibus. ¶ à Sententia conditionali appellatur. cap. præterea. 40. de appellationib. ¶ à Sententia medio tempore à Papa confirmata appellatur. cap. bonæ memoriæ.3. de confirmatione utili. ¶ à Sententia in cauſa criminali appellare licet. 2. quæſt.6. c. liceat. item. cap. cùm ſit Romana.5. §. fin. de appellationibus. ¶ à Sententia exiguæ cauſæ permiſſa appellatio. cap. de appellationibus. 11. de appellationibus. ¶ à Sententia in cauſa fiſci vel tributariæ functionis non appellatur. d. cap. ult. §. quoties etiam. de appellationibus. ¶ A Sententia interdicti non appellatur. cap. ad hoc.37. de appellationibus. ¶ Appellari non poteſt contra convenientem, qui impetrat literas appellatione remota. cap. prudentiam. de mutat. pet.

### De Forma Appellationis, quoties & quemadmodum appellandum.

¶ Bis in eadem cauſa. cap. ſua nobis.65. de appellationib. 2. q.6. c. ſi autem. in prin. & §. unde in ſeptimo. ¶ Contra id quod perpetuo Edicto decretum eſt, non appellatur. c. conſuluit.29. de appellationibus. ¶ De Forma appellandi agitur. 2. q.6. c. poſt appellationem. §. forma verò. ¶ Fruſtratoriè appellare prohibitum: quod verum, ſi appellatio manifeſtè ſit Fruſtratoria. c. paſtoralis.53. in pr. verſicul. quod per appellationem. de appellationibus. 2. q.6. c. ideò huic. §. fin. c. qui ſcit. §. pater ergo. c. quicunque. ¶ Gradatim appellandum eſt, non omiſſo medio. cap. dilecti. 66. de appellationib. c. duo ſimul. 9. de officio ordinarii. cap. Romana.3. §. ab archidiaconis. de appellat. in 6. ¶ Coram Majori parte judicum eſt appellandum. Clement. 1. in prin. de appellationib. ¶ Contra Regularem diſciplinam, ſeu Correctionem non appellatur. c. ad noſtram.3. c. reprehenſibilis.26. §. nec ſubjecti. & §. fin. c. quia nos. 32. de appellationib. ¶ In Scriptis regulariter eſt appellandum. 2. q.6. c. poſt appellationem. §. fin. niſi quis ipſo die, quo ſententia fertur, apud acta viva voce appellaverit. 2. quæſt.6. c. ult. §. litigatoribus. ¶ Tertiò in eadem cauſa non licet appellare. cap. ſua nobis.65. de appellat. 2. q.6. c. ſi autem. in fin. §. unde in ſeptimo. ¶ Viva voce ne quidem apud acta appellare licet, ſi vel ab interlocutoria vel extraordinario gravamine ad Papam appelletur. c. 1. in prin. de appell. in 6.

### Quando appellandum, & quamdiu?

¶ Ante Sententiam definitivam non appellatur. 2. quæſt.6. cap. non ſolent. §. fin. ¶ Intra Statutum tempus appellandum eſt. 2. quæſtion.6. cap. propter ſuperfluam. nimirum intra biduum. 2. quæſt.6. c. biduum. §. palàm eſt. intra quinquendium d. qu. 6. c. propter ſuperfluum. item Decendium. d. quæſt. 6. c. anteriorum. in prin. & cap. quod ad c. onſul-

*tationem.* 15. *de rè judicata.* Plane quæ de tempore, quo biduum ac triduum currere incipiebat, jure antiquo ſtatuta ſunt, ad jus novum decem dierum transferri poſſunt. Biduum autem & triduum illud currere incipiebat ex die latæ ſententiæ. 2. *quæſt.* 6. *cap. biduum. in princip.* ſi ſententia ſub conditione lata ſit. *d. c. biduum.* §. 1. & *d.* §. *biduum. verſic. quid ergo. item c. præterea requiſiti.* 40. *de appellationibus.* Item fallit, ſi judex ſententiam Imperatori tranſmiſerit confirmandam, vel ut locus pœnæ aſſignetur: hoc enim caſu etiam à reſcripto Principis tempus appellandi currit. *d. c. biduum.* §. *ſi quem in inſulam.* item fallit ſi extrajudicialis ſit cauſa, in qua appellatur. Sed reprobatur. *c. concertationi.* 8. *de appellationibus. in* 6. item fallit ſi non per appellationem, ſed per aliud juris remedium gravamen proponatur. *d. c.* 8. *verſic. ſed ſi per contradictionem.* Denique fallit ſi in ſententia præcipiatur aliquid fieri intra certum terminum: hoc enim caſu videtur non niſi termino elapſo decendium currere. Sed reprobatur. *c. quod ad conſultationem.* 15. *de re judicata.* ¶ Item ſi appellans intra ſtatutum tempus dimiſſorias literas non petierit vel impetraverit, aut iter ad judicem appellationis non arripuerit, appellatio non valet. *d. c. propter ſuperfluam.* & *d. q.* 6. *c. ab eo. item Clement. quamvis.* 2. *de appellationib.* quod fallit, ſi non per appellantem, ſed per judicem ſteterit, quò minus ſuo tempore apoſtoli dati ſint. *d. q.* 6. *c. poſt appellationem.* §. *ſufficit. d. Clement. quamvis.* 2. §. *quod ſi judex.* & *c. ut ſuper.* 4. *in fine. cap. ab eo.* 6. *de appellat. in* 6. ¶ In appellationis termino præfigendo conſideranda. *c. cum ſpeciali. de appellat.* ¶ Appellationis proſequendæ annus unus vel duo, ſecundùm diſtantiam locorum, & perſonarum & negotiorum qualitatem breviatur. *c. cùm ſit Romana. eod. tit.* & *c. conſtitutus. ibid.* ¶ Appellari non debet poſt juramentum ad ſtandum eccleſiæ mandatis. *c. ad hæc. eod. tit.* ¶ Appellatio poſt ſententiam excommunicationis latam non tenet. *cap. paſtoralis. eod. tit.*

### *Ex quibus Regionibus appellare liceat, vel non.*

¶ Ex Aegyptiaco tractu vel Lybia appellatur Pręfectus Auguſtalis. 2. *q.* 6. *c. anteriorum.* §. *illud etiam.* ¶ Ex tractu Orientali appellatur Comes Orientis. *d. c. anteriorum.* §. *Orientalem autem.*

### *De Appellante.*

Appellans Acta edere & tranſmittere tenetur. 2. *q.* 6. *c. ult.* §. *judicib. c. ult. de probationibus.* ¶ Appellans apoſtolos ſeu libellos dimiſſorios à priore judice ad poſteriorem petere debet ac dandi ſunt. *cap.* 1. *in prin. verſic. petat apoſtolos.* & *cap. ut ſuper.* 4. *de appellat. in* 6. 2. *q.* 6. *c. poſt appellat. in prin.* Forma apoſtolorum præſcribitur *d. c. poſt appellationem.* §. *forma.* ¶ Cauſam appellationis appellans ante ſententiam reddere judici à quo appellatur, tenetur. *c. ut debitus.* 59. §. *cum autem.* & *c. cum ſpeciali.* 61. §. *exceſſu quoq. de appellationibus. c.* 1. *in prin. verſic. cauſam appellationis. eodem titul. in* 6. ſed ea judici à quo appellatum eſt, probanda non eſt. *cap. ſi à judice.* 10. *de appellat. in* 6. neque judex à quo appellationem denegare debet. 2. *q.* 6. *c. appellantem.* & *c. ultim.* §. *ſimiliter. item de appellationibus. c. de priore.* 31. ¶ Coram judice appellationis cauſa probanda eſt, quòd ſcilicet exceptio legitima non ſolùm fuerit oppoſita, ſed etiam non admiſſa: ideoque appellatio interpoſita. *c. dilecto.* 6. & *c. interpoſita.* 70. *in princip. de appellationibus.* & cauſa appellationis ab initio expreſſa mutari non poteſt, aliáque in proſecutione appellationis allegari. *Clement. appellanti.* 5. *eod. tit.* ¶ nec Appellatio à judice appellationis recipienda, nec remittenda. *cap. interpoſita.* 70. §. *eidem. de appellationibus.* 2. *q.* 6. *c. placuit. ult.* §. *fin.* ¶ Contumacia appellantis punienda. *c. reprehenſibilis.* 26. §. *ſi autem in quocunque. de appellationibus. c.* 1. §. *quod ſi appellationibus. c.* 1. §. *quod ſi appellator. eodem titul. in* 6. Appellans judicem appellatum mutare, & errorem ſuum corrigere poteſt. 2. *quæſt.* 6. *c. ult.* §. *ſi vero à quo.* ¶ Appellatio appellato inſinuanda. *dict. Clement.* 1. *verſic. eſt tamen appellatio.* & *Clement. cauſam.* 3. *de electione.* ¶ Iter ad judicem appellationis intra certum tempus accipiendum. 2. *q.* 6. *c. propter. verſi.* & *in his ipſis.* ¶ Proſequenda appellatio quando proſequenda, & quamdiu, item per quos & à quibus, dicetur infrà. ¶ Probare quæ liceat in cauſa appellationis. *Clement.* 1. *de cauſa poſſeſſion.* & *proprietatis. Clement. appellanti.* 5. *de appellationib.* ¶ Appellans videtur appellationi renuntiaſſe, cùm poſtea inducias petit, vel teſtibus nititur. *c. gratum. de offic. deleg.* ¶ Appellans intelligitur, qui iter arripit ad curiam Romanam. *c. bene. de appellation.* ¶ Appellantes cogendi ſunt à judice, à quo appellatum eſt, ad certum diem proſequi appellationem, vel judicio ſuo parere. *c. conſuluit nos. eodem titul.* ¶ Appellans injuſtè remittitur ad eum à quo appellavit, niſi fiat ſuper judicis recuſatione. *cap. cùm in eccleſia. eodem titul.* ¶ Appellans impotens proſequi, poſt biennium proſequi poterit. *c. conſtitutus. eodem titul.* & *c. ex ratione. ibid.* ¶ Appellans in criminibus manifeſtis non auditur. *c. cùm ſit Romana. eod. tit.* ¶ Appellans, appellationem ſuam non proſequens, contumax cenſetur, & condemnatur in expenſis. *c. ſæpè contingit. de appell.* & *c. reprehenſibilis. eod. tit.* ¶ Appellationem non proſequens incidit in juriſdictionem illius à quo appellavit. *c. reprehenſibilis. eod. tit.*

### *De Appellato.*

Appellati contumacia punienda. *d. c.* 1. §. *fin. item cap. cum ſpeciali.* 61. §. *exceſſu quoque. verſi. nullo autem.* & *cap. interpoſita.* 70. §. *fin. de appellationibus.*

### *De Appellationis Judice, ejusq; officio.*

*Appellationis* cauſa remittenda ad judicem à quo appellatum eſt, ſi conſtiterit malè appellatum eſſe. *cap. cùm in eccleſia.38. c. ut debitus.59. §. cùm autem. Verſi. etſi minus. c. cum ſpeciali.61. §. fin. de appellationib⁹. c. Romana.3. §. fin. & c. cum appellationib. 5. eodem tit. in 6.* quod fallit ſi cauſa nondum cognita remittatur. *c. accepta. 35. de appellationibus.* poteſt tamen remitti ſi partes conſentiant ut remittatur. *d. c. accepta. Verſi. niſi partes conſenſerint.* item ſi appellans cauſam remitti petat. *c. interpoſita.70. §. ille denique. de appellationib.* ſecundò fallit ſi judex à quo appellatum eſt, appellationem injuſtam admiſit: tunc enim ād eum remittenda non eſt. *c. cum appellationib. 5. de appellationib. in 6.*

*Appellatione* à definitiva facta, revocari etiam poteſt interlocutoria, licèt ab ea non fuerit appellatum, ut probatur & diſtinguitur. *c. ult. de appellationib. in 6.*

Si conſtiterit benè *Appellatum* eſſe, judex ad quem appellatum eſt, reſciſſa priore ſententia in cauſa principali procedere poteſt ac debet. *cap. ad probandum. 24. de re judicata. c. ut debitus. 59 §. cùm autem. Verſic. alioquin ipſe procedat. & c. cum ſpeciali. 61. §. exceſſu quoque. Verſi. appellationis cauſa. de appellationibus.* Niſi exceptio de ultra duas diætas non citando reo, propter quam fuit appellatum, probetur vera: hoc enim caſu quamvis benè appellatum eſſe conſtet, nihilomin⁹ tamen cauſa eſt remittenda. *c. olim. 7. de exceptionibus.*

*Sententia* priori caſſata, non punitur judex à quo, niſi inimicitia vel pecunia probetur corruptus. *2. q. 6. c. hoc etiam.*

Pœna *Appellationis* non obtinentis. *2. qu. 6. c. omninò.* hæc non operatur, ſi appellans ante ſententiam appellationi renuntiaverit. *d. q. 6. c. ul. §. ſi verò is qui.*

Si ad reſidendum in eccleſia admonitus *Appellaverit*, interim alius in locum ejus ſubſtituendus eſt. *c. pervenit. 28. Verſi. interim verò. de appellationibus.*

### *Appellatione pendente.*

*Appellatione* pendente nihil innovandum, eſtque de eo judici, à quo appellatum eſt, per judicem appellationis inhibendum: & innovatum ſeu attentatum reſcindendum. *2. p. 6. c. poſt appellationem. §. Vlpianus.* Ejus exemplum proponitur *3. q. 6. cap. accuſatus. Verſi. & dum iteratò. item de appellationibus. c. 1. & cap. ad præſentiam. 16. & cap. dilectis. 55. item c. licet. 4. de ſentent. excommun. in. 6. c. cùm olim. 32. de officio delegati. c. cùm tu fili. 16. de teſtib. c. dilecta. 10. de exceptionibus.* Quod verum eſt ſi etiam antequam Appellatio interpoſita eſt, fuerit innovatum. *cap. non ſolùm. 7. in prin. de appellationibus in 6.* item etiam ſi extrajudicialiter ſit Appellatum. *cap. bonæ. 51. de appellationibus. 6.*

### *Appellatione pendente quando aliquid innovari poſſit.*

¶ ut ſi Appellans quoque contra appellationem ſuam vel adverſarij ſui antea factam aliquid novaverit. *cap. conſtitutis. 23. de appellationibus in 6.* ¶ niſi per ſententiam excommunicatus ad cautelam Abſolvatur. *c. qua fronte. 25. d. tit.* ¶ ſi Appellans appellationem non Proſequatur. *cap. ad hæc. 27. cap. pervenit. 28. & cap. cum ſpeciali. 61. §. exceſſu quoq;. Verſi. quam ſi proſequi. de appellat.* ¶ ſi Appellatio aliquo jure non ſubſiſtat. *cap. ult. de dolo & contumacia. in 6. cap. non ſolùm. 7. in pr. Verſi. exceptis caſibus. de appellation. in 6.* ¶ ſi cùm ab adverſario dicatur appellationis cauſa Injuſta ſeu minus legitima, judex appellationis, nondum recepta appellatione velut ex cauſa probabili facta, cœperit de cauſæ veritate cognoſcere: tunc enim inhibere non poteſt. *dict. cap. Romana. §. quòd ſi objiciatur.* quod fallit, ſi à definitiva ſententia ſit appellatum: hoc enim caſu etiam ante receptam appellationem judex poteſt inhibere. *dict. §. quòd ſi objiciatur. Verſi. ante ſententiam. & dict. cap. Romana. §. ſi autem poſt.* ¶ ſi appellans agat de præbenda ſibi antequam vacaſſet promiſſa: hoc enim caſu ea poteſt alii *Conferri*, appellatione non obſtante. *cap. relatum. 3. de conceſſ. præbendæ.* ¶ ſi nondum Conſtet, cauſam per appellationem ad judicem inhibentem eſſe devolutam: tunc ab eo inhibendum non eſt. *c. Romana. 3. §. ſi verò vocatis. de appellationibus. in 6.* ¶ Deſerta cauſa Appellationis: ut ſi in alia cauſa vel quæſtione procedatur, quàm in qua appellatio eſt interpoſita. *c. cùm terreamur. 17. & c. præterea. 22. de appellationib.* quod fallit, ſi quæſtio in qua non eſt appellatum, ſine ea in qua appellatum eſt, expediri non poſſit. *c. ſuper eo. 10. d. tit.* item fallit, ſi propter plura crimina condemnatus, in gravioribus appellavit: hoc enim caſu in aliis minoribus executio ſuſpenditur *2. quæſt. 6. c. poſt appellationem. §. ſi quis ex pluribus.* denique fallit, ſi alterum alterius, ob quod appellatum eſt, ſit acceſſorium. *c. dilectis. 55. d. appellationibus.* ¶ ſi ab Electione à majore parte facta ſit appellatum. *c. 1. & c. ex ore. 3. de his quæ fiunt à majore parte.* item ſi duobus præſentatis, prior repulſus appellaverit: hoc enim caſu alterius Inſtitutio, quamvis pendente appellatione facta, valet. *cap. paſtoralis. 29. de jure patronatus.* ¶ ſi à ſententia Excommunicationis vel Suſpenſionis ſit appellatum. *c. paſtoralis. 53. §. verùm quia. d. tit. & c. is cui. 20. §. fin. de ſentent. excom. in 6.* ¶ ſi poſſeſſore condemnato, Fructus rei Sequeſtrentur. *2. quæſt. 6. cap. quoties poſt.* ¶ ſi judex Gravamen, ob quod appellatum eſt, revocaverit. *c. ſi à judice. 10 §. fin. de appellat. in 6.* ¶ ſi ab Interlocutoria ſit appellatum: hoc enim caſu procedi poteſt. *dict. cap. non ſolùm. 7. §. illa autem.* Niſi poſtea appellationis cauſam veram eſſe conſtet. *dict. §. illa autem. Verſic. donec appellationis cauſam.* item, Niſi legitima inhibitione facta innovatum ſit. *d. §. illa autem. Verſi. niſi judex appellationis.* ¶ ſi judex à quo appellatum eſt, Iusjurandum præſtiterit de ſententia



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

intra certum tempus exequenda. Sed hoc reprobatur. *c. Venientes. 19. de jurejurando.* ¶ ſi in integrum reſtitutione contra ſententiam petita, præſumptio ſit eam Malitioſè ad differendam executionem peti: hoc enim caſu executio fieri poteſt, cautione ab adverſario præſtita. *c. ſuſcitata. 6. de in integr. reſtitut.* ¶ ſi appellationi ſit Renunciatum. *cap. ut ſuper. 4. Verſic. niſi appellationi. d. tit.* ¶ ſi Tertius aliquis pendente appellatione aliquid innovaverit: hic enim de attentatis contra inhibitionem non tenetur. *cap. Romana. 3. §. in alium. de appellation. in 6.* ¶ ſi tres Conformes Sententiæ in eadem cauſa latæ ſint. *Clement. 1. de re judicata.*

### *Appellationi affinia remedia.*

*Accuſatio* & denunciatio perperam electi. *c. conſtitutis. 46. de appellationib.* ¶ Exceptio, Quod quisq; juris adverſus alium ſtatuit, ut ipſe eodem jure utatur, affine remedium eſt: Niſi ſtatutum jus non habuerit effectum. *De pœniten. diſt. 1. cap. hæc autem Verba.* ¶ in Integrum reſtitutio adverſus ſententiam etiam affine eſt remedium. Niſi pro libertate judicatum ſit, vel niſi Papa ſententiam dixerit. Quæ tamen exceptio reprobatur. *cap. tum ex literis. 5. de in integr. reſtit.* ¶ Nullitas, de qua judex qui ſententiam tulit, non executor cognoſcit. *c. de cætero. 5. de re judicata. cap. paſtoralis. 28. §. quia verò ſæpe. de officio delegati.*

ex L. **Aquilia** de damno dato actio adverſus dantem competit. *c. ult. in prin. de injuriis.* etiam ſi per ignorantiam vel imperitiam damnum dederit. *d. cap. ult. in prin. Verſ. aut hæc imperitia.* fallit, ſi actor damnum evitare potuit. *cap. damnum. 86. de reg. jur. in 6.* ¶ Si Cauſam & occaſionem damni dedit, de damno dato tenetur. Niſi quis licitum faciens alteri cauſam vel occaſionem damni dedit. *23. q. 5. c. de occidendis. §. qui verò repelluntur, uſque ad §. fin.* item fallit ſi ne damnum accideret, nihil ex contingentibus omiſit, & ita culpa caret. *c. ult. §. fin. de injuriis.* ¶ Si Domum vel ſuperficiem aliam incenderit, punitur. *cap. ſi quis domum. 6. de injuriis. 23. q. 8. c. ſi quis membrorum. cum c. ſeq.* ¶ Si quis Foveam fecerit, in quam alienum pecus ceciderit, is qui foveam fecit, de damno dato tenetur. *c. ſi quis. 2. de injuriis.* ¶ Si Fructus alienos immiſſo pecore depavit, de damno dato tenetur. *c. ſi læſerit. 4. d. tit.* ¶ Si Ignem immiſit in alienam ſegetem, de damno dato tenetur. *c. ſi egreſſus. 5. dict. tit.* ¶ Si Liberum hominem vulneravit, punitur. *c. 1. de injuriis. & d. c. ſi quis membrorum. in prin.*

**Arbiter** is eſt, qui conſenſu Litigantium in Iudicem eligitur, ut ipſius ſententiæ ſtent. *2. q. 6. cap. a judicib. §. quod de arbitris. & c. placuit. 2.* ¶ item nullus arbiter eſſe poteſt in ea cauſa, in qua fuit judex. *3. quæſt. 7. c. ante finem. §. ſi quis vero.* ¶ Arbiter ſuper ſpirituali non poteſt eſſe laicus, niſi auctoritate ſuperioris. *cap. per tuas. de arbitr.* ¶ Fœmina arbitra eſſe poteſt ſecundùm conſtitutionem terræ, non aliter. *cap. dilecti filii. de arbit.* ¶ Arbiter non poteſt infirmare ſententiam per jus latam. *capit. expoſita. eodem tit.* ¶ Arbiter tantum judicat de his, de quibus eſt compromiſſum. *cap. cùm dilectus. eo. tit.* ¶ Ab arbitro non requiritur ſuper ſententiæ dubitatione interpretatio, ſed à ſuperiori. *c. cùm olim. eod. tit.* ¶ Arbiter non poteſt infirmare ſententiam per jus latam. *cap. expoſita. eod. tit.* ¶ Arbiter in cauſa reſtitutionis in integrum eſſe non poteſt. *cap. cauſa. de reſt. in integ.* ¶ Coram arbitris conventus, non poteſt convenire convenientem. *cap. cùm dilectus fil. de arb.* ¶ Arbitri quot eligantur. *c. ſane. eo. tit.*

**Arbitrium** injuſtum per ſuperiorem corrigi debet. *cap. non ſine multa. eod. tit.* ¶ Arbitrium contra jus & formam compromiſſi non tenet. *cap. pervenit. eod. titul.* ¶ Arbitrio judicum compelluntur partes ſtare, ſi juſtè ſit arbitratum. *cap. dilecti. & capit. cùm olim. eod. tit.* ¶ Arbitrium inter privatos in damnum eccleſiæ non valet. *cap. pervenit. eod. tit.* ¶ In arbitrium ſub certa pœna compromitti poteſt. *cap. literas. de præſump.* ¶ In arbitrium licet compromittere in rebus ſpiritualibus. *cap. cum apoſtolica. de his quæ fiunt à præ.* ¶ Arbitrium finitur uno adverſario defuncto. *capit. ex parte. de arbit.* ¶ Arbitrium valet authoritate ſuperioris, quod aliter non valet. *cap. cum a nobis. eod. tit.* ¶ Arbitrium, ſi malè recognoſcitur arbitratum, non tenet. *cap. non ſine multa. eod. tit.*

**Archidiaconus,** ſi Epiſcopus negligens fuerit, à clero eligi poteſt. *diſt. 89. cap. Volumus. §. hanc colligi.* officia ejus enumerantur. *diſtinct. 25. cap. 1. §. hi ſunt ordines. uſque ad §. archipresbyter.* item Archidiaconus vicem gerit Epiſcopi in omnibus, & major eſt poſt epiſcopum. *cap. 1. & cap. ad hæc. 7. §. archidiacon. Verſi. ſecundum Vers. de officio archid.* ¶ Archidiaconus ponit Abbates & Abbatiſſas in ſede. *d. c. 9. in fin.* ¶ Acolythos ordinare debet. *dict. c. 2. §. fin.* ¶ Archidiaconus non dat Commendatitias ad ordines. *cap. ſignificaſti. 8. eod. tit.* ¶ Quæ Corrigenda in diœceſi videt, corrigere ac emendare poteſt ac debet. *d. §. fin. & c. ad hæc. 7. §. item in epiſ. eo. tit.* item Omnis ſollicitudo & cura cleri & eccleſiarum ejus ad archidiaconum pertinet. *c. 1. Verſ. & omnem curant. cap. ad hæc. 7. §. archid. Verſ. parech. & Verſ. omnem ſollicitudinem. de officio archidiaconi.* ¶ Curam animarum ſine licentia epiſcopi nemini committere debet. *c. cùm ſatis. 4. d. tit.* ¶ Cuſtodia vaſorum eccleſiæ ad archidiaconum pertinet. *c. ea quæ. 2. d. tit.* ¶ Decani rurales per epiſcopum & archidiaconum communiter ordinandi ac removendi ſunt. *d. cap. 7. §. fin.* Dominari clericis, & cenſum ab eis exigere prohibetur. *d. §. archidiaconum cum cap. ſequente.* circa Evangelium legendum Officium archidiaconi. *capit. officium 2. d. tit. Verſ. qui & diſtinct. 25. cap. 1. §. hi ſunt ordines. Verſ. qui leVitarum.* ¶ Examen clericorum ordinandorum ad archidiaconum pertinet. *dict. §. in quadam. &*

*dam. & cap. ut noſtrum. 9. Verſi. & illos examinare. eo. tit.* ¶ Ius Excommunicandi ſine authoritate epiſcopi non habet. *c. archidiaconis. 5. de officio archidiaconi.* ¶ Inſtructio corporalis tam ſuper beneficiis quàm etiam dignitatibus ad archidiaconum pertinet. *d. c. 7. §. in quadam Vero noſtra.* ¶ Iurgia ſingulorum audire debet. *c. ad hæc. 7. §. archidiaconus. Verſi. & audire. d. tit.* ¶ Iurisdictioni ejus ſubjecti ſunt diaconi & levitæ. *d. c. 7. §. archidiaconus. diſt. 25. c. 1. §. hi ſunt ordines. Verſi. archidiaconus.* ſed in Monaſteriis juriſdictionem non habet, niſi quantum tribuit ei generalis vel ſpecialis conſuetudo. *cap. ult. de officio archidiaconi.* ¶ Omne officium eccleſiaſticum providendo Lectiones aut Reſponſoria in matrice eccleſia dare debet, & auſcultare. *d. c. officium. 2. §. omne. & d. Verſ. quis leVitarum.* Oculus epiſcopi appellatur. *d. c. 7. §. item in epiſtola.* ¶ Repræſentat ordinandos epiſcopo. *d. c. 9. & d. §. in quadam.* ¶ Viſitare Quolibet triennio per diœceſin tenetur parochias. *cap. 1. §. fin. de officio archidiaconi.* & Non niſi ſemel in anno ad eccleſias viſitandas accedere debet, ut diſtinguitur *cap. mandamus. 6. de officio archidiaconi.* ¶ Clericorum Vitam inquirere debet, & corrigenda epiſcopo nunciare. *diſt. 94. c. ſi quis. §. archidiaconus.* ¶ Archidiaconus poteſt cognoſcere de cauſis matrimonialibus. *c. ad hæc. de offic. archid.* ¶ Archidiaconus, cùm perſonaliter viſitat, poteſt procurationem petere. *cap. 1. de offic. archid. & c. cùm apoſtolus. de cenſib.* ¶ Archidiaconus nemo ſit in duabus eccleſiis: ſed in una poteſt habere præbendam, in alia archidiaconatum. *c. præterea. de præbend. & c. ex inſinuatione. de procur.* ¶ Ab archidiaconi jurisdictione non debet Epiſcopus eccleſias eximere. *c. ad hæc. de exceſſ. prælat.* ¶ Archidiaconus exercet jurisdictionem ſecundùm conſuetudinem loci. *cap. archidiaconus. de offic. archid.* ¶ Archidiacono detur coadjutor, ſi efficiatur paralyticus. *cap. ult. de cler. ægrot.*

**Archiepiſcopi** definitio. *diſt. 21. c. 1. §. archiepiſcopus. §. patriarcha patrum. & §. fin. item. c. nulli. in fine.* ¶ Non niſi presbyter vel diaconus in archiepiſcopum eligendus. *diſt. 60. c. nullus.* ¶ ab omnibus ſuis ſuffraganeis ordinandus eſt. *diſt. 66. c. 1.* ¶ Sine ſuffraganeis ſuis archiepiſcopus nihil Agere debet. *d. c. 1. in fin. d. c. per ſingulas. §. fin. & d. q. 3. c. ſalVo. c. archiepiſcopus. c. ſi autem. c. nullus. c. epiſcopo. item. 3. q. 6. c. diſcutere. in prin. Apoſt. canon. 33. §. ſed neque illa.* quod fallit ſi Papa ſine ſuffraganeis ſuis agat. *d. c. ſalVo.* item ſi patriarcha ſeu primas ſine ſuffraganeis ſuis agat. Sed reprobatur. *d. q. 3. c. conqueſtus.* tertiò fallit ſi ſuffraganeus in ſuo officio negligens ſit, & ſubditis conniveat. *d. q. 3. c. cùm ſimus. & c. ult.* item fallit ſi à ſuffraganeo ad archiepiſcopum ſit provocatum. *d. c. conqueſtus. Verſ. niſi fortè pro cauſis.* fallit quoq; ſi ſuffraganeus deceſſerit. *d. c. conqueſtus. Verſ. Vel ſi epiſc. ſuus.* item ſi archiepiſcopus ad hoc ſpecialiter ſit privilegiatus, ut ſine conſenſu ſuffraganeorum agere ei liceat. *d. c. conqueſtus. in fin.* denique fallit ſi ad propriam ipſius archiepiſcopi parochiam negotium pertineat. *d. q. 3. cap. ſi autem. Verſi. niſi eas tantùm. cap. nullus. Verſ. niſi quod ad ſuam.*

Sine *Archiepiſcopi* conſenſu & conſilio ſuffraganei nihil agere debent. *cap. 3. q. 6. c. hæc quippe. in prin. 9. q. 3. c. 1. c. per ſingulas. c. nullus. §. ſi. c. archiepiſcop. Verſ. nec illi.* Niſi in ſua eccleſia aliquid agant ſuffraganei, non extra. *d. c. per ſingul. Verſi. niſi hoc tantum. & d. c. nullus. §. ſi. item d. c. archiepiſcopus. Verſ. niſi quantum ad ſuas. d. c. 33. §. illa autem.* ¶ Archiepiſcopus poteſt providere de Epiſcopo vel Abbate, ſi intra menſes non eligitur de conſilio capituli ſui, & aliorum virorum prudentum. *c. ne pro defectu. de elect.* ¶ Archiepiſcopus debet conſecrari, in ſua Eccleſia ab omnibus ſuffraganeis. *cap. ſi archiepiſcopus. de temp. ord.* ¶ Archiepiſcopi proviſio caſſatur, ſi non poſt ſex menſes providit, quando potuit. *c. dilectus. de conceſſ. præbend.* ¶ Archiepiſcopus provinciam ſuam viſitans, poteſt petere procuratorem. *cap. ſopitæ. de cenſib.* ¶ Archiepiſcopi legati non poſſunt abſolvere de injectione manuum in clericos. *cap. excommunicatis. de off. leg.* ¶ Archiepiſcopus ſubdito ſui ſuffraganei non poteſt cauſam aliquam invito delegare. *cap. paſtoralis. de off. jud. ord.* ¶ Archiepiſcopus debet excommunicatos ſuffraganei vitare, & ſententiam ejus tenere, & ad abſolvendum remittere, ſi ſit appellatum ad eum. *cap. ad reprimendam. eod. tit.* ¶ Archiepiſcopus cedens ſubeſt archiepiſcopo, in cujus provincia moratur. *cap. ad ſupplicationem. de renunt.* ¶ Archiepiſcopus non debet ſtatuere in provincia ſui ſuffraganei, vel acceptare contra jus ſine ſuo conſenſu. *cap. ſicut. de exceſſ. prælat.* ¶ Ad Archiepiſcopum poteſt appellari à ſuffraganeo in cauſa, etiamſi videatur interdicta. *capit. licet. de off. jud. ord.* ¶ Archiepiſcopus non habet jurisdictionem in ſubditos ſuffraganeorum, niſi in caſibus expreſſis. *cap. paſtoralis. eod. tit.* ¶ Ad Archiepiſcopum non devolvitur poteſtas conferendi beneficia, ſi intra ſemeſtre tempus non conferantur, nec quando collatio ad capitulum & ad epiſcopum ſimul pertinet, & ipſi ſimul non conferunt: ſed tunc confert ſuperior. *cap. poſtulaſtis. de conceſſ. præb.* ¶ In Archiepiſcopum confirmatus poteſt Epiſcopum confirmare, etiam non conſecratus. *capit. cùm ex illo. de transla. Epiſc.*

*De Pallio Archiepiſcoporum quære literam P.*

**Archipresbyteri** à multis decani appellantur. *ca. ad hæc. 7. §. archidiaconus. Verſ. archipresbyteri. de officio archidiaconi.* ¶ Non niſi presbyter aut diaconus in archipresbyterum, vel decanum eſt ordinandus. *diſtinct. 60. c. 1. c. nullus in præpoſitum. c. innoVamus. in prin.*

*Archipresbyter* vicem Abſentis epiſcopi gerit in

providendo, ut ſacerdotes ſuum faciant officium, & in aliis. *cap. 1. verſi. & in Epiſcopi ſui abſentia. c. miniſterium. 2. §. ſi Epiſcopus. c. officium. 3. in prin. de offic. archipresbyteri. & diſt. 25. cap. 1. §. archipresbyter. verſi. & quando.* ¶ Providere debet, ut officium ſacerdotum cardinalium in communicatione corporis & ſanguinis Chriſti, & aliis ſimilibus ritè expediatur. *cap. miniſterium. 2. in princ. d. tit.* ¶ Archipresbyter ruralis presbyterorum & laicorum plebaniæ ſuæ curam gerit: contra decretum tamen Epiſcopi nihil ordinare poteſt. *c. ult. d. tit.* ¶ Officia archipresbyteri circa infirmos, pœnitentes, convertendos, & infantes exponuntur. *d. cap. 3. §. debet etiam.* ¶ In præcipuis feſtivitatibus aut ipſe miſſam celebrabit, aut alii celebrandum committet. *d. c. 2. §. fin. & c. offic. 3. in prin. eod. tit.* ¶ Aſſiduè in eccleſia ſtare debet, Collectam dicere, aut alii injungere. *d. c. 1. verſ. & aſſiduè in eccleſia. & dict. §. archipresbyter. verſ. & aſſiduè.* ¶ Archipresbyter Præeſt presbyteris & presbyteralibus officiis. *d. c. 1. verſi. & quod ſpecialiter. item d. §. archipresbyter. verſ. & quod ſpecialiter.* ¶ Archipresbyter Subeſt archidiacono. *d. verſ. archipresbyteri. & c. 1. de officio archipresbyteri. diſt. 25. c. 1. §. archipresbyter.* ¶ Providere debet, ut Vita ſacerdotum cardinalium ſit honeſta & decens. *d. c. 2. verſi. provideat etiam.*

**Argumentum,** *d. cap. forum. 10. §. argumentum.* ¶ In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa. *cap. in argumentum. 78. de reg. jur. in 6.* ¶ Quæ jure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda. *c. quæ a jure. 28. de reg. jur. in 6.* ¶ Argumentum dicitur, quod non per teſtes vel tabulas, ſed naturali probatione inducitur. *c. forus. de verb. ſign.*

**Ariolus,** *cap. 1. §. arioli. de ſortileg.*

**Arma** Clericorum orationes & lachrymæ. 23. *quæſt. 8. c. non pila quærant. & c. convenior. ante medium. diſt. 36. cap. ul.* ſic Chriſtus in Aegyptum ab Herode fugiens, & lapidibus Iudæorum cedens, docuit non arma armis, ſed fugam perſequentibus opponi. 23. *q. 3. c. 1. §. 1. per totum.* ideoque etiam Petro dictum eſt: converte gladium in vaginam tuam. 23. *q. 8. c. cùm à Iudæis.* Quare eccleſia non corporalia arma, ſed Chriſtum patienter exſpectet. 16. *quæſt. 3. porrò.*

*Arma* laicis pro tutione eccleſiæ & patriæ non ſunt prohibita. 23. *q. 3. per totum.* & quatenus clericis & eccleſiaſticis liceat laicos hortari. 23. *q. 8. c. igitur. & ſeq.* ¶ Arma portantes clerici excommunicentur. *cap. clerici. de vit. & honeſt. cleric.* ¶ In armis inventi clerici poſt trinam admonitionem Epiſcopi non defendantur, quia jus perdunt clericale. *c. in audientia. de ſentent. excommun.* ¶ Arma portantes & ſeditionem facientes clerici, ſi occidantur, non mittuntur ad curiam occiſores eorum. *c. perpendimus. eod.* ¶ Armis ſe defendere poſſunt clerici ab inimicis. *ibid.* ¶ Armis clerici aſſociati aliis, ſi aliqui & ſine eorum conſilio occiduntur ab aliis, non ſunt promovendi. *c. ult. de cleric. percuſſ.*

**Arcta** non poteſt contrahere matrimonium, & contractum dirimitur. *c. fraternitatis. de frig. & maleficiat.* ¶ Arcta probanda eſt per aſpectum, qui præfertur juramento. *Ibid. & c. propoſuiſti. de prob.*

**Artes** liberales diligenter docendæ. 37. *diſt. capit. 1.*

**Aruſpex** 1. *§. haruſpices. de ſortilegiis.* 26. *q. 5. c. contra idolorum. cap. nec mirum. §. haruſpicina.* ¶ Si aruſpicem, mathematicum vel ſimilem conſulat, vel ei credat. 26. *q. 2. c. intelligi. item* 26. *q. 5. c. qui divinationes. c. ſi quis epiſcopus.* 26. *q. 7. c. non obſervetis. item de ſortilegiis. c. ex tuarum. 2.*

**Aſſeſſor** eſt, qui conſenſu partium eligitur ad cauſas dirimendas. *cap. ſuper quæſtionum. de offic. jud. deleg.*

**Aſtrologus** aut mathematicus. 26. *q.* ... *c. non liceat. in prin.* 26. *q.* 2. *c. 1. §. ſic & aſtronomia. & §. aſtrologi. c. illud planetarios. c. ſed & illud. §. eſt & illud.*

**Atteſtationes** unius judicis, alius judex recipere poteſt. *c. cauſam quæ. de teſtib.* ¶ Atteſtationibus publicatis contra matrimonium, alii teſtes & alia inſtrumenta admittuntur. *c. series. eo. tit.* ¶ Atteſtationibus clauſis iteratò poſſunt produci teſtes. *c. cùm cauſam. eod. tit.* ¶ Atteſtationes quando non valent, *patet in tit. ut lit. non conteſt. non proc. c. ult.* ¶ Atteſtationibus publicatis, poſſunt inſtrumenta exhiberi. *c. cùm dilectus. de fid. inſtr.*

**Auctoritas** conſequitur pallium archiepiſcopale. *de auct. & uſu pallii. per totum.* ¶ Auctoritas ſuperioris non excuſat delinquentem. *c. dilectus fil. de temp. ord.* ¶ Auctoritas eligentium præfertur numero eligentium. *c. dudum. de elect.* ¶ Auctoritas regalis & ſacerdotalis tenetur defendere res eccleſiæ. 23. *q. 5. c. res autem omnes.*

**Auditus** teſtium contra matrimonium non valet, niſi ſint graves perſonæ teſtantes factum. *c. præterea. de teſtib.* ¶ Auditur quis veniens contra factum ſuum. *c. dator. de ſent. & re jud.* ¶ Ab auditore dato à judice ordinario non poteſt appellari. *c. ſuper quæſtionum. §. verum. de offic. deleg.*

**Augur** vel augures conſulendi. *d. c. 1. §. augures. d. c. nec mirum. §. auguria.*

**Auguſtinus** 2. *q. 7. c. quanquam.*

**Authentica** ſcriptura quæ. *cap. 1. & 2. de fid. inſtrum.*

**Auxilium** malefactoribus ferendum non eſt. 14. *q. 5. per totum.*

Baliſtari

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

B

**Baliſtarii** & ſagittarii adverſus Chriſtianos artem non exerceant. *c. unico. de ſagittariis.*

**Balnea** Die dominico conceduntur, dummodo non fiant voluptatis cauſa, ſed propter neceſſitatem. *de conſult. diſt. 3. cap. pervenit.* Ne viri cum mulieribus lavacra habeant communia, cavetur *diſt. 81. c. non oportet.* Hæc ſunt dicta de delictis & quaſi delictis: ad quæ alia plura connumerari poſſent. Nam quidquid fit contra præceptum legis, delictum dici poteſt, & pœnam meretur. 14. *q. 2. quisquis.*

**Baptiſmus** quid. *de conſecr. diſt. 4. c. Baptiſmi. & cap. Catechumenum.* ¶ Baptiſmus verus eſt, à quocunque conferatur in forma Eccleſiæ. *cap. firmiter. de ſumm. Trin.* ¶ Baptiſmi nec ſuſcipit rem, nec characterem, qui publicè contradicit, nec pòſt conſentit. *c. majores. de baptiſ.* ¶ Baptizare nemo poteſt ſeipſum. *cap. debitum. eod. tit.* ¶ Baptizari qualiter poſſunt dementes & dormientes. *ibidem.* ¶ Baptizatus habendus eſt, qui inter Chriſtianos natus, honeſtè converſatus eſt, niſi evidentibus ſignis contrarium probetur. *c. veniens. de presbyt. non baptiz.* ¶ In baptiſmo crimina remittuntur, ſed matrimonium non ſolvitur. *cap. gaudemus. de divort.* ¶ Non baptizatus baptizetur, & iterum ordinetur. *c. veniens. de presbyt. non baptiz.* ¶ Baptiſmus conferri debet & poteſt interdicti tempore. *c. reſponſo. de ſent. excomm.* ¶ Baptizandi modus, & quando dubitatur baptizatus aliquis. *ca. de quibus. de bapti.* ¶ Baptizatus à Latino non rebaptizatur à Græco, nec econverſò. *c. licet. eod. tit.* ¶ Baptizatus bis non promoveatur ad ordines, ſi eſt publicum, nec intret religionem. *c. ex literarum. de apoſt. & reit. bapt.* ¶ Baptizatus non poteſt accipere filiam ejus qui eum baptizavit. *c. ex literis. de cognat. ſpirit.*

**Beatitudo** Aeterna ſolummodo membris Chriſti paratur. *de pœnit. diſt. 1. c. omnis qui non diligit.*

**Beguardi** & Beguini damnantur. *Clem. 1. de religioſis domibus. Clem. ad noſtram. 3. de hæreticis. extravag. Ioann. XXII. unica. de religioſis domib.* Ab hac regula excipiuntur mulieres fide dignæ, nec ſuſpectæ, ſub habitu beguinarum viventes. *extravag. com. unica. eodem titulo.*

à **Bellicis** actibus, aliquibus diebus feriandum. *c. 1. de treuga & pace.* ¶ niſi neceſſitas urgeat. 25. *q. 8. c. ſi nulla.* ¶ Belli tempore quæ ſecuritate gaudeant. *c. ult. de treuga & pace.*

**Beneficia,** *cap. tua nobis. 32. de verb. ſignifi.* ¶ *Beneficium* eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine inſtitutione canonica obtineri. *c. 1. de reg. jur. in 6.* ¶ Beneficium Principis latiſſimè interpretandum. *cap. olim. 16. & c. abbate. 25. de verb. ſign. c. cùm dilecti. 6. de donat.* Hujus regulæ exceptio eſt in literis ſuper obtinendo beneficio impetratis. *c. quamvis. 4. in princ. de præbendis. in 6.* ¶ Ad beneficia non debent aliqui promoveri, niſi caſtitate promiſſa. *cap. ſanè. de cleri. conjug.* ¶ Beneficium contra jus poſſeſſum juſtè poſſidetur per tolerantiam ſuperioris. *cap. literas. de ſuppl. negl. prælat.* ¶ Beneficium vacans ex cauſa poteſt retineri ad tempus. *c. præterea. de cenſ.* ¶ Beneficiorum tempus computatur à notitia. *c. licet. de ſuppl. negl. præl. & c. quia diverſitatem. de conceſſ. præb.* ¶ Beneficium vacans ultra ſex menſes, ſi capitulum debet conferre & non fecerit, Epiſcopus conferet: & econverſò, ſi Epiſcopus neglexerit, ad archiepiſcopum, vel ad Papam, ſi ille non fecerit, collatio pertinet. *cap. intra ſex menſes. de conceſſ. præb. & c. licet. de ſupp. neglig. prælat.* ¶ Beneficium ſibi ipſi nullus dare poteſt. *c. cùm ad noſtram. de inſt.* ¶ Beneficium primum ipſo jure amittitur, ſi aliud recipitur. *cap. jam dudum. de præbend. & dignitat.* ¶ Beneficium ſuum habeat clericus infirmus. *c. cùm percuſſio. de cler. ægrot.* ¶ Beneficium quis amittit propter ingratitudinem. *c. cùm ſacerdotis. de poſtul.* ¶ Beneficium quis non debet amittere, niſi convincatur de crimine. *c. ſi conſtiterit. de accuſ.* ¶ Beneficium habens ſufficiens, ab eccleſia cui non ſervit, nil recipiat. *cap. quia nonnulli. de cler. non reſi.* ¶ Beneficium non vacans, nulli promittatur ſpecialiter. *c. accepimus. de pec.* ¶ Pro beneficiato non ſcribit Papa, niſi primi fecerit mentionem. *c. poſtulaſti. de reſcrip.* ¶ Beneficium habens primò, ſi literas ſuper alio obtinendo impetret, non valent, niſi de primo mentionem faciant. *ibid.* ¶ Beneficium malè dans conferendi poteſtate privetur. *c. grave. de præbend.* ¶ Beneficium clerici detineri poteſt à judice pro debitis. *c. pervenit. de fidejuſſ.* ¶ Beneficia plura non poteſt quis habere ſine diſpenſatione. *ca. dudum. de elect.* ¶ Beneficia conferenda à religioſis, non poſſunt ſuis monaſteriis conferri, & ſi negligant præſentare clericum, epiſcopus providebit. *c. ſicut nobis. de ſuppl. negl. præl.* ¶ A beneficiis debent removeri clerici incontinentes. *c. clericos. de cohab. cler.* ¶ Beneficium curatũ habens vel prælaturam recipiens ſit 25. annorum. *c. cùm in cunctis. de elect.* ¶ Beneficium obtinens, ſi literas impetret tacita veritate, non valent literæ. *c. ad aures. & c. in noſtra. de reſcript.* ¶ Beneficia conferat epiſcopus, ſi neglexerit patronus. *capit. eam te. de jur. patr.* ¶ Beneficium dimittat clericus uxorem ducens. *c. quod à te. de cleric. conjug.* ¶ Beneficium non detur, niſi reſidere volenti. *c. quia nonnulli. de cleric. non reſid.* ¶ Beneficium dans quod non potuit, tenetur alia dare. *c. inter cætera. de præbend.*

**Bibere** non licet id, quod reliquum eſt ex eo, quod dæmonibus eſt immolatum. 26. *q. 2. c. ſed & illud. §. fin. cum c. ſequ.*

**Bigami.** 27. *q. 1. c. quotquot.* ¶ Bigamus ad ſacerdotium promoveri non poteſt. *cap. ut bigami. de bigam.* ¶ Bigamus ex diſpenſatione ordinari non poteſt. *c. ſuper eo. eod. titul.* & ordinator privetur officio, niſi ex diſpenſatione toleretur. ¶ Bigamus ipſo jure eſt à divinorum celebratione ſuſpenſus. *capit. de bi-*

*gamis. eod. tit.* ❡ Bigamus non eſt contrahens cum vidua, ſi adhuc eſt incognita. *cap. debitum. eod. titul.* ❡ Bigamus non eſt plures habens concubinas. *c. quia. eod. tit.* ❡ Bigamus contrahens non debet benedici à ſacerdote. *cap. capellanum. de ſecund. nupt. & c. vir autem. ibid.* ❡ Bigamiæ pœna punitur in ſacris ordinibus conſtitutus, cum vidua contrahens de facto. *c. quia. & c. nuper. de bigam.* ❡ Bigami clerici ipſo jure cadunt à privilegio, tonſura, & habitu clericali, & foro ſeculari ſunt addicti. *Gregor. in novell. de bigam. lib. 6.*

**Blaſphemiæ** & adjurationes puniendæ. *c. 2. de maledicis.*

**Bona** fides non patitur, ut bis idem exigatur. *c. bona fides. 83. de reg. jur. in 6.*

*Bonarum* mentium eſt, ibi etiam culpam agnoſcere, ubi culpa non eſt: quia ſæpè ſine culpa agitur, quod venit ex culpa. *diſt. 5. c. ult. §. fin. c. conſilium. 2. §. cùm autem. in fine. de obſervantia jejuniorum.*

*Bonos* paucos ſanctius eſt, quàm multos malos habere. *c. cùm ſit ars. 14. verſ. ſanctius enim. de ætate & qualitat. præficiendor.*

**Bonorum** nomine tam mobilia quàm immobilia dicuntur. *c. relatum. de teſt.* ❡ Bona mobilia per eccleſiam acquiſita, poſſunt dari locis religioſis & pauperibus, ſive etiam ſervis, conſanguineis, vel aliis poſt mortem clericorum: ſed alia, quocunque modo acquiſita, pro voluntate morientium diſtribuantur. *c. relatum. de teſtam.*

## C

qui quoties **Cadit,** toties reſurgit, juſti vocabulum non amittit. *de pœnit. diſt. 3. c. quamvis. §. hac. in fin.*

**Calcaribus** deauratis non utantur clerici. *cap. clerici. de vit. & honeſt. cleric.*

**Calumniæ** juramentum poſt litis conteſtationem præſtatur. *cap. cùm in cauſa. de juram. calumn.* ❡ Calumniæ juramentum præſtare recuſantis pœna. *c. final. eod. tit.* ❡ De calumnia non juratur in cauſis ſpiritualibus. *c. literas. eod. tit.* ❡ De calumnia jurare non tenetur clericus alicujus ordinis. *cap. inhærentes. eod. tit.* ❡ De calumnia jurari poteſt per œconomum & per ſyndicum. *c. in pertractandis. eod. tit. & c. imperatorum. eod.* ❡ Calumniæ juramentum in caſu requiri poteſt à clerico. *c. cæterùm. de juram. calumniæ.*

**Calumniantes** ad vindictam poſcit ſimilitudo ſupplicii. *2. q. 8. cap. quiſquis. 5. q. 6. c. qui calumniam. cum ſeq.* ❡ Calumniari præſumitur denunciator non probans quod intendit. *capit. 2. de calumniat.* ❡ Calumniatores prælatorum puniuntur degradatione, incarceratione, ſuſpenſione, *d. c. 2. ibid.*

**Campanas** Religioſi mendicantes plures habere prohibentur, exceptis certis caſibus. *c. unico. de officio cuſtodis, in extravag. com.* ❡ Campanarum pulſatione ceſſante, poſſunt clerici, interdicti tempore, in cœmeterio ſepeliri, qui tamen ſervarunt interdictum. *c. quod in te. de pœnit. & remiſſ.* ❡ Campanas non licet templariis nec hoſpitalariis habere, nec pulſare ſine conſenſu Epiſcopi diœceſios. *c. potentib. de privileg. & exceſſ.*

**Canonicus** epiſcopo ſerviens beneficium non perdit. *c. de cætero. & c. ad audientiam. de cler. non reſid.* ❡ In canonicum recepto præbenda debetur. *c. relatum. de præbend. & cap. cùm ſuper. de conceſſ. præb.* ❡ Canonici certum numerum canonicorum in eccleſia ſtatuere poſſunt. *c. in eccleſia. de inſtitut.* ❡ Canonici dignitates eccleſiarum mutare poſſunt. *c. cùm acceſſiſſent. de conſtit.* ❡ Canonicorum numerus non debet ex laicis ſuppleri. *c. eccleſia. de inſtit.* ❡ Canonici dignitatem vel præbendam ſupprimere propria authoritate non poſſunt in ſuis eccleſiis. *cap. cùm acceſſiſſent. de conſtitut.* ❡ Canonici regulares eccleſias parochiales regere poſſunt, & regulam ſuam ſervare debent, ut epiſcopo ſint ſubjectæ. *cap. inter quatuor. de relig. dom.* ❡ Canonicorum numerus augeri poteſt, ſi facultates augentur, etſi ſit canonicorum numerus ſtatutus. *c. cum M. Ferrarien. de conſtit.* ❡ Canonici non poſſunt minuere numerum canonicorum. *c. ex parte. eod. tit.* ❡ Canonicus ægrotans habeat debitam portionem ſuæ præbendæ. *c. ad audientiam. de cler. non reſid.* ❡ Canonicorum correctio in criminalibus pertinet ad epiſcopum. *c. irrefragabili. de offi. jud. ord.* ❡ Canonicorum numero, juramento & confirmatione Papæ firmato, literæ ſuper receptione non valent, niſi de prædictis mentionem faciant. *c. conſtitutus. de reſcr.*

**Canonum** origo & numerus conciliorum exponitur *diſtinct. 15. in pr. cum c. ſequente. diſt. 16. c. ſexta ſynodus. cum cc. ſequentib. uſq; ad diſt. 17.* ❡ Canonis definitio. *di. 3. c. 1. cum duob. ſequentib.* ❡ Canonum diviſio. *d. diſt. 3. c. regula. §. porrò canonum.* item de Canonibus apoſtolorum cavetur *diſt. 16. c. ſexaginta. c. Iſidorus. c. ſextam. c. habeo. Clementis. c. placuit. c. Iſidorus.* Contradicit *d. diſt. 16. in prin. cum c. c. quoniam.* Contradicit *d. diſt. 16. in prin. cum c. ſequente: item d. c. Clementis.* ❡ Canones & decreta Pontificum vim legis obtinent. *c. de conſtitut. diſt. 11. c. hoc veſtræ. diſt. 12. c. ridiculum. item 1. q. 7. cap. ſi quis. in prin. 25. q. 1. c. nulli. c. violatores. c. omne quod. c. prima ſalus. c. generali. c. omnia. c. hac conſona. c. à ſanctis. item 25. q. 2. c. amputati.* ❡ Canon poſterior derogat priori. *c. 1. de conſtitut.* ❡ Contra canones recipiens & dans beneficium, uterque punitur privatione. *cap. quia nonnulli. de cleric. non reſid.* ❡ Secundùm canones agatur in judiciis, & nemo ſuo ſenſu utatur. *c. canonum. & c. ne innitaris. de conſt.* ❡ Canones ſcire debent, qui cauſam matrimonii tractant. *c. accepiſti. de frigid. & malefic.*

**Canonizatio** requiritur ad hoc, quòd debeat ſanctus venerari, etiam miracula faciens. *cap. audivimus. de reliq. & vene. ſanctor.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Capella** in præjudicium matricis eccleſiæ non poteſt conſtrui. *ca. intelleximus. de op. nov. nunciat.* ¶ In capellis poſſunt eſſe canonici privilegiati. *cap. cum capella. de privileg.* ¶ In capellis monachorum populum habentium debet inſtitui & deſtitui capellanus per epiſcopum. *c.1. de capell. monach.*

**Capite** languẽſcente, facilius membra corporis inficiuntur. 6. *q.* 1. *c. ſunt plurimi. §. verùm. & c. ex merito.* ſequuntur enim caput membra. 12. *diſt. c. non decet.* 11. *diſt. c. nolite. de conſecr. diſt.* 3. *c. celebritatem.*

**Capituli** major pars & ſanior obtinere debet. *c. ex parte. de his quæ fiunt à maj. part. cap.* ſed pars minor contradicere poteſt, ſi habet rationem. *c. cùm in cunctis. eod. tit. & c. cùm inter.* 3. *de elect.* ¶ Capituli aſſenſus requirendus eſt in inſtitutione vel deſtitutione perſonarum vel dignitatum ab epiſcopo. *c. quanto. de his quæ fiunt. à præl.* ¶ Capitulo non conſentiente, non eſt rata donatio epiſcopi. *c. cùm nos. eod. tit. & c. quanto. eod. item c. fraternitatem. & c. paſtoralis. de donat.* ¶ Item nec penſionem augere poteſt epiſcopus ſine licentia Papæ. *c. paſtoralis. d. t.* nec centeſimam dare ſine conſenſu capituli, niſi per Papam. *c. apoſtolicæ. eod. tit.* ¶ Capitulo diſſentiente, non tenet donatio abbatis. *c. ea noſcitur. de his quæ fiunt à præl. ſine conſenſu cap.* ¶ Capituli conſenſus confirmat donationem epiſcopi. *c. paſtoralis. de donat.* ¶ Capitulum, vacante ſede, poteſt excommunicare, abſolvere, judicare & confirmare. *c. abolendam. de hære.*

**Caritas** annonæ. 16. *q.* 1. *cap. revertimini. §. ſi quando.* 16. *q.* 7. *cap. majores.* Cardinales Papæ in executione officii ſacerdotalis coadjutores adſiſtunt. *c. fundamenta.* 17. *verſic. decet namque ipſi Romano. de electione. in* 6.

**Carne** uti licet, ſi dies nativitatis Domini ſit in ſexta feria. *c. explicati. de obſerv. jejun.* Carnes etiam in quadrageſima & jejuniis ſolemnibus, cùm urgens eſt neceſſitas, indulgeri poſſunt. *c.* 2. *eod. tit.*

**Caſſa** eſt ſententia à non ſuo judice lata. *c. F. & G.* 40. *de off. & poteſt. judic. delegat. & c. at ſi clerici. de judic.* ¶ Caſſatur electio, ſi ante confirmationem electus miniſtret. *c. qualiter. de elect.* ¶ Caſſatur electio propter defectum ſcientiæ in electo. *ibidem.* ¶ Caſſari debent quæ per importunitatem fiunt. *capit. tua. de præbend. dignit.*

**Caſtitas** ſeu continentia voluntaria Deo placet, non neceſſaria. 33. *qu.* 5. *c. tunc ſalvabitur. circ. medium.*

*Caſtitatem* ſervare, eſt viam arctam & difficilem ingredi. 28. *diſt. c. de his. &* 33. *q.* 5.

**Caſtrans** ſeipſum ex juſta cauſa non eſt irregularis. *c. ex parte.* 3. *de corpor. vitiat.* Sed ſine neceſſitate faciens diſpenſatur per epiſcopum in aliis, ſed non in altaris miniſterio. *c. ſignificavit.* 4. *eod. tit.*

**Cauſa.** *cap. forum.* 10. *§. cauſa à caſu. & §. cauſa aut. de verb. ſignific.*

*Cauſa* ceſſante ceſſat effectus. *c. et ſi Chriſtus.* 26. *§. quemadmodum ergo Paulus. in fine. de jurejurando.* ¶ Prohibita cauſa, prohibitus quoque cenſetur effectus. *c. cùm quid.* 39. *de reg. jur. in* 6. *cap. nam concupiſcentiam.* 4. *de conſtitutionib.* ut contrà prohibito effectu, omnis ejus cauſa prohibita cenſetur. ¶ Cauſa dicitur inſufficienter inſtructa, lite non conteſtata. *c. olim. de lit. conteſt.* ¶ Cauſæ committi debent ei, coram quo ſecurè poteſt comparere. *c. accedens. ut lit. non conteſt. non proced.* ¶ Cauſæ non debent remitti ad eos, à quibus appellatum eſt, niſi partes conſenſerint. *c. accepta. de appell.* tamen quandoque remittitur. *cap. literæ. de matrimon. contract. contra interdictum eccleſi.* ¶ Cauſæ majores ad ſedem apoſtolicam mittendæ ſunt. *c. cùm ex illo. de translat. epiſcop.* ¶ Cauſæ continentia dividi non debet. *c.* 1. *de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* ¶ Cauſa principalis ſicut committi poteſt, ita & incidens. *c. cauſam. de reſcript.* ¶ In cauſa criminali intentata poteſt conſtitui procurator *c. tuæ fraternitati. de procur.* ¶ In cauſa ſtatus vel liberali non debet procedi eo abſente, qui petitur in ſervitutem. *c. inter quatuor. de major. & obedient.* ¶ In cauſis gravibus non cogitur quis invitus conſtituere procuratorem. *c. querelam. de procur.* ¶ In cauſa pari potior eſt conditio primò occupantis. *c. paſtoralis. de jur. patronat.* ¶ In cauſis ſpiritualibus juratur, licet non de calumnia, tamen exceptionibus propoſitis in eis. *cap. literas. de reſtitut. ſpoliat.* ¶ Cauſæ non ſunt audiendæ tempore nundinarum. *c. ſignificaverunt. de judic.* ¶ Cauſa civiliter tractata, non deducatur ad judicem eccleſiaſticum. *capit. ex parte. de alienat. judic. mutand.*

**Cautionem** ſtandi mandatis eccleſiæ præſtet abſolvendus. *c. ad noſtram. de jurejur.* ¶ Cautionem præſtet in poſſeſſione exiſtens, cùm de jure poſſeſſionis dubitatur, ſcilicet reſtituendi omnia tempore medio recepta, ſi cadit in cauſa. *c. ſuſcitata. de in integr. reſtitut.*

**Celebrare** divina ubicunque poſſunt prædicatores & minores. *c. in his. de privileg.*

**Cella.** *c. privilegium.* 4. *de verborum ſignificatione. in* 6.

**Cenſura** eccleſiaſtica dicitur excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictio. *c. quærenti.* 20. *de verbor. ſignific.*

### *Cenſus ex quibus cauſis debeatur.*

Si **Cenſus** in prædio alicujus conſtitutus ſit per Legatum, Indictionem vel ſimilem aliquem modum, debetur. Quod fallit ſi eccleſiæ cenſus ſit impoſitus. *c. ſcientes.* 3. *cap. prohibemus.* 7. *c. cùm clerici.* 11. *de cenſibus. c. præterea.* 23. *de jure patronatus.* item cenſus ab eccleſia debetur, ſi in fundatione eccleſiæ conſenſu epiſcopi, cenſus ei ſit impoſitus. *d. c.* 23. *verſ. præter antiquos. cap. ſignificavit.* 13. *§. quocirca. de cenſibus.* Niſi vetus cenſus poſtea ſit auctus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*d. c. prohibemus. 7. verſ. nec veteres. & c. gravis. 15. de cenſib.* item cenſus ab eccleſia præſtatur, ſi epiſcopus remittendo eccleſiæ jura epiſcopalia cenſum ei impoſuerit. *c. conſtitutus. 6. de religioſis domib.* non tamen, ſi epiſcopus eccleſiam à laicis occupatam illis eripuerit. *c. eccleſiis. de cenſib.* neque etiam jusjurandum de perſolvendo cenſu præſtitum ſit. *c. ſignificavit. 13. & c. gravis. 15. eod. tit.* item ſi eccleſiæ authoritate ſuperioris cenſus impoſitus eſt, debetur. *c. præterea. 8. verſi. ſi pontificis. d. titul.* Niſi nulla juſta cauſa ſubſit. *dict. cap. ſignificavit. 13. §. fin.* ¶ ex Præſcriptione, ut ſi multis annis cenſus ſint perſoluti, debentur. Niſi clericus ſine authoritate ſuperioris ex reditibus eccleſiæ cenſum perſolverit. *d. c. præterea. 8. & c. cum cler. 11. de cenſib.* ¶ neque etiam debetur cenſus, cujus cauſa ignoratur. *c. pervenit. 5. eod. tit.* ¶ Cenſus à privata perſona impoſitus, perſonalis eſt, nec ejus vitam excedit. *c. præterea illi. de cenſib.* ¶ Cenſus dicitur perſonalis, niſi exprimitur quòd ſit realis. *cap. veniens. de tranſact.* ¶ Cenſus novus eccleſiis non imponatur. *c. ſcientes. & c. prohibemus. de cenſib.*

### De petitione Cenſuum.

*Cenſum* petens cauſam exprimere debet, ex qua debeatur. *c. pervenit. de cenſibus.* ¶ Cenſus à miſerabilibus perſonis non eſt extorquendus. *c. licet. de cenſib.*

### De ſolutione Cenſuum; quid & quantum debeatur?

¶ Si cenſus annui diverſis menſuris ſoluti ſunt, in minori Menſura debentur. *cap. ex parte. 18. de cenſib.* ¶ Solvendi ſunt cenſus in antiqua Moneta, in qua ſunt inſtituti. *cap. penult. de cenſibus.* Niſi ſolutio alterius monetæ ſit præſcripta. *capit. olim. 20. d. tit.* item niſi antiqua moneta in uſu eſſe deſierit: tunc enim æſtimatio ejus perſolvenda. *dict. cap. penult. in fin.* ¶ Ne ratione cenſus vel alterius actionis Plus debito exigatur. *cap. ea quæ de. 12. d. tit. & c. quia plerique. 8. de immunitate eccleſ.* ¶ Cenſus ignorantiæ ſolvi non debent. *cap. pervenit. de cenſib.* ¶ Cenſum non ſolvens per biennium, amittit rei detentionem. *capit. querelam. de jurejur.* ¶ Cenſus ſolutio eſt ſubjectionis probatio. *cap. omnis. de cenſibus.* ¶ Cenſum ſolventes domino Papæ, tales eccleſiæ ſunt exemtæ. *cap. recipimus. de privileg.* ¶ Cenſus tempore certo & certa ex cauſa debet ſolvi. *cap. pervenit. de cenſib.*

**Certiorari** ulterius non oportet eum qui certus eſt. *cap. eum qui. 31. de reg. jur. in 6.*

**Ceſſio** epiſcopi quando & quibus de cauſis admittitur. *c. niſi. de renunciat.* ¶ Cedere non poteſt epiſcopus auctoritate propria. *c. quantò. de transla. epiſc.* ¶ Cedens propter honeſtam cauſam iterum poteſt reaſſumi. *capit. poſt translationem. de renunc.* ¶ Ceſſio ſufficientis & ſancti difficulter admittitur. *capit. literas. eod. tit.* ¶ Ceſſionem petens & impetrans compellitur, ſi nolit. *cap. quidam cedendi. eo. tit.*

**Charitatis** Definitio ſeu potius deſcriptio, *de pænit. diſt. 2. c. charitas eſt. in prin. uſque ad §. ergo ſi charitatem.* item appellatur unctio inviſibilis. *d. diſt. 2. cap. unctio.* ¶ *Charitatis* diviſio in perfectam & imperfectam. *d. diſt. 2. c. charitas in quibuſdam.* ¶ Dilectio proximi ſpecialiter deſcribitur. *d. c. charitas eſt. §. proximos. uſque ad d. §. illi verò plus quàm ſe. item 23. q. 4. c. debet.* ¶ de charitate ſui ipſius ſeu philautia, quatenus conceſſa. *d. c. charitas eſt. §. corpus noſtrum.* & ordo charitatis perverſus quis ſit. *d. c. charitas eſt. §. ordinem dilectionis.* ¶ Charitas non excidit, vel deſeri nequit. *de pænit. diſt. 2. c. charitas quæ. c. radicata. c. charitas eſt. in princ. verſ. corruptionis neſcia. cap. charitas nunquam. c. unctio. c. ficta. cap. firmum.* Contradicit *d. diſt. 2. c. ut cognoverunt. c. fin. c. ult. §. charitati. uſque ad fin.* & diſtinguitur regula propoſita in charitate imperfecta. *d. diſt. 2. c. charitas eſt aqua. §. fin. c. ſuper tribus.* ¶ Charitas Eccleſiæ peccata dimittit ac tenet. *d. diſt. 4. cap. multiſia.* ¶ Sine charitate non remittitur peccatum. *de pænit. diſt. 2. cap. 1. §. fin. c. charitas eſt aqua. §. ſine charitate. §. Amen, Amen. c. ego ſum. ibid. diſt. 7. c. nullus. §. ſcriptum eſt.* ¶ Charitatem habens non peccat. *d. diſt. 2. c. 1. §. fin. c. ſi ſit charitas. §. fin.* & qui charitatem habet, non ſinetur in æternum. *d. diſt. 2. c. charitas eſt aqua. in princip.* ¶ Charitas liberat à mundanis cupiditatibus. *d. diſt. 2. c. valida. ca. charitas eſt. in prin. verſ. mors criminum. §. ergo ſi charitatem. verſi. ſeculi blandimenta.* ¶ Charitas facilè peccato reſiſtit. *dict. §. ergo ſi charitatem. §. quoniam ſi ex toto corde.* ¶ Charitas omnia difficilia perficit. *d. §. ergo ſi charitatem. verſ. & omnia.* & omnia tolerat. *de pænit. diſt. 3. c. ult. §. hac propter.* Omnium bonorum radix eſt charitas. *de pæn. diſt. 2. c. quia radix.* & Charitas eſt excellentior via ad Deum. *dict. c. charitas eſt. §. hac eſt charitas.* ¶ Bona opera ſine charitate non proſunt, declaratur *de pæn. diſt. 3. d. c. ult. in prin.* ¶ an Charitas ſit in reprobis, & iis qui aliquando peccaturi ſunt criminaliter, diſſeritur. *d. diſt. 2. cap. 1. §. fin. c. ſi enim. §. fin. cap. apoſtolus. c. mirandum. cap. multi benè. §. 1.* ¶ Charitatis contrarium eſt odium. *de pænit. diſt. 2. c. tolle charitatem. Hæc de charitate.*

**de Chriſti** nomine. *cap. 1. §. quia verò. verſi. Chriſtus enim. de ſacra unctione.* ¶ Chriſtus verus Deus & verus homo eſt. *cap. in quadam. 8. de celebrat. miſſarum. Clement. 1. in prin. de ſumma trinitate. c. cùm Chriſtus. 7. de hæreticis.* ¶ Chriſtus Fundamentum eſt: quo deficiente, deficit id quod eſt ſuperædificatum. *1. q. 1. c. cùm Paulus.* ¶ Chriſtus Panis eſt vivus. *d. conſe. diſt. 2. c. Chriſtus.* ¶ Chriſtus quotidiè Immolatur, cùm corpus & ſanguis ejus ſumitur. *d. diſt. 2. c. ſemel immolatus. de pæn. diſt. 1. c. poteſt fieri. §. ſicut.* ¶ Semel Mortuus, non amplius moritur. *de conſe. diſt. 2. c. ſemel Chriſtus.* ¶ Chriſtus pingendus eſt ſpecie hominis, non agni. *de conſe. diſt. 3. c. ſextam.*

de Chriſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de *Chriſti* gratia. *de conſe. diſtinct. 4. c. gratia. & antepenultim. cum duobus ſequentibus.* ¶ Signum Deitatis in Chriſto eſt, quòd ſuper eum deſcenderit & manſerit Spiritus ſanctus. *de pœn. diſt. 2. c. quærendum.*

**Circumſtantiæ** decem à teſtibus inquirendæ ſunt. *c. cùm cauſam. de teſtibus.* ¶ Circumſtantiis probatur crimen adulterii. *c. literis. de præſumpt.*

**Citatio** non valet, ſi plures quàm quatuor citantur. *c. nonnulli. de reſcriptione.* ¶ Citatio extra provinciam ultra duas dietas non valet. *ibidem.* ¶ Citatio, ſi plures conditiones manifeſtè inconvenientes habeat, non valet. *c. accedens. ut lit. non conteſt. non proced.* ¶ Citatio ad locum periculoſum vel inhoneſtum non valet. *ibidem.* ¶ Citatio ad non ſuum judicem non valet. *c. ex literis. de off. jud. deleg.* ¶ Citatus legitimè per ſuum ſuperiorem, etiamſi diœceſim mutaverit, juriſdictioni tenetur reſpondere. *c. propoſuiſti. de foro compet.* ¶ Citatus ad judicium debet comparere, & ſuum privilegium allegare, aliàs ſententia tenet. *c. ſi duobus. de appel.* ¶ Citatus à ſecundo non tenetur reſpondere, niſi priùs ſciat juriſdictionem prioris eſſe revocatam. *c. ex tenore. de reſcript.* ¶ Citationi reſcriptum Papæ eſt inſerendum. *cap. preterea. de dilat.* ¶ Citari debet procurator abſente domino, & ſi ille non ſit, denuntietur domui ejus. *c. ſi adverſarius. de eo qui mitt. in poſſ.*

de **Civium** ornatu & fuco mulierum. *de conſec. diſt. 5. c. fucare.*

**Clandeſtinum** matrimonium aſſerentes, vel etiam negantes, non ſunt ab eccleſia compellendi. *c. quod nobis. de clandeſtin. deſponſ.* ¶ Clandeſtinè contrahentium in gradu prohibito, etiam ignoranter, proles illegitima cenſetur. *c. cùm inhibitio. eod. titul.* ¶ Clandeſtinum matrimonium carnalis copula ſequens ligat, ſive de præſenti, ſive de futuro. *cap. 1. eod. tit. & c. is qui. de ſponſ.* ¶ Clandeſtinus contractus in facie eccleſiæ eſt innovandus. *cap. 2. de clandeſt. deſponſ.* ¶ Clandeſtina matrimonia prohibentur. *cap. cùm inhibitio. eod. tit.* ¶ Clandeſtinum matrimonium debet probari per virum. *capit. ſi quis. eod. titulo.* ¶ Clandeſtino matrimonio conſentiens ſacerdos punitur per ſuſpenſionem per triennium. *cap. final. §. final. eodem titulo.* ¶ Clandeſtinum matrimonium à contrahentibus publicatum confirmat eccleſia. *c. quod nobis. eod. tit.* niſi rationabilis cauſa impediat.

**Clavis** *extravag. Ioann. XXII. quia quorundam. §. clavis eſt. d. tit.*

**Clericus** in conflictu exiſtens promoveri poteſt, ſi neminem percuſſit, & armis poteſt reſiſtere inimicis ſuis vim ſibi inferentibus. *cap. præſentiam. de cler. percuſſ.* ¶ Clericorum nomine canonici intelliguntur. *capit. cùm tibi. de verbor. ſignificat.*

### Clericorum officium.

¶ Clericus ſine conſenſu epiſcopi, alterius juriſdictioni ſe non ſubjiciat. *c. ſignificaſti. de for. compet.* ¶ Clericus comam non nutriat, eam nutriens invitus tondeatur. *ca. clericis. de vit. & honeſt. cler.* ¶ Clericus judicio ſeculari ſe non ſubjiciat quoad pœnam, & percutiens ſic eſt excommunicatus. *c. contingit. de ſentent. excom.* ¶ Clericus laico in temporalibus non miniſtret. *c. ſacerdotibus. & cap. ſed nec. ne cleri. ſe negot. ſecul. immiſc.* ¶ Clericus alterius diœceſis ad ordines non tranſeat, nec recipiatur ſine literis ſui epiſcopi vel Papæ. *c. fraternitati. de cler. non. reſign.* ¶ Clerici canes vel aves ad venandum non habeant. *c. 2. de cler. venat.* ¶ Clerici officia ſive commercia ſecularia non exerceant. *c. cler. 2. de vit. & honeſt. cler.* ¶ Clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, non debet eſſe tabellio in cauſa criminali. *c. ſicut te. ne cler. ſe negot. ſecul. immiſ.* nec cauſam vel judicium ſanguinis agitet, vel literas ſcribat vel dictet. *c. cler. eod. tit.* ¶ Clericus prælaturam vel curam habens animarum, vel ſacerdos, Phyſicam vel leges non audiat: aliàs, ſi intra duos menſes non redierit, eſt excommunicatus. *c. ſuper ſpecula. ne cler. vel monach.*

### Privilegia Clericorum.

¶ Clericum tenens in vinculis ſolùm, eſt excommunicatus. *c. nuper à nobis. de ſent. excom.* ¶ Clericum verberans privatim, & ſi non ſit convictus, à Papa abſolvendus eſt. *c. porrò. de ſent. excom.* ¶ Clerici ad judicium ſeculare non trahantur. *c. qualiter. de jud.* nec à ſecularibus condemnentur, ſed coram judice eccleſiaſtico tractentur cauſæ eorum. *c. nullus. de for. compet.* ¶ Clericus à laico judicari non debet, niſi depoſitus. *c. cler. de judic.* ¶ Clericus de calumnia jurare non debet, niſi per alium; nec religioſus irrequiſito ſuperiore, vel clericus inconſulto epiſcopo. *c. 1. de juram. calumn.* niſi clericus contra clericum juret, tunc enim poteſt. *c. cæterùm. de juram. calumn.* ¶ Clericum percutiens quis vel ſe expurget, vel abſolvatur, aliàs quaſi excommunicatus habetur. *cap. cùm deſideres. de ſent. excomm.* ¶ Clericus abſens poteſt per alium de beneficio inveſtiri. *capit. accedens. de præbend. & dignit.* ¶ Clericum verberans Papam adeat, niſi ſit intra annos puberes. *c. ſuper eo. 2. de ſent. excommun.* ¶ Clericus moriens poteſt conferre bona ſua intuitu perſonæ cui vult, & etiam alia mobilia ſervis vel cognatis, vel piis locis. *c. ſed hoc. de ſucceſſ. ab inteſt.* ¶ Clericorum percuſſoribus faventes, vel liberare nolentes, cum manifeſto poſſint facinori obviare, & non faciunt, incidunt in canonem. *cap. quanta. de ſent. excomm.* ¶ Clericus poteſt convenire epiſcopum coram metropolitano. *c. ſollicitudinem. de appell.* ¶ Clerici depoſiti non ſtatim debent tradi judicio ſeculari per epiſcopum. *c. at ſi clerici. de judic.* ¶ Clerici tempore interdicti poſſunt ſepeliri in cœmeterio; ſi interdictum bene ſervarunt. *c. quod in te. de pœnit. & remiſſ.* ¶ Clerici de bonis eccleſiæ ſubvenire non debent judi-

cibus ſecularibus ſine licentia Papæ, niſi in neceſſitate. *c. non minus. & c. adverſus. de immunit. eccleſiar.* ¶ Clericus furem in foro ſeculari poteſt convenire civiliter, ſed non criminaliter. *c. Henricus. de cleric. pugn. in duell.* ¶ Clerici poſſunt poni in locis religioſis, ſi defuerint regulares. *cap. inter quatuor. de religioſ. domib.* ¶ Laicus clericum capere poteſt tantùm de mandato prælati ſui, alioquin excommunicatur; dummodò etiam non excedat, niſi quantum rebellio exigit defendentium. *c. ut famæ. de ſent. excommunic.* ¶ Clericis in ſacris ordinibus conſtitutis non debet pœnitentia publica injungi. *c. quæſitum. de pœnitent. & remiſſ.* ¶ Clericus laico fidelitatem jurare non tenetur, niſi aliquod temporale tenebat ab eodem. *c. nimis. de jurejur.*

### *Clerici, quomodo privilegia ſua amittant, vel alias puniantur.*

Clericus negotia ſecularia exercens, amittit privilegium clericale. *c. ex literis. de vit. & honeſt. cleric.* ¶ Clericus fur authoritate ſuperioris ligari poteſt & torqueri uſque ad reſtitutionem. *cap. gravis. de depoſ.* ¶ Clericus poſt trinam admonitionem à ſuo Epiſcopo, arma portans habitu clericali relicto, non gaudet privilegio clericali. *cap. in audientia. de ſent. excom.* ¶ Clericus verberari poteſt per ſuperiorem diſciplinæ cauſa; ſimiliter monachus & converſus, vel clericus per clericum, vel monachus per monachum de mandato ejus. *c. univerſitatis. de ſent. excommun.* ¶ Clericus habitum & tonſuram dimittens non debet defendi ab eccleſia. *capit. præterea. de Apoſtol.* ¶ Clericum guerram & ſeditionem facientem interficiens, non eſt mittendus ad Papam. *c. perpendimus. de ſent. excommun.* ¶ Clericus propter hæreſim depoſitus, tradatur judici ſeculari. *cap. ad abolendam. de hæretic.* ¶ Clericus delinquens in habitu & tonſura ſeculari puniatur ut laicus. *cap. contingit. 2. de ſent. excommun.* ¶ Clericus duellum iniens, ſive obtulerit, ſive ſuſceperit, deponendus eſt, poterit tamen cum eo diſpenſare Epiſcopus, ſi mors, vel mutilatio membri inde non ſit ſecuta. *c. 1. de cler. pugnantib. in duell.*

**Coactio** voluntati contraria excuſat peccatum. 15. *q. 1. cap. quod autem. §. ſed hoc. & c. merito.* ¶ Coactio an in cauſa religionis locum habeat: quod non. 45. *diſt. cap. de Iudæis.* quod ſic. 23. *q. 4. c. ipſa pietas. & c. quid faciat. cum ſimilibus.* ¶ Coactio non tenet in obligatione, ubi non ſequitur aſſenſus, ſimiliter nec in matrimonio. *c. 1. de iis quæ vi metus. cauſ. fi. & c. cum locum. de ſponſ.*

*Coacta* officia Deo diſplicent. 23. *q. 6. c. jam verò.*

**Coadjutor** datur clericio ægrotanti. *c. de rectoribus. de cler. ægrotant.*

**Cœmeteria** ubi excommunicati ſunt ſepulti, reconcilientur aqua benedicta ſolemniter. *c. conſuluiſti. de conſec. eccleſiar.*

**Cogitationis** pœna eſt ex lege divina. 49. *diſt. c. hinc n. ante fin.* in *Cogitatione* voluptas reprimenda, ne etiam in actu dominetur. *d. c. hinc enim.*

à **Collectis** & muneribus cæcus immunis eſt. *c. licet multũ. 4. de cenſib.*

**Collegium** conſtituere ſine authoritate ſuperioris non licet. *c. dilecta. 14. de exceſſib. prælator.* ¶ Collegium ſive corpus debet habere ſyndicum. *capit. unic. de ſyndico.*

**Commiſſiones** duæ ſuper eodem negotio impetratæ, niſi una de altera faciat mentionem, non valent. *c. ex tenore. de reſcript.*

**Committens** in leges, fruſtra legis auxilium invocat. *ca. quia fruſtra. 14. in prin. de uſuris.*

**Commodum** ſentire debet, quem ſequitur onus, & contra. *cap. qui ſentire. 55. & cap. rationi. 77. de regul. jur. in 6.* Ex eo non debet quis fructus conſequi, quod niſus extitit impugnare. *cap. ex eo. 38. de regul. juris. in 6.*

in re **Communi** potior eſt conditio prohibentis. *c. in re communi. 56. de regul. juris. in 6.*

**Commutatio** præbendarum vel dignitatum ſine Epiſcopo non fiat. *c. quæſitum. de rer. permut.* ¶ Commutatio eccleſiæ fieri poteſt, licet non venditio. *c. ad quæſtiones. eod. tit.* ¶ Commutatio ſpiritualis cum ſpirituali, temporalis cum temporali fieri poteſt, ſed non ſimul confusè. *d. c. eod. tit.* ¶ Commutari non poſſunt temporalia pro ſpiritualibus. *c. exhibita. eod. tit.*

**Compenſationis** exceptio oppoſita, condemnationem minuit, niſi depoſiti actione agatur. *c. 2. §. ſanè depoſitori. de depoſito.* vel niſi debitũ quod opponitur, dubium ſit, non liquidum. *d. c. 2. §. fin.*

**Compaſſionem** vera juſtitia non debet habere. 45. *diſt. c. vera.* 23. *q. 4. c. eſt injuſt.*

**Compromiſſum** procuratoris debet dominus ratum habere: procurator tamen non debet compromittere ſine mandato domini. *cap. per tuas. de arbitr.* ¶ Compromitti poteſt in laicum authoritate ſuperioris. *ibidem.* ¶ Compromiſſio in laicũ de ſpititualibus non valet. *c. contingit. eo.* ¶ Compromiſſione facta, quando non licet reſilere. *ca. in cauſis. de elect.* ¶ Compromiſſionis fines ſervandi ſunt, aliàs non valet. *c. conſtit. de appell.* ¶ Compromiſſio facta de electione, ſemper intelligitur de idoneo, & ſic electus eſt recipiendus. *c. cauſam. de elect.* ¶ Compromiſſum non extenditur ad hæredes compromittentis, ſi de ipſis non caveatur. *ib. & c. ult. de arbitr.* ¶ Compromiſſio tenet in beneficiis ſpiritualibus. *c. niſi. de præb.*

Concu-

**Concentor.** *diſtinct.21. capit. cleros.§. concentor.*

**Conceſſio** laici de re eccleſiaſtica non valet. *c.qui res.de reb. eccleſ. non alien.* ¶ Conceſſio præſumitur realis, niſi probetur fuiſſe perſonalis. *c.cùm veniſſent. de inſt.* ¶ Conceſſionis verbo generali omnia concedi videntur. *ibid.* & *c. nulli.de rebus eccleſi. non alien.* ¶ Conceſſio Epiſcopi capitulo reclamante non tenet, per capitulum facta tenet, niſi fiat contra mandatum Papæ. *cap. cùm nos. de iis quæ fi. à præla.* & *cap.2.* & *3. de conceſſ. præbend.* ¶ Conceſſionis authoritas tranſit ad ſuperiorem, quando ſtatutum tempus negligitur. *cap.cum noſtris. eod.tit.* ¶ Concedere non poteſt Epiſcopus, ut in eadem eccleſia plura quis habeat beneficia. *capit. literas. eod.titul.* ¶ Ex conceſſione Epiſcopi poteſt haberi beneficium ſimplex habens curã animarum. *cap.de multa. de præbend.* ¶ Conceditur nobilibus & literatis plura beneficia habere, ex diſpenſatione tamen Papæ: *ibidem.* ¶ Conceſſum ex gratia, nulli debet præjudicium generare. *capit. bonæ memoriæ.de poſtul.* ¶ Conceſſio beneficiorum non vacantium prohibetur *cap.2.* & *3. de conceſſ. præbend.*

## De Conciliis.

de **Concilii** nomine & nominis ratione. *diſt.15.c.1.§. ſynodus autem. uſque ad finem.*

Antequam *Concilia* habeantur prius de iis quæ correctione indigent inquirendum eſt. *cap. ſicut olim. 25. §. ut autem id valeat. de accuſationib.* ¶ Abſque apoſtolicæ ſedis Authoritate ſynodum particularem vel concilium univerſale congregare non licet. *diſtinct. 17. in princip. cum. cc. ſeqq. uſque ad cap. ultim. item 3. quæſt.6. cap. dudum.* quod fallit ſi non ad generaliter aliquid definiendum, ſed ad corrigendum & indicendum id quod eſt ſtatutum, concilia celebrentur. *diſtinct. 18. in princip.*

### A quibus habenda concilia?

¶ Regulares quoq; canonici, Abbates atq; priores poſſunt ac debent habere peculiare concilium: *c. in ſingulis. 7. in princ.* & *§. hoc ipſum. de ſtatu monachorum.*

### Quando & quoties habenda Concilia?

¶ Singulis annis habenda concilia provincialia. *c. ſicut olim. 25. in prin. de accuſationib. diſt. 18. c. quoniam quidem. in prin.* ¶ Singulis Annis bis habenda concilia provincialia. *diſt.18. cap. de conciliis. in princ. cap. propter eccleſiaſticas. in prin. cap. pervenit. cap. quoniam. in prin. cap. propter eccleſiaſticas. in prin.* ¶ Regulares quolibet triennio concilia celebrabunt. *c. in ſingulis. 8. in princ. de ſtatu monachor.* ¶ Aliquot certis Diebus continuè habendum. *d. capit.7. §. hujuſmodi verò.*

### Qui ad Concilia convocandi?

¶ De Abbatibus ad ſynodum non cogendis. *diſt.18. cap. Epiſcopus. item 18. quæſt. 2. cap. ult. verſic. non enim.* fallit ſi rationabilis cauſa ſubſit. *d. verſic. non enim.* & *d.cap. Epiſcopus.* item fallit ſi abbates populum habeant. *cap. quod ſuper. 9. de majoritate & obedientia.* denique fallit ſi concilium ſit abbatum ac religioſorum peculiare. *cap. in ſingulis. 7. in princip. de ſtatu monachorum.* ¶ Capitula cathedralium eccleſiarum ad concilia provincialia vocanda & admittenda. *c. ult. de his quæ fiunt à prælat.* ¶ Diaconos, Presbyteros, & omnes quotquot ſe læſos exiſtimant, præſentes eſſe oportet. *diſt.18. cap. propter eccleſiaſticas. §. in ipſis autem. c. antepenult. verſi. ita ut ad concil.* ¶ Hæretici ad ſynodum non convocandi. *24. q. 2. cap. cum quibus.* ¶ Imperatores ſynodis intereſſe non debent. *d. diſt. 96. cap. ubinam.* ¶ Niſi univerſalis ſit ſynodus, in qua de fide agitur. *dict. c. ubinam. verſi. niſi fortè.* & *d. diſt. 96. cap. nos ad fidem.* ¶ Presbyteri religioſi populum non habentes, ad ſynodum non cogendi. *c. nimis prava. 17.* & *ibi gloſſa. de exceſſ. prælatorum.* ¶ Suffraganei Epiſcopi convocandi. *c. ſicut olim. 25. in princ. de accuſationib. item diſt.18. c. propter eccleſiaſt. §. admoneant autem.* ¶ Vniverſi ſacerdotes convocandi. *c. cùm ſuper. 9. de majoritate & obedientia.* & *d. c.7. in prin.*

### Forma Conciliorum.

¶ Ne quis ex vocatis ad ſynodum religioſorum plus quàm ſex evectiones & octo perſonas ſecum adducat. *capit. in ſingulis.7. in princip. verſicul. hoc adhibito. de ſtatu monachorum.* Præſidentes ſynodi ordinandi. *capit.7. §. advocent autem. de ſtatu monachorum.* Iuramentum ſynodale. *15. q.6. cap. Epiſcopus.* ¶ de Meditatione & Sollicitudine Epiſcoporum congregatorum circa mandata divina. *diſt.18. cap. quoniam. §. dum autem.* ¶ de Inquiſitis quæ correctione indigent, in concilio proponendis. *cap. ſicut olim.25. §. ut autem. verſic.* & *ea fideliter. de accuſat.* ¶ de Inquirenda culpa præſidentium priorum cavetur *cap. ea quæ.8. §. ſequentes. verſic. idem etiam. dict. tit. de ſtatu monachor.* ¶ de Corrigendis exceſſibus, & majoribus reformandis, & quærelis dijudicandis in concilio. *dict. c.25. in princ. verſi. in quibus.* & *d.§. ut autem. verſi. ut ſuper his. item diſt.18. c. de conciliis. verſi. in quibus. cap. propter eccleſiaſtic. in prin.* & *c. antepenult. in prin. item de ſtatu monachor. c. in ſingulis.7. §. hujuſmodi verò.* ¶ de Diſſidentibus Epiſcopis reconciliandis. *diſt. 90. c. diſſidentes.* ¶ de Muneribus à ſubditis accipiendis vel offerendis. *diſtinct.18. cap. quoniam. §. fi.* & *c. de eulogiis.* ¶ de Viſitatoribus eligendis, & horum officio. *diſt. 18. c. in ſingulis.7. §. ordinentur etiam.* ¶ de Sequentis concilii vel capituli loco definiendo, cavetur *diſt. 18. c.7. §. proviſo.* ¶ de Cavendo, ne eccleſiæ à laicis lædantur, cavetur *diſt. 18. c.7. §. fin.* ¶ de Vita communiter celebranda & communibus expenſis cavetur *diſt. 18. c.7. §.* & *qui convenerint.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de *Contumacia* vocatorum non venientium, vel non habentium ſingulis annis ſynodum coercenda. *diſt.* 18. *c. non oportet. c. pervenit. c. quoniam. §. hunc ergo. cap. epiſcopus. c. placuit. c. ſi quis autem. c. ſi epiſcopus. c. ſi quis epiſcoporum.* ¶ de Die paſchatis annunciando cavetur *de conſecrat. diſt.* 3. *cap. placuit ut poſtquam.* ¶ de Statutis publicandis. *diſt.* 18. *c. ult.* item de ſtatutis concilii obſervandis. *c. in ſingulis.* 7. *§. & quod ſtatutum. §. ſi verò. verſi. cæteris irrefragabiliter. de ſtatu monachor. item cap. ſicut olim.* 25. *§. ut autem. verſi. & quæ ſtatuerint. de accuſationibus.* & de Pœna transgreſſorum. *d. cap.* 25. *§. fin.* ¶ denique de iis quæ in ſynodo expediri non poſſunt, ad Pontificem referendis. *d. c.* 7. *§. ſi verò. item diſt.* 18. *c. de conciliis. in fine.*

**Concionatores** à ſolo epiſcopo ordinandi. *cap.* 1. *de capellis monachor.* & qualis debeat eſſe concionator, definitur. 8. *q.* 1. *c. oportet.*

### *Qui concionari poßit, vel non.*

De Laicis ad *Concionandum* non admittendis. *d. diſt.* 23. *ca. mulier. §. laicis. item de hæreticis. ca. cùm ex injuncto.* 12. *& c. ſicut.* 14. ¶ de muliere ad concionandum non admittenda. *diſt.* 23. *cap. mulier. item de conſecrat. diſt.* 4. *c. mulier. item cap. nova quædam.* 10. *de pœnit.* ¶ de Monachis ad concionandum non admittendis. *c.* 1. *de capellis monachor. item* 16. *quæſt.* 1. *c. de monachis. §. fin. cap. monachus non. c. adjicimus. ca. hinc eſt. §. item illud. item cap. unico. §. perſonis quoque. de religioſis domibus, in* 6. quod fallit ſi monachus in clericum fuerit ordinatus. 16. *q.* 1. *c. ſunt nonnulli. §. fin. cum duobus cc. ſequentibus, uſque ad §. non eſt humilitatis.* item fallit ſi monachus ſit canonicus regularis. *c. quod Dei timorem.* 5. *de ſtatu monachorum.* tertiò fallit ſi divina gratia intus commoniti monachi concionentur. 16. *q.* 1. *c. placet rationabilis. §. oſtendit ergo.* denique fallit ſi monachi conſulantur ab aliis habitum monachalem ſuſcepturis. *diſt. q.* 1. *c. juxta Chalcedonenſis. verſi. & à populorum.* ¶ non ordinati ad concionandum non admittendi. *c. excommunicamus.* 13. *§. quia verò. de hæreticis.*

### *Forma Concionandi.*

¶ de Admonendo in concionibus populo, ut decimas & alia eccleſiæ fideliter ſolvant. *c.* 1. *de decimis. in* 6. *Clemen. cupientes.* 3. *§. illos etiam. uſque ad finem. de pœnis.* item de admonendo in concionibus populo, ut operas ſibi invicem exhibeant. 11. *q.* 1. *c. te quidem. §. fin. cum cap. ſequente ſicut.* ¶ Omnes ad audiendam concionem admittendi. *de conſec. diſt.* 1. *c. epiſcopus nullum.* ¶ ut diligenter Concionibus auſcultetur. 1. *q.* 1. *ca. interrogo.* ¶ ut ſtantes Evangelium audiant. *de conſec. diſt.* 1. *c. apoſtolica.* ¶ Ne ante finitam concionem peractam exeant. *d. diſt.* 1. *c. omnes fideles. cum duobus cc. ſequentib.*

**Concubina** *diſtinct.* 34. *c. omnibus. §. concubina.* ¶ Concubina clerici excommunicata, excommunicatione majori involvitur clericus accedens ad eam. *c. ſi concubinæ. de ſent. excomm.* ¶ Concubina clerici ſecundùm canones puniatur. *c. ſi quiſquam. de cohabit. cler. & mulr.* ¶ Concubinam retinens poſt admonitionem clericus excommunicetur vel ſuſpendatur. *ibidem.* ¶ Concubinam reſumens clericus perpetuò ſuſpendatur. *c. clericos. eod. tit.* ¶ Literæ à clerico concubinario ſuper abſolutione (tacita facti ſerie) obtentæ, non valent. *c. ſuper. eod. tit.* ¶ Concubinatus primò puniatur per beneficii ſuſpenſionem: deinde perpetuam ſubtractionem. *c. ſicut. eod. tit.* ¶ Concubinarius non audiatur, & ab eo eccleſiaſtica ſacramenta percipiantur, quandiu ab eccleſia toleratur, niſi valde notorium ſit talem eum eſſe. *cap. veſtra. eod. tit.* ¶ Concubinam habenti clerico purgatio indicitur. *c. tua nos. eod. tit.*

**Concuſſionis** crimen. *qu.* 1. *capital. concuſſionis.*

**Condemnari** non debet quis propter credulitatem aliquorum. *c. qualiter & quando.* 2. *de accuſat.*

**Condictio** ex lege. Ad fine remedium interdicti unde vi eſt, ſi poſt appellationem quid ſit innovatum. *cap. bonæ memoriæ.* 51. *de appellat.*

**Conditio** contra ſubſtantiam matrimonii diſſolvit illud. *ca. ſi conditiones. de cond. appoſit. in deſponſ.* aliàs conditio inhoneſta matrimonium non diſſolvit, dummodò non ſit contra ſubſtantiam matrimonii. *ibidem.* habentur enim in favorem matrimonii pro non adjectis. *ibidem.* ¶ Conditionis error impedit matrimonium & dirimit. *c. propoſuit. de conjug. ſervor.* ¶ Conditio ex alieno conſenſu dependens, non ligat, niſi conſentiat. *c. ſuper eo. de condition. appoſ. in deſponſ.* ¶ Conditio hæc, Centum ſi mihi dabis, te in uxorem ducam, in matrimoniis pro honeſta habetur & valet, nec tenetur eam in uxorem recipere centum non datis. *cap.* 3. *de condit. appoſit. in deſponſ.* ¶ Ab omni conditione appoſita in matrimonio receditur per copulam carnalem. *c. per tuas. eod. tit.* ¶ Conditio hæc in literis Papæ intelligitur, ſi preces veritate nitantur. *c. ex parte.* 1. *de reſcript.* ¶ Sub conditione alterius conſenſus, traditio rei non valet, niſi conſentiat. *c. olim.* 1. *de reſtit. ſpol.* ¶ Conditio locum benè habet in ſpiritualibus. *c. ſignificatum. de præbend. & dignit.* ¶ Sub conditione data poſſeſſio data revocatur ea ceſſante. *c. verum. de condit. appoſ.* ¶ Sub conditione manumiſſus ut fiat monachus, monachus fieri debet. *c.* 2. *eod. tit.*

Si **Conductor** damnum in fructibus perceptis vel percipiendis paſſus ſit, remittenda eſt ei penſio. *c. propter. in prin. de locato & conducto.* Niſi anni præcedentis vel ſequentis fructus fuerint uberiores. *d. c.* 3. *in prin. verſ. niſi cum ubertate.* vel niſi culpa conductoris damnum contigerit. *d. cap. in prin. verſi. ſine culpa.*

Si quis hoſpitium ab alio *Conductum* ante tempus illud

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pus iſtius conductionis finitum ſine conſenſu prioris conduxerit, punitur. *c. 1. de locato & conducto.*

**Confeſſus** in jure ut convictus condemnatur. *cap. cùm ſuper. de confeſſ.* ¶ Confeſſio etiam coram non ſuo judice tenet. *c. & ſi clerici. de judic.* ¶ Confeſſio ſemper eſt facienda in anno. *c. omnis. de pœnit. & remiſſ.* ¶ Confeſſio invita vel coacta non præjudicat. *c. cauſam. de offic. delegat.* ¶ Confeſſio criminis extra jus facta præjudicat. *cap. ult. de confeſſ.* ¶ Confeſſio de ſeipſo in præjudicium aliorum, credi non debet. *eod. tit. c. 1.* ¶ Confeſſio à non pœnitentibus recipienda eſt, & pœnitentia injungenda. *c. quod quidam. de pœnitent. & remiſſ.* ¶ Confeſſionem poteſt quis alteri ſacerdoti facere, licentia non obtenta, tamen petita. *cap. omnis. de pœnit. & remiſſ.* ¶ Confeſſor ſciens, excommunicatum aliquem in confeſſione ſolus tenetur eum vitare, & non in publico. *c. cùm non ab homine. de ſentent. excommun.* ¶ Confeſſio procuratoris per errorem, negotio nondum finito, non obeſt domino ſi revocat, nec fit per hoc litis conteſtatio. *c. cùm cauſam. de appellat.* ¶ Confeſſus crimen, ſuper eodem alium accuſans non auditur. *c. veniens. de teſtib.* ¶ Confeſſio qualis eſſe debeat, & qualiter ſe habere, & cui ſit confitendum, & pœna revelantis confeſſionem. *c. fin. & c. omnis. de pœnit. & remiſſ.*

**Confirmatio** contra jus obtenta non valet. *c. examinata. de confirmat. util. vel. inut.* ¶ Ante confirmationem electi non debent beneficia ſua conferre alicui. *c. cùm in electis. de electi.* ¶ Ante confirmationem poſſunt adminiſtrare in concordia electi, Papæ ſubjecti immediatè, ſi ſint valdè remoti ultra Italiam, dum tamen de rebus eccleſiæ nil alienent. *c. nihil eſt. de elect.* ¶ Confirmatio Prælatorum inferiorum pertinet ad epiſcopum. *c. conſtitutus. de appell.* ¶ Confirmatio Papæ perſonalem tranſactionem facit realem. *c. cum apoſtolica. de iis quæ fiunt a prælat.* ¶ Confirmatio impetrata lite pendente non valet, nec tenet ſententia contra jus lata, etiam per ſuperiorem confirmata. *c. bonæ. & c. examinata. de confirmat. util. vel inut.* ¶ Confirmatio Papæ ex certa ſcientia tenet, etſi aliàs non valeret. *c. venerabilis. eod. tit.* ¶ Confirmare non intendit Papa factum legati contra epiſcopum. *c. ſua nobis. eod. tit.* ¶ Confirmari poteſt factum dubium inferioris, per ſuperiorem diœceſanum. *cap. cùm monaſterium. de elect.* ¶ Confirmari poteſt ſententia lata juris ordine prætermiſſo. *cap. ad petitionem. de accuſ.* ¶ Confirmationem poteſt quis petere per interpoſitam perſonam. *c. nihil eſt. de elect.* ¶ Confirmatio per ſubreptionem obtenta non valet. *cap. de confirmationib. de confirmat. util. vel inut.* ¶ Confirmatio ſententiæ à qua appellatur, quando valet & quando non. *capit. bonæ memoriæ. eodem tit.* ¶ Confirmatus in Archiepiſcopum non poteſt transferri in Epiſcopum. *cap. 1. de translat.* ¶ Confirmari poſſunt pueri tempore interdicti ab epiſcopo. *cap. reſponſo. de ſent. excommun.*

**Confiſcatio** non tollit jus uxori: ideoque bonis damnati publicatis, uxor dotem ſalvam habet. *c. decrevit. 14. de hæreticis. in 6.*

**Congregatio** dicitur, ubi duo vel tres fuerint inſimul. *c. 1. de elect.*

**Conjugatorum** neuter ſine altero religionem ingredi poteſt. *c. cùm ſis. de converſ. conjug.* ¶ Conjugatorum alter, altero invito, ante carnalem copulam poteſt ordinem intrare. *capit. verum. eod. tit.* ¶ Conjugum religionem intrantium ſeparatio ad epiſcopum pertinet: aliàs revocatur, ſi alter ſuſpectus habeatur, niſi alter intret ordinem, vel voveat continentiam, & non ſit ſuſpectus. *cap. 1. eod. tit.* ¶ Conjugum alter ſeparatus propter fornicationem, poteſt ordinem intrare. *c. gaudemus. eod. tit.* ¶ Conjugatorum alter, ſi ab altero fraudulenter obtineat licentiam intrandi ordinem, non valet, niſi alter ipſum ſequatur ad religionem. *c. accedens. eod. tit.* ¶ Conjugatus tenetur alterum expectare, donec certus ſit de morte ejus. *c. in præſentia. de ſponſal.* ¶ Conjugatorum altero relinquente ſeculum, poteſt is qui remanſit contrahere, ſi non fuerit carnalis copula ſecuta. *c. verum. de converſ. conjug.* ¶ Conjugatorum alter ordinem intrans invito altero, perdit jus petendi debitum, & poſt mortem alterius, ſi exierit, non compellitur redire, ſed continere. *c. quidam. & c. placet. eod. tit.* ¶ Conjugatorum altero intrante religionem, qui remanet tenetur vel intrare, ſi eſt ſuſpectus, vel ſi non eſt ſuſpectus, tenetur continentiam vovere. *c. cùm ſis. eo. tit.* ¶ Conjugatus propter infidelitatem ſeparatus, judicio eccleſiæ peracta pœnitentia, ſi ordinem intrare noluerit, compellitur fideli cohabitare relicto. *c. ult. eod. tit.*

**Conjuratores** & conſpiratores. *cap. conſtitutionem. 2. §. cæterum. de verb. ſignifi. in 6.*

**Compaternitas** non contrahitur per ea quæ præcedunt baptiſmum. *cap. contracto. de cogn. ſpiritu.* ¶ Compater viri non poteſt uxori ſuæ copulari poſtea, poſt ejus mortem. *capit. Martinus. eod. tit.* ¶ Ante compaternitatem natus non contrahat cum filia, mediante qua facta eſt compaternitas: & ſi contraxerit, dirimatur. *ca. tua nos. eod. titul.* ¶ Filii duorum compatrum, per quorum neutrum deventum eſt ad compaternitatem, licitè contrahunt, niſi reſiſtat conſuetudo. *c. 1. & c. ſuper eo. eod. tit.*

**Conpurgatores,** qui ad purgandam alicujus infamiam inducuntur, id ſolùm juramento tenentur firmare, quòd credunt veritatem eum dicere qui purgatur. *capit. de teſtibus. 13. de purgat. canonic.*

**Conſanguineam** uxoris cognoſcens nunquam debitum petat ab uxore ſua. *c. 1. de eo qui cognov.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*conſang.uxor.ſu.* ¶ Conſanguineo infideli non
poteſt clericus legare. *capit. ſancto. de ſucceſſ. ab*
*inteſt.* ¶ A conſanguineis uxoris abſtinendum
eſt ut à propriis. *capit. ex literis. de conſangui.*
*& affin.* ¶ Conſanguinei teſtes eſſe poſſunt in
cauſa matrimoniali. *cap. Videtur. qui matrimon.*
*accuſ. poſſunt.* ¶ Conſanguineus teſtis præfer-
tur in cauſa matrimonii. *c. quoties. de teſtibus.*
¶ Conſanguineus conſanguinei ſponſam ducere
non poteſt. *c. ſponſam. de ſponſ.* ¶ Conſangui-
neam ſponſæ præcognoſcens, ſponſam poſtea du-
cere prohibetur. *cap. tertio loco. 13. de præſumpt.*

**Conſecratio** eccleſiæ & chriſmatis & epiſcoporum non debet
fieri, niſi cum Miſſæ celebratione. *cap. quod ſicut.*
*de elect.* ¶ In conſecratione eccleſiarum priùs
eſt dos aſſignanda. *cap. cùm ſicut. de conſecr. eccl.*
¶ Reconſecrari debet altare, ſi motum ſit, vel
lapis fractus, nec propter hoc eccleſia reconſe-
cratur. *cap. ad hæc. eod. tit.* ¶ Conſecrantur
benè eccleſiæ diebus feſtis & ferialibus. *cap. tua.*
*de conſecr. eccleſ. vel alt.* ¶ Conſecrari non
eſt neceſſe eccleſiam ſanguine pollutam propter
homicidium, ſed & alio modo poteſt reconci-
liari, per aquam nempe, vinum & cinerem bene-
dictum. *cap. propoſuiſti. 4. eod. tit.* ¶ Conſe-
crari etiam poſſunt multa altaria & multi epiſco-
pi. *c. cùm ſis. eod. tit.* ¶ Conſecrari debet ec-
cleſia polluta ſanguine vel ſemine humano, etiam-
ſi priùs non fuerit conſecrata. *capit. ſi eccleſia.*
*final. eo. tit.* ¶ Reconſecrari non debet altare,
in extremis tantùm fractum. *capit. ligneis. eod.*
*tit.* ¶ Conſecrari debet epiſcopus ad minus à
tribus cæteris epiſcopis, conſentiente archiepiſco-
po. *capit. epiſcopus. diſt. 23.* ¶ Pro conſecra-
tione eccleſiæ procuratio peti poteſt. *capit. cùm*
*ſit Romana. de ſimon.* ¶ Conſecrationem ele-
cti poteſt committere archiepiſcopus ſuffragane-
is. *capit. quòd ſedem Apoſtolicam. de offic. jud.*
*ordin.* ¶ Conſecratum non debet ad humanos
uſus applicari. *c. ad hæc. de religioſ. domib.* ¶ De
conſecratione Regum habes, *de ſacra. unct. cap.*
*unic.* ¶ De forma conſecrandi epiſcopos legi-
tur *in cap. epiſcopi. diſt. 23. c. 1. diſt. 75.* ¶ De
conſecrationis modo aliorum clericorum habe-
tur *in cap. presbyter. & c. ſequent. uſque ad ca-*
*pitulum pſalmiſt. diſt. 23.* ¶ Forma conſecran-
di eccleſias traditur, *in auth. de monachis: §. illud.*
*& cap. placuit. 1. quæſt. 1. & c. 1. diſt. 1. de conſec.*
¶ Forma conſecrandi altaria aliasque res ſacras
explicatur, *in d. c. unico. §. ungitur. de ſacr. unct.*
*c. altaris. & c. placuit. diſt. 1. de conſecr.*

**Conſenſus** partium poteſt relaxare au-ctoritatem juris. *c. nonnulli.*
*de reſcript.* ¶ Propter conſenſus defectum con-
firmari nequit matrimonium impuberum, an-
te ætatem legitimam contractum. *cap. a nobis. de*
*deſponſ. impub.* ¶ Conſenſus non videtur eſſe,
ſi metus intervenit. *capit. cùm locum. de ſponſal.*
*& matrim.*

**Conſentire** omnes debent in eo quod omnes tangit. *ca. quod om-*
*nes 29. de reg. jur. in 6. c. ad hæc. 7. §. fin. de offic.*
*archidiaconi.* item qui tacet conſentire videtur.
*c. qui tacet. 43. de regul. jur. in 6.* licet qui tacet,
non utique fatetur, ſed nec utique negare videtur.
*c. is qui tacet. 44. d. tit.*

**Conſervatores** de manifeſtis injuriis tueri poſſunt,
quæ indaginem juris non requirunt. *c. 1. de off.*
*deleg. in lib. 6.*

Ex **Conſilio** (dummodo fraudulentum non fuerit) nullus obligatur. *cap.*
*nullus. 62. de reg. jur. in 6.*

**Conſtitutionis** definitio habetur *diſt. 2. cap. conſtitu-*
*tio.* ¶ *Conſtitutionum* diviſio in civiles & ec-
cleſiaſticas habetur *diſt. 3. in pr.* Sed & dividun-
tur conſtitutiones in generales & perſonales. ¶ Con-
ſtitutio nullum ligat, antequam ad eum perveniat.
*c. cognoſcentes. de conſtit.* ¶ Conſtitutiones con-
tra libertatem eccleſiæ revocentur. *c. noverit. de*
*ſentent. excomm.* ¶ Conſtitutio non debet fieri
in præjudicium futurorum. *capit. cùm [illegible]*
*conſtitut.* ¶ Conſtitutiones antiquę non muten-
tur, niſi de conſenſu epiſcopi. *c. cum conſuetudinis.*
*de conſtit.* ¶ Conſtitutionem publicam non o-
portet auribus ſingulorum intimari. *c. 1. de poſtu-*
*lat. prælat.* ¶ Conſtitutio ſedis Apoſtolicæ o-
mnes adſtringit. *cap. fin. de conſtitut.* ¶ Conſti-
tutio ad præterita non extenditur, niſi nominatim
de eis caveatur. *d. c.* ¶ Conſtitutio contra liber-
tatem eccleſiæ non tenet. *c. ult. de reb. eccleſ. non*
*alien.* ¶ Conſtitutio de uſuris fertur ad præterita.
*cap. cùm tu. de uſur.* ¶ Conſtitutiones eccleſiæ
pro tempore variari poſſunt. *c. non debet. de con-*
*ſang. & affin.* ¶ Conſtitutio nihil debet ambi-
guum & obſcurum continere. *c. ult. de conſtit.*
¶ Conſtituens patiatur legem quam ipſe [illegible].
*c. cùm omnes. eod. tit.* ¶ Conſtitutio confirmata
per ſuperiorem non poteſt revocari per confirman-
tes. *c. cùm acceſſiſſent. eod. tit.* ¶ Conſtitutio
facta à laico etiam pro libertate eccleſiæ non te-
net, niſi per Papam approbetur. *cap. eccleſia. eod.*
*tit.* ¶ Conſtitutio de certo numero canonico-
rum non valet, niſi per Papam confirmata fuerit. *c.*
*ex parte epiſcopali. eod. tit.*

*Conſtitutiones* vim legis habent. *diſt. 8. c. quæ*
*contra. verſ. generale quippe.*

*Conſtitutionum* perſonalium definitio, item
privilegiorum habetur *diſt. 3. c. regula. §. fin. cum*
*c. ſeq. item 25. quæſt. 1. c. ult. §. cum ergo aliqua.*
*verſ. privilegia namque.*

**Conſuetudo** cujus non extat memoria, pro lege eſt habenda.
*cap. ſeries. de teſtib. & atteſt.* ¶ Conſuetudi-
nes ſuſtinens contra libertatem eccleſiæ, excom-
municatus eſt. *c. noverit. de ſent. excomm.* ¶ Ex
conſuetudine hactenus præſtitum peti poteſt. *c.*
*ad hæc. de exceſſ. prælat.* ¶ Conſuetudo juri
contraria non valet. *c. ad audientiam. & c. quam-*
*to. de conſuet.* ¶ Conſuetudo juri ſcripto non
præjudicat. *c. clerici. de judic.* ¶ Conſuetudo
quòd laicus teſtificetur contra clericum in cauſa
criminali,

criminali, præſertim ſi ejus fuerit inimicus, non valet. *capit. meminimus.* 13. *de accuſ.* ¶ Conſuetudo quæ abſque peccato ſervari non poteſt, non valet. *c. ultim. de præſcr.* ¶ Conſuetudo in teſtamentis religioſis, factis ſine ſcriptis & teſtibus, valet, dummodò forma tradendi ſecundùm conſuetudinem terræ ſervetur. *capit. ex literis. de conſuetud.* ¶ Conſuetudo de ſepultura puerorum tenenda eſt, ſecundùm morem terræ. *cap. de uxore. de ſepult.* ¶ Conſuetudo de canonica portione valet, ſecundùm morem & conſuetudinem terræ. *capit. certificari. eodem titulo.* ¶ Conſuetudo de contrahendo matrimonio cùm ante vel poſt compaternitatem genitis valet. *cap. ſuper eo. de cognat. ſpirit.* ¶ Conſuetudo in teſtamentis, ut teſtes duo vel tres ſufficiant, non obſtantibus legibus, valet. *c. cùm eſſes. de teſtam.* ¶ Conſuetudo præjudicat juri communi, in ſuo loco tantùm ubi viget. *c. cùm dilect⁹. de conſuetud.* ¶ Conſuetudo damnoſa eccleſiæ abolenda eſt. *c. cùm conſuetudinis. de conſuetud.* ¶ Conſuetudo dat juriſdictionem. *c. cùm contingat. de for. compet.* ¶ Conſuetudo de pluribus præbendis habendis in una eccleſia non valet. *capit. literas. de conceſſ. præbend.* ¶ Conſuetudo non excuſat in delictis. *cap. quanto. de conſuetud.* ¶ Conſuetudo terræ in judiciis ſervanda eſt, ſi bona ſit. *c. ad apoſtolica. de decim.* ¶ Secundùm conſuetudinem loci decedens, debet relinquere eccleſiæ matrici partem bonorum ſuorum. *cap. certificari. de ſepulſ.* ¶ Conſuetudo eſt optima interpres legum. *c. cùm dilectus. de conſuetud.* ¶ Conſuetudo obſervetur in electionibus & beneficiis conferendis. *c. cùm eccleſia. de elect.* & *c. cùm eccleſia. de cauſ. propriet.* ¶ Conſuetudines antiquæ ſunt magnæ authoritatis. *capit. cùm conſuetudinis. de conſuetud.*

**Contemtus** abſentis caſſat electionē. *c. quod ſicut ex literis.* & *cap. bonæ memoriæ* 1. *de elect.*

**Conteſtatio** litis perpetuat juriſdictionem. *c. relatum. de offic. deleg.* ¶ Conteſtatio & ſententia diffinitiva debent fieri coram principali. *c. ſuper quæſtion. eod. tit.* ¶ Conteſtatio litis, ubi omittitur proceſſus, non valet. *ca. dudum.* 2. *de elect.* ¶ Conteſtatio litis quomodo fit. *ibidem.*

**Contractus** ex conventione legem accipere dignoſcuntur. *cap. contractus.* 85. *de reg. jur. in* 6.

**Contrahere** non poſſum cum ſorore mea adoptiva, durante adoptione. *c. ſi qua. de cognat. legal.* ¶ Contrahere non poteſt filius carnalis cum filia ſpirituali, & econverſò. *ca. ex literis. de cogna. ſpirit.* ¶ In contrahentibus conſideranda eſt ſcientia & ætas. *c. ex literis. de ſponſal.* ¶ Contrahentes clandeſtinè non poſſunt compelli cohabitare. *c. quod nobis. de clandeſtin. deſponſ.* ¶ Contrahens uxoratus cum ignorante, prima uxore defuncta non poteſt petere divortium, niſi illa velit. *c.* 1. & *c. veniens. de eo. qui dux. in matr.*

**Contraria** Allegans, non eſt audiendus. *c. cùm olim.* 19. *§. fin. de cenſibus.* item cohærere & conjungi non poſſunt, quibus ſtudia & vota ſunt diverſa. 16. *q.* 7. *c. in nona. §. unde oportet.* ¶ Diſtingue tempora, & concordabit ſcriptura. 2. *quæſt.* 1. *cap. ſi peccaverit. §. diſtingue.* ¶ Contraria proponens, vel ſibi contrarius, ſuſpectus eſt, & non eſt audiendus. *c. ſolicitudinem. de appellat.*

**Contumax** non eſt, qui infirmitate impeditur. *c. querelam. de procu.* ¶ Contumax poteſt excuſari per nuntios. *ibid.* ¶ Contumax eſt, qui comparet, ſed reſpondere non vult. *c.* 1. *de judic.* ¶ Contumax condemnatur in expenſis, à tempore quo cœpit eſſe contumax, adverſario expectante. *c. cùm dilecti. de dol. & contum.* ¶ Contra contumacem poſt litis conteſtationem ſententia diffinitiva dari debet, ſi liquet de jure, ſi non adjudicetur præſenti poſſeſſio. *c. prout. de dolo & contum.* ¶ Contumaciter recedens à judicio compellitur ſtare juri & tēpori, & eccleſiaſtica pœna puniendus eſt. *ibidem.*

**Convaleſcere** ex poſtfacto non poteſt, quod ab initio non valet. *c. auditis. de elect.*

**Convenire** vel conveniri non debet collegium ſine conſenſu prælati. *c. cauſam.* 2. *de judi.* ¶ Conventus per literas duplices ad judices diverſos, primis non revocatis, tenetur reſpondere ſecundis. *c. ex tenore. de reſcript.* ¶ Sex conventionis vitia ponuntur. *cap. final. eod. titul.* ¶ Conveniri poteſt poſſeſſor rei pro domino. *c. quoniam frequenter. §. fin. ut lit. non conteſt.* ¶ Conveniri ſimul quis non poteſt coram diverſis judicibus, ſuper diverſis actionibus perſonalibus. *c. quia nonnulli. de reſcr.*

**Conventicula** prohibentur. *de conſecrat. diſt.* 3. *cap. ne quis jejunet. verſ. & ad alionas.*

**Conventu** irrequiſito non debet abbas vel abbatiſſa beneficium cōferre, niſi propter privatam conſuetudinem. *c. continebatur. de iis quæ fi. à prælat.*

de **Converſione** hominis. 32. *q.* 2. *c. ancillam. §. fin. de pœn. diſt.* 1. *c. convertimini. in prin. de pœn. diſt.* 7. *c.* 1. *c. ult. §. quod quamvis.*

**Converſo** Judæo ad fidem eſt parvulus puer aſſignandus. *c.* 2. *de converſ. infidel.* ¶ Converſum verberans eſt excommunicatus, & à Papa abſolvendus. *c. non dubium. de ſent. excom.*

de **Coëpiſcoporum** differentia. *diſtin.* 68. *c. quāvis.* Vſus coëpiſcoporum prohibetur. *d. diſt.* 68. *c. coëpiſcopi.*

de **Creatione** hominis: quare non ſimul, ſed alter ex altero ſit creatus, diſſeritur 33. *q.* 5. *c. ult. in prin.* Quid ſit quod ad ſimilitudinem Dei dicitur homo creatus. *de pœnitent. diſt.* 1. *c. ſimilem.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ſi Creditor** ad extorquendum debitum vim adhibuit debitori, jus crediti amittit. 16. *q.* 6. *in pr. cũ duob. ſeq. cc.* & *c. ul. §. fin.* Niſi non creditor, ſed alius ipſius nomine, non tamen ipſius mandato vim intulit debitori. *d. q. 6. c. placuit. §. fin. cum c. ſequente, ſi epiſcopum.* & *cap. ult. §. ſi ergo.* ¶ Creditor ultra ſortem non poteſt petere. *c. ad noſtram.* 1. *de jurejur.* Sed poteſt impenſas circa pignora factas deducere. *ibid.*

**Crimen** occultum non impedit promovendum. *c. ex tenore. de tem. ord.* ¶ Crimen eſt ibi puniendum, ubi commiſſum. *de rapt. c.* 1. ¶ Crimen tribus modis poteſt exponi, denuntiando, excipiendo, accuſando. *c. ſuper his. de accuſ.* ¶ Crimen pro quo excommunicatur laicus, deponit clericum. *c. monaſteria. de vit. & honeſt. cleric.* ¶ Crimen per teſtes, non per actorem probatur. *cap. licet. de ſimon.* ¶ Pro crimine nemo puniendus eſt, contra quem non laborat infamia. *c. inquiſitionis. de accuſat.* ¶ In crimine participans eadem ſententia involvitur. *capit. ſi concubinæ. de ſentent. excomm.* ¶ De crimine ſemel accuſatus, reaccuſari non debet, niſi iterum crimen replicet. *c. de his criminibus. de accuſat.* ¶ Crimen publicum ordine judiciario probandum eſt. *c. dilectus. de ſimon.* ¶ Crimina audita non diſſimulanda, ſed inquirenda ſunt. *c. crimina. de colluſ. deteg.* & *c. licet. de ſimon.* ¶ Crimina paria pari compenſatione tolluntur. *c. tua fraternitas. de adult.* ¶ Criminoſus teſtificari non poteſt. *cap. cùm oporteat. de accuſat.* ¶ Criminoſo, in crimine ſocios accuſanti, non eſt credendum, excepto crimine læſæ majeſtatis. *cap.* 1. *de confeſſ.* ¶ Criminoſus pœnitentia peracta, repellitur à teſtificando in cauſa criminali, non in civili. *cap. non debet.* & *c. teſtimonium. de teſtib.* ¶ In criminali cauſa poteſt aliquando reſponderi per procuratorem. *cap. cùm dilecti. de dol. & contum.* ¶ In cauſa criminali non debet procurator admitti. *cap. veniens.* 15. *de accuſat.* ¶ Crimina quædam ſunt, in quibus culpa eſt relaxare vindictam. *c.* 1. *de poſtulat. prælat.* ¶ In cauſa criminali pater non recipitur pro filio, nec econtrà. *c.* 3. *qui matrim. accuſ. poſſ.* ¶ Pro crimine occulto nemo debet publicè puniri. *c. inquiſitionis. de accuſ.*

**Cuculla,** *Clement.* 1. *§. ſtatuimus. verſi. fin. de ſtatu monachor.*

**Culpa** eſt, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti. *c. non eſt.* 19. *de reg. jur. in* 6.

## D

**Damnum** quod quis ſua culpa ſentit, ſibi, non aliis debet imputare. *c. damnum.* 86. *de reg. jur. in* 6. ¶ Damni appellatione non continentur expenſæ. *cap. in noſtra.* 8. *de injuriis.* ¶ Damnum dediſſe videtur, qui occaſionem damni dedit. *c. fin. de jurejur.* & *damn.* ¶ Damno facto per anteceſſorem non obligatur ſucceſſor, ſi eſt in damnum eccleſiæ. *cap.* 2. *de precar.* ¶ In damnum eccleſiæ alienata ſunt revocanda. *cap. ad audientiam. de reb. eccleſ. non alien.* ¶ Damnum faciens non excuſatur ignorantia, ſi ſcire debuit, quin teneatur ſatisfacere. *c. fin. de injur.*

**Debitor** plus obligatur, ſi alteri quàm creditori ſolvit. *cap. cam te. de jurejur.* ¶ Pro debitis ſolvendis poteſt epiſcopus beneficium retinere. *c. pervenit. de fidejuſſ.* ¶ Pro debitis alienis eccleſia non gravetur. *cap. fraternitatem. de donat.* ¶ Debita patris ſolvit filius, & Prælati prædeceſſorum ſuorum. *cap.* 1. *de ſolut.* ¶ Debitor excommunicatus debet abſolvi, ſi non poteſt ſolvere, præſtita cautione, quòd ſolvat cùm poteſt. *cap. Odoardus. eodem tit.* ¶ Debiti injuſti ſolutio per debitorem probari debet. *cap. is qui. eod. tit.* ¶ Debito pro majori parte ſoluto, non debet pœna exigi, ſi aliud non poteſt ſolvi. *c. ſuam. de pœnis.* ¶ Debitor tenetur liberare fidejuſſorem ab omni obligatione. *cap. conſtitut. de fidejuſſ.* ¶ Indebitè exactum, licet ex conſuetudine, non eſt ſolvendum. *c. ſane. de exceſſ. prælat.* ¶ Ad debita ſolvenda quatuor menſes conceduntur. *cap. quærenti. de offic. deleg.* ¶ ſi Debitor pro ſuo debito rem alienam obligavit, ad eam redimendam ipſe ejusque hæres tenetur. *c. ex præſentium.* 3. *de pignoribus.*

**Deceptis** & non decipientibus, jura ſubveniunt, *c. cum univerſorum. de rer. permut.*

**Deceſſus** alicujus non impedit, quin de ſtatu ejus cognoſci poſſit. *cap. ſi quis epiſcopus. de hæretic.*

**Decimæ** quo jure introductæ ſunt, cavetur. *de conſecr. diſtinct.* 5. *c. quadrageſima. §. fin.* 16. *q.* 1. *c. decimas. in prin.* 13. *q.* 2. *c. jubemus. §. decimæ. q.* 7. *c.* 1. *§. oportet autem. c. decimas.* item De definitione ſeu potiùs diſceptatione decimarum, habetur. *c. tua nobis.* 26. *§. verum ſi ad. verſi. quæ tributa. de decimis.* 16. *q.* 1. *c. decima. in prin.* & De quatuor generibus decimarum juris veteris *cavetur c.* 1. *in prin. d. tit.* ¶ Decimæ dandæ ſunt de lana, fœno, molendinis, piſcariis, deductis expenſis. *cap. pervenit.* & *cap. paſtoralis. de decimis.* ¶ Decimæ ſtatim ſolventur collectis fructibus, ante ſolutionem mercedis mercenariorum. *cap. cùm homines. eod. tit.* ¶ A decimarum ſolutione nemo abſolvi poteſt per principem. *cap. tua. eodem tit.* ¶ Decimæ dandæ ſunt de rebus omnibus licitè acquiſitis. *cap. ex tranſmiſſa. eod. tit.* ¶ Ad decimas dandas omnes tenentur. *cap. a nobis. eod. tit.* ¶ Decimas detinens laicus careat ſepultura eccleſiaſtica. *cap. prohibemus. eodem titulo.* ¶ Decimæ dentur parochiæ illi, in cujus parochia ſita ſunt prædia. *cap. fin. de paroch.* & *alien. parec.* ¶ Decimæ jure hæreditatis teneri non poſſunt. *cap. ... ac. de decim.* ¶ Decimæ debentur divina conſtitutione. *cap. tua.* & *cap. parochianos. eod. tit.* ¶ Decimæ non debent retineri propter malitiam clericorum. *capit. tua nobis. eod. tit.* ¶ Decimæ dandæ ſunt de diverſis etiam ſeminibus, unius etiam agri. *capit. ex parte. eodem tit.* ¶ Decimæ dandæ

dandæ ſunt de omnibus bonis, de apibus & omni fructu terræ. *c.non eſt. eod. tit.* ¶ Decimæ pertinent ad eccleſiam parochialem de jure communi. *c.cum contingat. eod. tit.* ¶ Decimas non tenentur dare Ciſtercienſes, hoſpitalarii, templarii, de terris quas propriis manibus & ſumtibus culunt, *c.ex parte. eodem titul.* de terris tamen quas tradunt, aliis excolendas, tenentur ad decimas. *c.nuper. & c.licet eod titul.* ¶ Decimæ tribuuntur in ſignum univerſalis dominii: item ſunt tributa egentium animarum *c.tua nobis. eod. tit.* ¶ Ad decimas perſolvendas compellendi ſunt laici per cenſuram eccleſiaſticam, ſi nolint perſolvere. *ibid.* ¶ In decimis ſolvendis conſuetudo adprobata ſervatur. *c.cùm ſint. eod. titul.* ¶ Decimarum ſolutio præcedit exactiones tributorum & cenſuum. *cap.cùm non ſit in homine. eod. titul.* ¶ Decimæ locari poſſunt quibuſcunque. *c.veſtra. de locat. & conduct.* ¶ In decimis locum habere poteſt compoſitio. *c.ſuggeſtum eſt.9. de decim.* ¶ Decimæ ſolvendæ ſunt, de terris quæ olim paſcuoſæ, nunc fructuoſæ ſunt, & de fundo ubi ſteterunt olim domus. *ibid.* ¶ Decimas non tenetur ſolvere mercator, niſi deductis expenſis ſuis. *c.paſtoralis. eodem titulo.* ¶ Decimas tenentur clerici de patrimonio ſolvere. *cap.novum. eod.titul.* ¶ In decimis non deducuntur expenſæ pro fructtibus percipiendis, vel reb. reſervandis factæ. *c.cùm homines.eod.tit.* ¶ Decimas tenentur Iudæi ſolvere de terris quas tenent colendas. *c.de terris. eodem titulo.* ¶ Decimas non recipiat eccleſia in alieno epiſcopatu. *c.cum ſint. eodem titulo.* ¶ Decimæ non recipiantur de manu laici ſine conſenſu epiſcopi. *c.cum & plantare. de privilegiis. & cap.dudum. de decim.* ¶ Decimas alterius eccleſiæ à laico detentas alius in pignus non recipiat. *c.interdicimus. eodem titulo.* ¶ Decimas de hortis ſuis fratres prædicatores & minores ſolvere non tenentur. *c.nimis iniqua. de exceſſ. prælat.* ¶ Decimæ datæ in feudum revocentur. *c.cum apoſtolica ſedes. de iis quæ fi. à prælat.* ¶ Decimas laico concedens deponatur. *capit. quamvis. de decim.* ¶ Decimarum tranſactio fieri debet de conſenſu epiſcopi vel Papæ: aliàs non valet. *cap.ſtatuimus. & ca.veniens. de tranſact.*

de **Decretis** quatuor conciliorum. *diſt.15. c.1. c.ſicut. c.ſancta. item diſt.16. c.ſancta.can.6. c.ſeptuaginta. c.viginti.* item aliorum præter iſta quatuor conciliorum decretis. *diſt.15. c.ſicut. §. quintum verò. ca.ſancta. §.ſed etſi qua. item diſt.16. c.ſancta. c.ſexta. c.prima. c.ult.* ¶ de ſexta ſynodo. *diſt.16. c.ſextam. c.habeo.c.quoniam.*

de **Delitiis.** *diſt.41. cap. delitiæ.*

### De Delegati poteſtate & officio.

**Delegatus** poteſt exequi jurisdictionem ſuam per annum integrum. *c.querenti.de offi.& poteſt. jud. deleg.* ¶ Delegatus major eſt ordinario in cauſa ſibi commiſſa. *c.ſanè. eod. tit.* ¶ Delegatus vices ſuas committere poteſt ſuo conjudici, etſi ſimpliciter ſit pluribus commiſſa cauſa. *cap. quamvis. eod. tit.* ¶ Delegatus poteſt excommunicare contumacem. *c.quærenti. eod. tit.* ¶ Delegatus poteſt vices ſuas committere in rebus non arduis. *c.ſi pro debilitate. eod. tit.* ¶ Delegatus præjudicationem crucis ſibi commiſſam, ſive diſpenſationes, abſolutiones, pœnitentiarum injunctiones, non poteſt alteri committere. *c.quoniam apoſtolica ſedes. §. cæterùm. eod. tit.* ¶ Delegatus poteſt coercere quemlibet juriſdictionem ſuam impedientem. *c.1. eod. tit.* ¶ Delagatus poteſt arbiter eſſe in cauſa ſibi commiſſa. *cap.literas. de præſumt.* ¶ Delegatus eandem habet poteſtatem in principali & acceſſorio. *c.quoniam.de decim.* ¶ Delegatus generalis non habet poteſtatem ſuper cauſa delegata alteri ſpecialiter. *c.2. de offic.deleg.* ¶ Delegatus rebus ſibi non delegatis ſe intromiſcere non debet. *ca.ſuper literis. de reſcript.* ¶ Delegatus poteſt eſſe teſtis in cauſa ſibi delegata, ſi judicandi officium nō aſſumat. *c. dilecto filio. de teſt.* ¶ Delegatus poteſt alteri cauſam committere prout vult. *c.ſuper quæſtionum. de offic. & poteſt. delegat.* ¶ Delegatus committens alteri vices ſuas, de cæterò ſe non intromittet, ſi ex toto commiſit. *ibidem.* ¶ Delegatus ſequi debet mentem delegantis. *c.ſanè. eod. tit.* ¶ Delegatus non poteſt alteri committere cauſam appellatione remota. *d.c.ſuper quæſtionum.* ¶ Delegatus poteſt dare judicem. *c.paſtoralis. eod. tit.* ¶ Delegatus poteſt compellere ſubdelegatum ad recipiendum vices ſuas. *ibid.* ¶ Delegatus non procedat in cauſa ſibi commiſſa, ſi literæ prioribus literis contrariæ opponuntur, de eis mentionem facientes. *c.ſanè. eod. tit.* ¶ Delegatus puniat contumaces pœna ſtatuta, vel aliàs pro qualitate delicti. *c.præterea. eod. tit.* ¶ Delegatus recipiens cauſam, ſimul recipit poteſtatem omnium ad cauſam pertinentium. *ibidem, & c.ſuſpicionis. eod. tit.* ¶ Delegatus poteſt ſententiam ſuam executioni mandare, & debet id facere, ſi ordinarius nolit, vel aliàs non poſſit. *c.ſignificaſti. eod. tit.* ¶ Delegatus poteſt ordinario executionem mandare. *capit.ex literis.eod.tit.* ¶ & exequi debet, niſi Papa aliud, vel aliter committat. *c.ſi quando. eod. tit.* ¶ Delegatis commiſſa cauſa expreſſis nominibus locorum, non perſonarum, uno mortuo ſucceſſor ejus in dignitate, poteſt in cauſa cum alio ſententiam dicere. *c.quoniam Abbas. eod. tit.* ¶ Delegatus non poteſt aliquem invitis ordinariis inſtituere. *c.ſuper eo. eod. tit.* ¶ Delegatis duobus cauſa commiſſa, unius ſententia ſine altero non tenebit. *ibid.* ¶ Delegatus ſuſpectus eſt amovendus. *c.cauſam quæ.eod.tit.* ¶ Delegatus debet procedere mortuo mandatore, ſi lis ante ejus obitum conteſtata fuerit. *c.relatum. eod. tit.* ¶ Delegatus poteſt procedere in cauſa, citatione emiſſa ante mortem mandatoris. *c.gratum. eod. titul.* ¶ Delegatus poteſt abſolvere excommunicatum ab ordinario, ſi ille malitioſè noluerit facere. *c.prudentiam. eod. tit.* ¶ Delegatis tribus, uno abſente alii non poſſunt procedere, niſi ſe legitimè impeditum probet, vel niſi duobus committatur, etiamſi tertius nequiverit inter-

eſſe. *ibidem.* ¶ Delegatus non debet procedere in cauſa, ſi citatus miſit legationem ad Papam. *ibid.* ¶ Delegatus unus non procedat in cauſa, appellatione emiſſa contra ſuum conjudicem. *c.cùm ſuper. eod. tit.* ¶ Delegatus usque ad mediam noctem poteſt partes expectare, & ſententiare. *c.24. eod. tit.* ¶ Delegatus vice ſua & ſui conjudicis mortui re integra non procedat, niſi à ſuo conjudice ſibi committatur, & ante mortem ejus ſit cœptum. *c.licet. eod. tit.* ¶ Delegati mandatum non tenetur exequi ordinarius, niſi prius ei conſtet de reſcripto apoſtolico. *c.cùm in jure. eod. tit.* ¶ Delegatus non poteſt excedere formam mandati apoſtolici, alioquin non valet proceſſus. *c.Venerabili fratri. & c. P. & G. eod.* ¶ Delegatus de conſenſu partium poteſt alteri vices ſuas demandare, licet ei ſit mandatum, ut perſonaliter exequatur: niſi ſit cauſa ardua. *cap. fin. eod. titul.* ¶ Delegatus qualiter procedat contra injuſtè excommunicantem. *c.cùm contingat. de off. deleg.* ¶ Delegatus poteſt refutari, ſi nimiam familiaritatem poſt litis conteſtationem cum alterutra partium contraxerit. *capit. inſinuantem. eodem titulo.*

### *De ætate delegati, & quando ipſius poteſtas expiret.*

¶ Delegatus debet eſſe 20. annorum, niſi partes ſcienter conſentiant in eum qui ſit major octodecim annis, aliàs facta delegatio ab alio quàm à principe non teneret. *c.cùm vigeſimum. de offic. & poteſt. deleg.* ¶ Delegatus officio ſuo functus, cùm ſententiam executioni mandat, expirat auctoritas ſua. *c.ex literis. eod. tit.* Item quando terminus præfixus præteriit. *c.de cauſis. eodem titulo.* ¶ Delegatus per negligentiam vel malitiam amittit jurisdictionem. *c.quoniam. eod. tit.* ¶ Delegato uno mortuo, poteſtas alterius expirat, niſi aliud ſit in delegatione expreſſum. *ca. un. eodem titulo.* Idem de arbitris. ¶ Delegati jurisdictio finitur, cùm cauſa remittitur ad ſuperiorem. *c.licet. de offic. deleg.* ¶ Delegati jurisdictio expirat per ſententiam interlocutoriam, qua ſe jurisdictionem non habere pronunciavit, nec ipſam etiam de conſenſu partium reaſſumit. *c.ſignificantibus. 38. eod. tit.*

**Delictum** perſonale non redundat in eccleſiam vel conventum. *capit. damnamus. de ſumma trinitate.* ¶ Delictum occultum non impedit promovendum. *c.ex tenore. de temp. ordin.* ¶ Delicti recognitio facta extra judicium nocet, ſicut confeſſio. *c.per inquiſitionem. de elect.*

**Denuncians** repellitur, qui non præmonuit. *c.de dilect. de accuſ.* ¶ A denunciatione repellantur concubinarii publici. *c.cùm dilecti. de accuſ.* ¶ A denunciatione repelluntur conſpiratores. *ibid.* ¶ Ad denunciandum non admittuntur inimici. *cap.cùm oporteat. de accuſat.* ¶ In denunciatione deficiens ſuſpenditur ab officio & beneficio. *cap. cùm dilectus. de calumn.* ¶ Denunciari quis poteſt de pluribus in eodem judicio. *c.cùm I. & A. de ſent. & re judic.*

**Depoſita** res furtiva non eſt furi reddenda. *c.1. de depoſ.*

*Deponendus* eſt nullus ante cauſæ cognitionem. *c.1. de judic.* ¶ Non deponitur quis, niſi pro notabilibus peccatis. *c.cùm dilecti filii. de accuſ.* ¶ Depoſitus ſi celebrat, ab eccleſia reſcindatur. *c.ſi quis presbyter. de cleri. excomm.* ¶ Deponendus quis non eſt, ſi teſtes contra eum ex ſola credulitate deponunt. *ca.inquiſitionis. de accuſ.*

**Deſertus** locus. *c.1. §. illum locum. de verb. ſignifi. in 6.*

**de Diabolo.** Hic affligens homines, ipſe plus affligitur. *de pœnit. d.1. c. poteſt fieri. §. ægritudo. & ibi gloſſa.*

**Diaconi.** *diſt.21. cap. cleros. §. levita. verſ. hi Gracè.* ¶ De origine diaconorum legitur *diſtinct.21. in prin. §. levitæ.* ¶ De Modo ordinandi Diaconum *diſt.23. c. diaconus.* ¶ In iis ordinandis manus eorum chriſmate perungi non debent. *diſtinction.23. capit. præterea.* ¶ Septem ordinandi. *diſt.93. cap. diaconi qui. & c.diaconi ſeptem.*

*Diaconi* officium circa albam. *d. diſt.93. capit. diaconus. in fine.* ¶ De cœlibatu Diaconorum cavetur *diſt.28. c. quando. c. præterea. cum c. ſequente. diſt.32. cap. eos qui.* Contradicit *d. diſt. 28. c. presbyter. c. diaconi. in prin.* Huic objectioni reſpondet Gratianus *dict. cap. diaconi. verſ. ſed quod de electione.* ¶ Compagis Diaconus uti non debet. *diſt.93. c. pervenit.* ¶ Diaconi nihil eorum quæ decreta ſunt primis ordinibus ſibi debent vindicare, ut baptiſma, euchariſtiam, &c. *diſtinctio. 93. c. diaconus. c. pervenit. c. non oportet.* Cujus exceptio eſt in tempore neceſſitatis. *d. diſtinctione 93 c. præſente.* ¶ De inquirendis à diacono iis quæ ad cultum eccleſiæ & diſciplinam ejus pertinent. *diſt. 93. c. diaconi eccleſia.* ¶ De epiſcopo à diaconis cuſtodiendo. *diſt.93. c. diaconi qui.* ¶ Sicut in miniſterio, ita in diſpenſatione ſine diacono epiſcopus vivere non debet. *d. diſtinct. 93. c. diaconi ſunt.* ¶ Diaconus ſiniſtrum tantùm humerum orario ambit. *diſt. 25. c. audire. in fine. cum c. ſequente.* ¶ Diaconi Miniſtrant ſacerdotibus. *d.25. c.1. §. ad diaconum.* ¶ Diaconi Subeſſe debent presbyteris, non ſe illis præferre. *diſt.93. c. à ſubdiacono. §. porrò. c. diaconi ſeptem. §. ut igitur. cap. pervenit. c. non oportet. c. diaconi. c. diaconus. c. nonnulli. c. legimus. c. diaconi. c. diaconus. c. nonnulli. c. legimus.* Niſi diaconus locum metropolitani ſui obtineat. *d. diſt. 93. c. ult.*

**Die** dominica eſt ab omni opere illicito abſtinendum. *cap.1. de fer.* ¶ Die dominico licet epiſcopo virgines conſecrare & ordines conferre. *c.1. de temp. ordin.* ¶ Diebus dominicis poteſt ſolus Papa ſubdiaconos ordinare. *ibidem.*

*Dies* quandoq; incipit initio noctis, & terminatur ad diem ſequentem; idque verum eſt in celebrandis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

brandis ordinibus, cùm quæritur, pluréſne ordines uno die collati ſint. *capit. literas.* 13. *de temp. ord.* ¶ Dies aliquando incipit à veſpera uſque ad veſperam, quoad feſta celebranda. *cap.* 2. *de fer.* ¶ Dies aliquando incipit à manè, & terminatur in fine diei ante tenebras, quantum ad judicem & ſententiam diffinitivam. *capit. conſuluit. de offic. judic. deleg.* ¶ Dies aliquando incipit à media nocte, & terminatur in mediam noctem ſequentem, quantum ad contractus faciendos: poſſunt enim fieri qualibet hora. *capit. conſuluit. eodem titulo.* ¶ Dies aliquando incipit poſt cœnam, & durat per noctem uſque ad diem ſequentem, quantum ad jejunium. *capit. de eſu. de conſecr. diſtinction.* 3. ¶ Dies etiam incipit à quarta feria poſt occaſum ſolis, uſque ad ſecundam feriam in ortu ſolis, quantum ad Treugas ſervandas. *cap.* 1. *de treuga & pace.*

**Dietas** ultra duas extra ſuam diœceſin nemo citandus eſt. *c. olim. de exceſſ.*

**Diffinitiva** ſententia proferri non debet contra abſentem ex legitima cauſa, & lata non tenet, maximè in cauſa matrimoniali. *cap. tenor. & cap. cùm Berchtoldus. de ſent. & re judic.* ¶ Contra contumaciter abſentem, etiam lite non conteſtata proceditur ad ſententiam diffinitivam in cauſa criminali per viam inquiſitionis mota. *capit. Veritatis.* 8. *de dol. & contum.*

**Dignitas** Infamibus non patet. *capit. infamibus.* 87. *dict. titul.* ¶ Dignitates duas habens, unam dimittat, etiamſi illas habeat in diverſis eccleſiis. *capit. præterea. de præbend.* ¶ Ad dignitatem majorem à minori eſt tranſeundum. *capit. licet in tantum. de translat. epiſcop.*

**Dilapidator** deponendus eſt. *cap. licet Hely. de ſimon.* ¶ Dilapidator rerum eccleſiaſticarum ſuſpectus removetur uſque ad diſquiſitionem facti. *capit. fin. de accuſat.*

**Dilatio** Non niſi cauſa cognita danda. 3. *q.* 3. *c. ult. §. à judice.*

**Dilectio** Dei & Proximi. *Vide ſuprà in charitas.*

**Diœceſis.** *capitul. Rodolphus.* 35. *de reſcriptis.*

**Diſcipuli** Chriſti creduntur eſſe baptizati. *de conſecrat. diſtinct.* 4. *c. quando ab. c. ſi eos.*

in **Disjunctivis.** *ca. in alternationis.* 70. *de reg. jur. in* 6.

**Diſpenſationes** ad jus commune trahi non debent. *c. in cauſis. de ſent. & re jud.* ¶ Diſpenſare poteſt epiſcopus cum clerico in minoribus criminibus. *capit. at ſi clerici. de judic.* ¶ Collaterales perſonæ in ſecundo gradu matrimonium contrahentes diſpenſari poſſunt à Papa, quia hoc non eſt contra jus divinum. *capit. literas. de reſtitut. ſpoliat.* ¶ Diſpenſationem inducit multitudo ſupplicantium, & conſuetudo terræ. *capit. ſanè. de temp. ordin.* ¶ Diſpenſatur cum eo in temporalibus, cum quo & in ſpiritualibus. *cap. per venerabilem. qui filii ſint legitimi.* ¶ In diſpenſatione voti attendi debet debilitas & paupertas. *capit. quod ſuper his. de vot. & vot. rede.* ¶ Diſpenſatio revocari non debet. *capit. ex tua nobis. de fil. presbyt.* ¶ Diſpenſationem non habenti, alia cura animarum non conferatur, ſi talis eam antè habuerit, alioqui collatio viribus careat. *cap. de multa. de præb.*

**Diſputare** de fide Laici non debent. *cap. quicunq; §. inhibemus. de hæreticis, in* 6.

**Diſſenſus** difficulter probatur, niſi contraria judicia præceſſerint. *cap. ad id. de ſponſal. & cap. inſuper. qui matrimonium accuſ. poſſ.* ¶ Diſſentiente altero deſponſatorum, poſt ſeptennium alter ſolutus eſt ipſo jure. *cap. acceſſit. de deſponſat. impub.*

**Diſtinctio.** vide ſuprà, in Antinomia, vel contraria.

**Divinatio.** 26. *quæſt.* 5. *in prin.* 1. *q.* 1. *c. nunquam. in princ.* cauſa 26. item quæ præponentur infrà cauſa 9. Ratio hujus cauſæ per objectionis ſolutionem habetur, *d. q.* 5. *cap. ult. §. ſi autem quilibet.* Origo divinationum exponitur 26. *quæſtion.* 3. *in princip. cum capit. ſequente.* Ratio nominis exponitur. *dict. quæſt.* 3. *capit.* 1. *§. divini.* Genera divinationum enumerantur *d. c.* 1. *§.* 1. Singulorum generum ſpecies in ſequentibus cauſis proponentur. Divinationum autem cauſæ vel modi exponuntur *dict. c.* 1. *§. fin. cum c. ſequ.*

**Divortium** non celebratur, licet ex utraque parte conjugum, conſanguinitatis impedimentum allegetur, niſi per teſtes fide dignos illud probetur: idque fit ad impediendam colluſionem. *capit. ſuper eo. de eo qui cognov. conſanguin. uxoris ſu.* ¶ Divortio judicio eccleſiæ celebrato, non poteſt compelli fidelis recipere infidelem, licet converſum ad fidem. *capit. de illa. de divort.* ¶ Poſt divortium dos eſt reddenda uxori, & poſſeſſiones indiviſæ dividendæ ſunt. *capit. ſignificavit. de donat. inter vir. & uxor.* ¶ Divortium non fit propter furtum, vel ſimile quid, ſed propter infidelitatem vel adulterium commiſſum. *capit. quæſivit. de divort.* ¶ Divortio propter hæreſin facto, continere debet fidelis vivente infideli. *ibid. & capit. quantò. eodem titulo.* ¶ Divortium poteſt fieri ex violenta præſumtione. *capit. literas. de præſum.* ¶ Divortium ſine jurisdictione eccleſiæ non tenet. *cap. porrò. de divort. & cap.* 1. *de converſ. conjug.* ¶ Divortio propter adulterium facto, contrahens cum altero debet redire ad primam. *c. ex literis. de divort.*

**Doctoris** Iuramentum vel ejus qui ad magiſterii honorem promovetur, circa expenſas præſtando cavetur. *Clement. cùm ſit nimis.* 2. *de magiſtris.* ¶ De magiſtris & doctoribus artium liberalium ubique conſtituendis. *diſtinct.* 37. *cap. de quibuſdam.* ¶ Ne pro licentia docendi aliquid accipiatur. *d. cap.* 1. *§. pro licentia. & c. prohibeas.* 2. *cap. quanto.* 3. *eod. tit.* ¶ item



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Vt gratis doceant magiſtri. *dict. §. pro licentia.*

**Dolus** ſcienti & conſentienti non fit, neq; injuria. *c. ſcienti. 27. de reg. jur. in 6.*

*Dolo* facit qui petit quod eſt reſtituturus. *c. dolo. 59. de reg. jur. in 6.* ¶ item qui contra jura mercatur, dolo agere præſumitur. *c. qui contra. 82. de reg. jur. in 6.* ¶ Dolo facere non videtur qui juſſu judicis facit. *c. quod quis. 24. d. tit.* ¶ Dolus alicujus facit, ut contra eum abſentem procedi poſſit, ſi de eo conſtet. *capit. cùm olim. de ſent. & re jud.*

**Domicilium** ibi quis dicitur habere, ubi habet beneficium. *c. dilectus filius. de reſcript.* ¶ Domicilium ubi quis habet, ibi conveniri poteſt. *cap. dilecti filii. de for. compet.*

**Dominium** adquiritur, ſi quid capitur ex hoſtibus, niſi bellum ſit injuſtum. *c. ſicut. 29. in prin. de jurejurando.*

**Donatio** Epiſcopi ſine conſenſu capituli non valet. *cap. cùm nos. de his quæ fiu. à prælat.* ¶ Donatio occulta ſuſpecta eſt, & ideò irritanda. *cap. 1. ut benefic. eccleſ. ſine dil. conf.* ¶ Donare poteſt, qui ſui juris eſt, & rerum ſuarum habet adminiſtrationem. *cap. cæterùm. de donat.* ¶ Donationem poteſt, & debet vir mulieri facere, ſi viro dederit uxor dotem. *c. nuper. de donat. int. vir. & ux.* ¶ Donationes eccleſiarum vivente rectore non valent, niſi fiant locis religioſis, ita tamen, ut rectores eis non priventur per vitam. *c. conſultationibus. de donat.* ¶ Donare nemo ſibi ipſi poteſt beneficium. *cap. cùm ad noſtram. de inſtit.* ¶ Donatio inter virum & uxorem, quæ dantem pauperiorem, accipientem locupletiorem facit, non valet. *cap. ult. de dot. poſt. divort. reſtit.* ¶ Donationes epiſcopi in gravamen eccleſiæ factæ ſine conſenſu capituli, revocentur per ſucceſſorem. *cap. fraternitatem. de donat.* ¶ Donatio abbatis cum conſilio prioris vel paucorum, non tenet, aliis reclamantibus. *capit. cæterùm. eod. titul.*

**Dos** ad uxorem, & donatio ad virum revertitur, ſoluto matrimonio. *cap. fin. de don. poſt. divort. reſt.* ¶ In dotem non poteſt dari feudum. *c. nuper. eod. tit.* ¶ Dos reddi debet uxori ſeparatæ ob legitimam cauſam. *c. 1. de don. inter vir. & uxor.* ſecus, ſi ob fornicationem matrimonium ſolutum ſit: tunc enim non redditur. *cap. plerunque. eod. tit.* ¶ Dos etiam reddenda eſt poſt divortium ancillæ, quæ matrimonii contracti tempore libera credebatur. *cap. propoſuit. de conjug. ſerv.* ¶ Dos in manu viri eſt uxore vivente. *cap. per veſtras. de donat. inter vir. & ux.* ¶ Dos detur uxori viro exulante vel fugiente. *capit. ex literis. de pignorib.* ¶ Pro dote uxoris, omnia viri bona tacitè ſunt hypothecata. *ibid.* ¶ Dotem uxoris, niſi æſtimatam, maritus vendere non poteſt. *capit. ex parte. de conſue.* ¶ Dos eccleſiæ immunis eſſe debet ab omni ſervitute. *c. 1. de cenſib. & exact.*

**in Dubio** Conſuetudo loci eſt attendenda. Quòd ſi varia ſit conſuetudo, ea potius attendenda, quæ magis rationabilis eſt, & alii minus præjudicans. *capit. cùm olim. 6. de conſuetudine.* ¶ Humaniorem ſententiam ſequi debemus. *c. eſtote. 2. de regul. jur. cap. odia reſtring. 15. c. in pœnis. 49. eodem titul. in 6.* ¶ contra eum qui legem apertius dicere potuit, Interpretatio facienda. *c. contra eum. 57. de reg. jur. in 6.* ¶ quod Minimum eſt ſequimur. *c. in obſcuris. 30. de reg. jur. in 6.* ¶ Inſpicimus quod Veriſimilius eſt, aut quod plerunque fieri ſolet. *c. inſpicimus. 45. d. tit.*

**Duellum** qui fecit, poteſt ex diſpenſatione in ordine prius habito miniſtrare. *cap. 1. de corp. vitiat.* ¶ Duellum exercens poteſt promoveri, ſi non interfecerit. *c. 1. de cleric. pugnant. in duell.* ¶ Homine in duello interfecto, non poteſt interfector ejus in ordine ſuſcepto miniſtrare. *c. 2. eod. tit.*

**Duplicia** Monaſteria prohibita. *18. qu. 2. c. diffinimus.*

## E

*Ebrietas* ubi eſt, ibi etiam libido & furor. *35. diſt. c. venter.* item obcæcat conſcientiam, & ſpolit rationem. *15. q. 1. c. ſanè.*

**de Ebrietate** punienda. *diſt. 33. c. 1. c. luxurioſa. c. eccleſiæ. c. venter. c. vinolentum. c. luxuriam. c. ſexta.*

**Eccleſiaſtici** & civilis ſtatus Comparatio. *diſt. 96. c. cùm ad verú. c. quis dubitet. c. duo ſunt.*

**Eccleſia** Catholica eſt fidelium multitudo, fide & charitate unita. *93. diſt. c. legimus. circ. med. 1. q. 1. c. multa. in fin. 24. q. 1. c. loquitur.* ¶ Vna eſt eccleſia univerſalis, extra quam non eſt ſalus. *cap. 1. §. una verò. de ſumma trinitate. 1. q. 1. c. teneamus. 24. q. 1. c. loquitur. cap. quia ex ſola. cap. quoniam. c. pudenda. §. etenim. c. ſchiſma. item diſt. 93. c. qui cathedram.* ¶ De eccleſiis Defendendis contra laicos. *diſt. 96. c. ult. & diſt. 97. in prin. §. ſed ſicut. ex. c. 1. cum ſeq.* & de eccleſiis non Violandis, & violatorum pœna. *cap. relatum. 21. §. fin. de jure patronat. 17. q. 4. c. ad epiſcopos. c. attendendum. c. ſiquis.* item pœna eorum qui *Eccleſiæ* pacem turbant. *24. q. 1. c. qui contra. q. 3. c. quiſquis per.* non eſt enim ſubjecta Eccleſia cum ſuis perſonis, rebus & actibus laicorum diſpoſitioni vel judicio. *per cc. jam propoſita. & d. diſt. 96. in prin. cum c. ſequent. c. nos ad fidem. cap. denique. cap. cum cap. ſequente. cap. ubinam. c. ſatis. c. in ſcripturis. c. ſi Imperator. c. nunquam. c. ſicut. item diſt. 97. in prin.*

*Eccleſiæ* res in nullius bonis ſunt, nec quiſquam eas tanquam proprias ſibi poteſt vindicare. *capit. has verò de ratio. 3. de præbendis. 16. quæſt. 7. c. 1. §. decimas. verſi. ſed ſint omnia communia. 23. q. 7. c. quod autem. §. ſi autem privatim.* ¶ In res eccleſiæ non ſucceditur jure conſanguinitatis. *c. 1. de præbendis. c. conſuluit. 15. de jure patronat. 16. q. 1. c. in canonib. §. generaliter. verſ. ſimiliter & y.* ¶ Eccleſiaſtica laicus Conferre non poteſt. *c. dudum. 31. §. cæterùm. verſ. cum ſacrilegii. de decimis. c. nullus. 17. de jure patronatus.* neque quid diſponere vel ſtatuere

ſtatuere. *diſt.96. in prin. cum ſequentib.* 16. *q.7. c. nullus laicorum. c. non placuit. c. laicis. c. ſi quis. prin. c. quicunq. §. ſi ergo.* ¶ Eccleſiaſtica laicis non conferenda, nec committenda. *d. §. laici autem. & c. quamvis.* 17. *de decimis. item diſt.*89. *c. indicatum.* nam non niſi ab epiſcopo, ejuſve conſenſu conferendæ ac poſſidendæ ſunt. 16. *q.7. capit. congregato. cap. & hoc. §. fin.* ¶ Res eccleſiaſticas laicus poſſidere non poteſt. 16. *quæſt.7. in prin. §. laici autem. c.1. in prin. c. nullus laicorum.* & licet Res ſterilis vel oneroſa, eccleſiæ redhiberi debet. 10. *q.2. c. hoc jus. §. ſicut.* De reb. eccleſiæ vindicandis. 16. *q.3. cap.1. in fin. c. inter memoratos. §. fin. item de reb. eccleſiæ alienandis. capit. ſi quis.* 6. *§. fin. Vide ſup. in Alienatio.* ¶ Eccleſia non vacans poteſt concedi religioſis. *c. cùm veniſſent. de reſiſt. ſpol.* ¶ In una eccleſia plures ſimul non inſtituuntur. *c. quoniam. de jure patron.* ¶ Eccleſia ultra quatuor menſes vacare non debet. *c. cùm propter diſcordias. eod. titulo.* ¶ Eccleſiam ſine diſpenſatione Papæ tenens non presbyter privetur. *c. præterea. de ætat. & qualit.* ¶ Eccleſiam habens non recipiat aliud beneficium. *cap. cùm non ignores. de præbend. & dignitat.* ¶ Eccleſiæ donatio ſub conditione facta revocari poteſt, ſi ſic collata fuerit, quòd conditione ceſſante revocetur. *capit. verum. de cond. appoſ.* ¶ Eccleſia non conſecrata immunitatem nihilominus habet. *capit. eccleſiæ. de eccleſ.* ¶ Eccleſiæ de novo ædificari poſſunt populo creſcente. *capit. ad audientiam. de eccleſ. ædifi.* ¶ Eccleſia ſub annuo cenſu concedi poteſt ratione fructuum. *capit. querelam. ne prælat. vic. ſuas.* ¶ In eccleſia placita ſecularia fieri non debent. *capit. cum eccleſia. de immunit. eccleſ.* ¶ Eccleſiæ nomine cathedralis intelligitur. *cap. cùm clerici. de verbor. ſignifi.* ¶ Per eccleſiam matricem intelligitur cathedralis. *c. venerabili. eod. titul.* ¶ Eccleſia tantùm judicat de manifeſtis. *cap. ſicut. de ſimon.* ¶ Ad eccleſiam fugiens, modò in ea non deliquerit, tutus eſt ab omni injuria. *cap. inter capit. & c. fin. de immunit. eccleſ.* ¶ Eccleſiæ ſubſunt Epiſcopo, in cujus diœceſi ſitæ ſunt, de jure communi. *capit. conſtitutus. de religioſ. dom.* ¶ Eccleſias plures habere licet, quarum una ex alia pendeat, vel quæ proprios ſacerdotes habere non valet. *capit. eam te. de ætat. & quali. præfic.* ¶ Eccleſiarum effractores & incendiarii, poſtquam ſunt denuntiati, à ſolo Papa abſolvendi ſunt. *cap. conqueſt. de ſentent. excom.* ¶ Moriens, qui teſtamento eccleſiæ aliquid legat, ad congregationi legare intelligitur. *ca. relatum. de teſtam. & ultim. volunt.* ¶ In eccleſiis regularibus non ſint ſeculares clerici, aut regulam profiteantur, aut amoveantur. *capit. cùm cauſam. de elect.* ¶ Vltimum & ſummum quod ab eccleſia infligitur ſupplicium, eſt anathema. *capit. cùm non ab homine. de judic.* ¶ Eccleſiarum novarum conſtructio veteri nocere non debet. *capit. de his. de eccleſ. ædific* ¶ Eccleſia fornicatione polluta, aſperſione aquæ reconcilietur. *capit. ſignificaſtis. de adulter. & ſtupr.* ¶ Eccleſias reparare tenentur rectores earum. *capit. de his. de eccleſ. ædifi.* ¶ Eccleſia ſecularis non poteſt fieri regularis ſine conſenſu diœceſani epiſcopi. *c. ad audientiam. eod. titul.* ¶ Ab eccleſia ſua ſe transferens ad aliam authoritate propria, utraque privetur, & prima & ſecunda. *c. quanto. de translat. præl.* ¶ Eccleſia ſi poſſeſſiones ſuas à laicis repetat, debet expenſas in rei melioratione factas computare & præſtare. *cap.1. de in integr. reſtitut.* ¶ Eccleſiaſticum feudum non licet vendere ſine conſenſu epiſcopi. *capit. quæ in eccleſiarum. de conſtitut.* ¶ Eccleſiæ & prælaturæ pueris non conferantur. *capit. ex ratione. de ætate qualit. & ordin. præfic.* Sed talibus debet cura animarum committi, qui brevi ordinari poſſunt in presbyteros. *capit. indecorum. & c. præterea. eodem titulo.* ¶ Eccleſia debet habere chorum & eccleſiam. *cap.1. de vit. & honeſt. cler.* ¶ Eccleſia parochialis non dividatur ſine epiſcopo. *capit. avaritiæ. de præbend.* ¶ Eccleſia vivente rectore nec dari nec recipi poteſt. *capit. qui in vivorum. de conceſſ. præbend.* ¶ Eccleſia per epiſcopum, non per presbyterum reconciliari poteſt. *capit. aqua per epiſcopum. de conſecrat. eccleſ. vel alt.* ¶ Eccleſia vacante, confirmatio non ſpectat ad capitulum. *capit.2. ne ſed. vacant.* ¶ Eccleſiis ſuis non ſunt ſpoliandi cæci nec leproſi. *cap. licet multum. de cenſib.* ¶ Eccleſia regularis & cathedralis ultra tres menſes non vacet; ſi vacaverit, archiepiſcopus provideat illi. *capit. ne pro defectu. de elect. & elect. poteſt.* ¶ Eccleſia vacans propter diſſenſum epiſcopi & patroni, cuſtodiatur per œconomum. *cap. cùm vos. de offic. jud. ord.* ¶ Eccleſia non poteſt pœnam ſanguinis infligere. *c. in archiepiſcopatum. de rapt. & incend.* ¶ Eccleſias in proprios uſus conceſſas non licet regularibus intrare ſine diœceſani conſenſu. *capit. paſtoralis. de privileg.* ¶ Eccleſia debet ab omni exactione immunis eſſe. *capit.1. de cenſib.* ¶ Eccleſia cathedralis quendam profeſſorem in Theologia habeat. *capit. quia nonnullis. de magiſt.* ¶ Eccleſiæ matrici debentur decimæ. *capit. ex transmiſſa. de præſcript.* ¶ Eccleſiæ ſtatuta pro tempore variari poſſunt. *capit. non debet. de conſanguin. & affin.* ¶ Statuta laicorum ab eccleſia confirmata valent, aliàs non. *capit. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitut.* ¶ Contra eccleſiam aliquid ſtatuentes, ni revocaverint, excommunicentur. *cap. noverit. de ſent. excom.*

### *Quæ edenda, vel non.*

Edi Nomen Actionis neceſſarium non eſt: ſed factum ita exponendum, ut judici actio conſtare poſſit. *cap. dilecti.* 6. *de judiciis.* ¶ Cauſa actionis edenda. *d. capit.*6. *& cap. ult. de libelli oblatione.* & ſcriptis actio edenda. *capit. de libelli oblatione.* 5. *q.2. cap. ult. in prin. verſ. & non prius.* & ſi actio inepta eſt edita, reus ab inſtantia abſolvitur. *c. examinata.* 15. *de judiciis.* ¶ Reus actori non tenetur Inſtrumenta edere. *c.1. de probationibus.* 4. *quæſt.3. capit. ult. §. qui intendit.* ¶ Niſi inſtrumenta actori & reo communia ſint. *capit. G. perpetuus.* 12. *de fide inſtrum.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Non totum inſtrumentum edendum eſt, ſed id tantùm quod ad cauſam pertinet. *c. contingit. 5. de fide inſtrumen.*

**Effectu** prohibito omnis ejus cauſa prohibita cenſetur. *cap. cùm quid. 84. de regul. juris. in 6.*

**Ejecta.** *diſtinct. 34. cap. vidua.*

**Electio** debitoris ſi genus debeatur, vel unum ex duob. *c. in alternativis. 76. de reg. juris. in 6.*

### *Quæ electio valeat, necne.*

¶ Electio celebrata ab interdictis non valet. *cap. cùm inter R. de elect.* ¶ Electione prima non annullata, non valet ſecunda electio. *capit. conſideravimus. eodem titulo.* ¶ Electio ſimoniaca non valet, ſi propter hoc electorib. promiſſa fuerit pecunia, licet electus ignoret, niſi in fraudem electi factum ſit. *capit. nobis. 27. de ſimon.* ¶ Electio pendente appellatione facta non valet. *capit. bonæ memoriæ. de elect.* ¶ Electio epiſcopo nondum ſepulto facta non valet. *c. bonæ memoriæ. de elect.* ¶ Electionis tempore tranſacto, facta electio non valet. *capit. dilecto filio. de ſuppl. neglig. prælat.* ¶ Electio ſecunda valet, cùm certum eſt primam non valere. *capit. bonæ memoriæ. de election.* ¶ Electio ſuſpenſi vel à ſuſpenſis celebrata non valet. *capit. cùm inter R. eodem titulo.* ¶ Electio publicato ſcrutinio valet. *capit. publicato. eodem titulo.* ¶ Electio Pontificis à laicis facta non valet. *capit. ſacroſancta. eod. tit.* ¶ Electiones clandeſtinæ reprobantur. *c. quia propter diverſas. eod. tit.* ¶ Electio ad præbendam, per importunitatem facta non valet. *cap. tuæ fraternitatis. de præbend. & dignit.* ¶ Electio non valet, niſi abſentes vocentur, qui poſſunt & debent electioni intereſſe. *cap. quod ſicut. de elect.* ¶ Nulla electio diſſentiente capitulo facta valet. *cap. auditis. eod. titul.* ¶ Electio quæ nulla eſt, ex pòſt facto non convaleſcit. *c. auditis. eod. tit.* ¶ Electio epiſcopi in archiepiſcopum non valet, quia poſtulari debet epiſcopus. *cap. gratum gerimus. de poſtul.*

### *Qui & Quales, cùm electi, tum eligentes, eſſe debeant.*

¶ Electio ad epiſcopatum debet fieri de digno ſcientia, moribus & ætate, & habeat triceſimum annum completum, & ſit legitimo matrimonio natus. *capit. 7. de election. & elect. poteſt.* ¶ Electioni de ſe factæ per poteſtatem ſecularem conſentiens, non poteſt eligi ad aliquam dignitatem ſine diſpenſatione. *capit. quiſquis electioni. eodem titulo.* ¶ Electus ſchiſmaticus, ſi ſchiſma non abjuraverit, ne confirmetur. *capit. quia diligentia. eodem titulo.* ¶ Electus non ſit procurator vel œconomus in ſpiritualibus vel temporalibus. *capit. avaritia. eodem titulo. in 6.* ¶ In electo tandem quæ requirantur ſingula, *vide in c. cunctis. de elect.*

### *Qui ad electionem vocandi, & ad quos ea ſpectat.*

¶ Ad electionem vocandi ſunt, qui ſunt in provincia: quia plus nocet contemtus unius, quam contradictio multorum. *capit. coram dilecto. eod. titulo. de elect.* in electione tamen epiſcopi, canonici valde remoti non ſunt expectandi. *cap. cùm inter univerſas. eod. tit.* ¶ In electione requiritur major & ſanior pars capituli. *cap. eccleſia. & c. congregato. eod. tit.* ¶ Electio abbatis ad monachos ejuſdem monaſterii ſpectat. *cap. cùm dilectus. de conſuet.* ¶ Electio Imperatoris ſpectat ad Germaniæ Principes, ſed examinatio & coronatio ad Papam. *cap. venerabilem. de election.* ¶ Excommunicati ad electionem non ſunt vocandi. *cap. illa quotidiana. eod. tit.*

### *De electionis forma & modo.*

¶ Electionis formam & requiſita neceſſaria vide in *c. cùm terra. & c. quia propter. de elect.* ¶ Per aliquam de tribus his formis, ſcrutinii ſcil. compromiſſi & inſpirationis, procedi debet ad electionem. *cap. 42. de elect.* ¶ De electione tractanda, dies eſt præfigendus. *capit. eccleſia veſtra. eod. titul.* ¶ Electio debet fieri de proprio gremio, ſi reperiatur idoneus. *cap. cùm inter. eod. titul.* ¶ In electionibus valet conſuetudo. *cap. cum terra. eod. tit.* ¶ In electionem poſſunt omnes in unum compromittere. *c. cauſam. eod. tit.* ¶ Eligentium numerus multùm excedens præfertur digniori, numero ſed minori. *c. dudum. eod. titul.* ¶ Electio Papæ à duabus partibus facta valet, licet tertia diſſentiat. *c. licet de vitanda. eod. tit.* ¶ In electione Papæ abſentes Cardinales ultra decem dies non expectandi. *cap. ubi periculum. de elect. lib. 6.* ¶ Electio Papæ fit in eo loco, ubi præcedens obiit, aliàs in proxima civitate non interdicta. *ibidem.* ¶ Pro ea electione etiam Cardinales arctantur & includuntur, donec quis electus ſit electus. *ibid.*

### *Quomodo cùm electus, tum electores ſive eligentes ſuo jure priventur.*

¶ Electus, qui ante confirmationem adminiſtrare res Eccleſiæ tentaverit, caſſatur & removetur. *c. bonæ memoriæ. de elect. c. qualiter. eod.* ¶ Electus, multas dignitates habens ſi diſpenſationem à Papa non habuerit, caſſatur. *cap. dudum. eod. titul.* ¶ Qui ſcienter & ex propoſito indignum eligunt, poteſtate eligendi privantur, & à beneficio per triennium ſuſpenduntur, & ſi à majori parte facta ſit hæc electio, ad minorem deinceps devolvitur. *capit. cùm Vintonienſ. eod. tit. & c. gratum. de poſtul.* ¶ Electus requiſitus ab electoribus, ſi intra menſem non conſenſerit electioni, à jure electionis cadit, niſi conſenſus electi pendeat à ſuperiori, qui ſi non concedat, ad aliam poterunt electi procedere electionem. *cap. quam ſit. de election. in lib. 6.* ¶ Electus ſi intra tres menſes non petierit confirmationem poſt conſenſum datum, ab ele-

ab electione cadit, niſi legitimè fuerit impeditus. *eodem capit. in fine. eod. tit.* Electus non poteſt ab electoribus removeri, niſi de novo improbitas aliqua in electo emerſerit. *cap. nulli. eodem titulo. in 6.*

## *De Eleemoſynis.*

divisio **Eleemoſynarum** trimembris, *diſt. 45. c. & qui emendat. §. fi. cum c. ſequente. item cap. duæ ſunt. in prin. uſque ad §. ex his.* ❡ Species Eleemoſynæ eſt, remittere debitum. *de pœn. diſt. 3. ca. de quotidianis. §. fin.* & De ratione dandarum eleemoſynarum. 12. *q. 2. c. aurum. cum c. ſequente.* item Vt libenter quiſque det eleemoſynas, non invitus, nec ob pudorem. 23. *q. 6. cap. jam verò. §. unde Apoſtolus.*

## *À Quibus Eleemoſynæ accipiendæ, vel non.*

❡ ab Excommunicato eleemoſynæ non ſunt accipiendæ, niſi qui aliâs ſuſtentari non poſſunt. hi enim ab excommunicatis eleemoſynas accipere poſſunt. *capit. cum voluntate. 54. §. 1. de ſenten. excommunic.* Deinde excipiuntur ii, qui non nominatim ſunt excommunicati. nam & ab his eleemoſynas accipere licet. 24. *quæſt. 2. capit. ſanè.* ❡ Eleemoſyna Injuſtorum non juſtificat. 14. *q. 5. c. ſcriptum.* Pœnitenti datur eleemoſyna, & agenda prius pœnitentia quàm dentur eleemoſynæ. *de pœnitent. diſt. 3. cap. qui vult.* ❡ Eleemoſyna Raptoris & manifeſti violatoris eccleſiarum à clericis non accipienda. *c. ſuper eo. 2. §. qui autem. verſ. nec ejus eleemoſynam. de raptoribus.* ❡ Viduis etiam dandæ eleemoſynę. 31. *quæſt. 1. c. quomodo. §. & ideò Apoſtolus.*

## *Ex Quibus rebus Eleemoſyna danda, vel non.*

Ex rebus turpiter quæſitis eleemoſynæ non ſunt dandæ. 1. *q. 1. c. non eſt.* 14. *q. 5. in princip. cum ſequentibus, uſque ad c. nemo. item cap. eleemoſyna. c. neque enim. c. denique. c. ſcriptum eſt. c. pœnale. §. fin.* Contradicit *d. q. 5. c. qui habetis. & c. ult.* De eleemoſynarum effectu & uſu. 13. *q. 2. c. anima. in prin. & §. ubi illud etiam. c. tempus. §. cùm ſacrificia.* Eleemoſynæ quæſtorum officium. *c. cùm ex eo. 14. in prin. uſque ad §. ad hæc. de pœnitentiis. Clement. 2. eod. tit.*

**Emens** rapinam punitur. 14. *quæſtio. 5. cap. rapinam.*

si **Emphyteuta** non requiſito vel nolente domino jus ſuum Alienaverit, eo cadit. *c. ult. §. emphyteuta quoq;. verſ. ſecus præſumendo. de locato. & cond.* quod fallit, ſi dominus requiſitus ipſe emere noluit. *d. c. ult. in prin.* ſed ſi atteſtatione præmiſſa emphyteuta domino non indicaverit, quantum precium ſibi ab alio offeratur, emphyteuſi cadit. *d. cap. ult. in prin.* quod etiam verum eſt ſi ab atteſtatione præmiſſa nondum duo menſes præterierint. *d. c. ult. in prin. verſ. vel à denunciationis.* item ſi perſonis vetitis alienaverit, emphyteuſi cadit. *d. c. ultim. in prin. verſi. qui ab emptione hujuſmodi.* ❡ item Si emphyteuta rem fecerit Deteriorem, jure ſuo cadit. 10. *q. 2. c. hoc jus. §. qui rem.* ❡ Si emphyteuta eccleſiæ intra biennium, vel alius intra triennium canonem non ſolverit, jure ſuo cadit. *c. ult. §. emphyteuta quoque. de locato & conducto.* 10 *q. 2. c. hoc jus. §. qui rem.* etiam ſi dominus non ſolvat emphyteutæ meliorationes. *d. §. qui rem. verſ. non repetiturus.* vel ſi emphiteuta non ſit interpellatus, ut ſolveret. *d. c. ult. in fin.* ❡ item ſi emphyteuta jus ſuum ex cauſis prædictis amiſit, ut ad dominium res redeat, nihilominus præteriti temporis penſiones ſolvere, & damnum, quo res deterior facta eſt, præſtare tenetur. *d. §. qui rem. verſicul. ut tamen ſolvat.*

**Epiſcoporum** origo. *diſt. 21. c. in novo.* ❡ etymologia. *diſt. 21. §. epiſcopus. & 8. q. 1. c. qui epiſcopatum.* ❡ Definitio, diviſio epiſcoporum & ſpecies. *diſt. 21. c. 1. §. ordo verò.* ❡ Differentia epiſcoporum & coepiſcoporum. *diſt. 68. c. quamvis.* ❡ Dignitas epiſcoporum eſt, ut ſint loco Apoſtolorum, quorum vicem in eccleſia gerunt. *diſt. 21. c. in novo. §. cæteri. verſ. ipſis quoque. diſt. 68. cap. ult.* & Prærogativa dignitatis ex ſubſcriptione & voti ordine colligitur. *diſt. 17. c. pen. §. fi. cum c. ſequente.* & ex tempore ordinationis. *diſt. 17. c. ult. & diſt. 18. c. 1.* ❡ denique Compoſitionem de jure primatiæ unus ſolus, cujus intereſt, poteſt impedire. *cap. ult. de majoritate & obedientia.*

## *Epiſcopalis ſedes.*

Majores tantùm Civitates privilegio epiſcopatus ſunt honorandæ. *cap. 1. de privilegiis. diſtinct. 80. in prin. cum ſequentib. uſque ad cap. ult.* 23. *q. 4. c. ſicut excellentiam. §. concilium. verſ. ipſe verò primas.* 16. *q. 1. cap. præcipimus. in prin. uſq; ad §. ſunt. & diſt. 68. c. eccleſiis. §. inter epiſcopos.* ❡ Epiſcopales ſedes non longo intervallo à ſe debent disjungi. *diſt. 80. c. ult.* ❡ Propter hoſtium impetum, & crudelitatem ſubditorum epiſcopos ſuos trucidantium, ſedes epiſcopalis in aliam civitatem Transfertur. 7. *quæſt. 1. cap. temporis.* 25. *q. 2. cap. ult.* ❡ Quæ civitates antea non habuerunt epiſcopos, in iis nec poſtea conſtituendi. 16. *q. 1. c. fœlix.*

## *Epiſcoporum officium.*

❡ Corrigere ſubditos debet, & ad fidem provocare non ſeveritate, ſed blandimentis. *diſt. 45. c. licet. c. qui ſyncera. c. de Iudæis. c. licet. c. cùm beatus. in prin.* Contradicit tamen. *d. c. cùm beatus. §. Salomon. cum ſequentib. uſq; ad c. tria ſunt.* Cui objectioni reſpondet Gratianus, *d. diſt. 45. c. duæ ſunt. §. ex his omnib. cum ſequentib. uſq; ad c. ult.* item de corrigendo populo agitur, *c. irrefragabili. 13. in prin. de officio ordinarii. diſt. 86. c. 1. c. odio. c. facientis.* 23. *q. 4. c. duo iſta.* & ſi in corripiendo modum exceſſerit, à domino, non à ſubditis veniam petere debet. *diſt. 86. c. quando.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ porrò Crimen non probatum non nominatim redarguet, ſed in genere. c. ſi ſacerdos.2.de officio ordinarii. & de criminibus inquirere eaque puni-re poſſunt, & ſi opus fuerit, brachium ſeculare implorabunt. c.1.d.tit. ſed ne in puniendis delictis ad quæſtum magis quàm ad leges reſpiciant. cap. irrefragabili.13. §. fi. eodem titulo. denique ne ſermone incauto infirmorum conſcientiam vulneret. diſt.45.c.ul. ¶ de Docendo populo, regendo & amando. 7. q.1. ſicut vir. §. epiſcopum. diſtinct. 36. c. ult. & diſtinct. 86. inprin. In docendo ſacram ſcripturam, non grammaticam epiſcopus exponere debet. d. diſt.86.c.cùm multa. ¶ Familiaritatem Domeſticorum immoderatam vitare debet. diſt. 34.c.1. ¶ Hoſpitalem Epiſcopum debet eſſe. diſt.40.inprin. ¶ Impatiens non ſit, neq; percuſſor, ſed manſuetus, neque aliquem propriis verberet manibus. diſt.45.c.1.cum c.ſeq. & c. epiſcopum. c.cùm beatus. item diſt.86. cap. non liceat.1.q.7.cap. ſi quis omnem. §. pen. item de clerico percuſſore.c.1. ¶ Vt Infirmis & pauperibus ſubveniat. diſt.82. inprin.cum c.ſeq. diſt.84. inprin.cum duob. cc.ſeq. item 8. q.1. c. Clemens. ¶ de Menſa, ſuppellectile, & victu Epiſcopi, cavetur diſt.41. c. epiſcopus. ¶ Ne ſubditos gravent Sumptibus & Exactionibus. c. cùm Apoſtolus. 6. §. prohibemus. de cenſibus. c.1. de exceſſibus prælatorum. 10. q.3. c. quia cognovimus. c. cavendum. c. inter cætera. c. relatum. c.ult. & 16. q.1. c. conſtitutum. c. nulli. c. prædicator. item extrava. com. unica. §. ſecundo verò. de pœnis. charitativum tamen ſubſidium licitum eſt. ¶ Viduis & orphanis eccleſiæ præſidium implorantibus epiſcopus debet ſubvenire. diſt.87. inprin.cum ſequentib. uſque ad c. irreligio. Reſtringitur tamen hæc regula diſtinct. 88. c. epiſcopus gubernationem. ¶ Ad epiſcopum pertinet, de domibus religioſis diſponere. cap. de xenodochiis. de religioſ. domib. ¶ Epiſcopus ſacerdos neceſſariò eſſe debet. c. ex literis. de exceſſ. prælat. ¶ Epiſcopus non debet clerici beneficium ſine ejus conſenſu minuere. c. ad hæc. eod. tit. ¶ Epiſcopi ſemper in publico ſuperindumentis lineis uti debent, niſi religioſi ſint. ca. clerici officia. de vit. & honeſt. cleric. ¶ Epiſcopus non debet ſibi vendicare res eccleſiæ. c. prohibemus. de cenſib. & exact. ¶ Epiſcopi duo ſimul in uno loco & diœceſi eſſe non poſſunt. c. quoniam in pleriſque. eodem tit. ¶ Epiſcopus ad aliam dignitatem ſine Papæ licentia tranſire non poteſt. cap. licet. de tranſlat. epiſcop. ¶ Epiſcopus res eccleſiæ ſine conſenſu capituli alienare non debet. cap.1. de his quæ fi. à prælat. ſine conſenſ. capit. ¶ Epiſcopus nihil juris ſibi in monachos conſtituat, niſi diſciplinæ cauſa. cap.1. de ſtat. monach. ¶ Epiſcopus poteſt alicujus dignitatis proventus detinere vel beneficia, ſi ſua eccleſia onerata ſit. c. ut noſtrum. ut eccleſ. benef. ſine dimin. confer. ¶ Epiſcopus poteſt alteri inferiori committere quæ juriſdictionis ſunt, non quę ſunt ordinis. c. aqua benedicta. de conſecr. eccleſ. ¶ Epiſcopus judicio ſanguinis nec conſentire, nec intereſſe debet, alioquin removetur. capit. ex literis. de exceſſ. prælat. ¶ Epiſcopus non poteſt augere penſiones ſine conſenſu capituli ſui, vel Papæ. c. paſtoralis. de his quæ fi. à prælat. ¶ Epiſcopus nec debet nec poteſt perſonatum vel dignitatem habere in alia eccleſia. capit. poſt electionem. de conceſſ. præb. ¶ Epiſcopus poteſt ex cauſa clericum ligandum & capiendum curare. capit. dilectis. de appell. ¶ Epiſcopus vices ſuas ſub annuo cenſu committere non debet. capit. querelam. ne prælat. vices ſuas. ¶ Ad epiſcopum ſpectat animarum cura. capit. ultim. de verbor. ſignif. in 6.

de **Eremitis.** c.1. §. fi. de exceſſib. prælat. in 19. q.3. c. perlatum. §. econtra

**Error** facti nulli nocet, negotio nondum finito. c. ex parte abbatis. de conſeſſ.

de **Evangelio** & lege. 23. q.4. c. hæc autem. §. ex his omnib. uſq; ad fin. c. cùm in lege.

**Euchariſtia** in fine pœnitenti non denegatur. c. ult. de ſepult. necnon tiam tempore interdicti. c. quod inter. de pœnit. & remiſſ. ¶ Euchariſtia ad minus ſemel in Paſcha accipiatur, niſi de conſilio ſacerdotis quis abſtineat. c. omnis. eod. tit.

Non ex **Eventu,** ſed ex conſilio facta commanda. diſt.47. c. ſicut. §. fi. cum duob. cc. ſequentib.

**Evicta** re, quando nequit emtor de evictione agere. cap. ſi venditori. de empt. & vendit.

**Evidens.** cap. conſtitutionem. 2. inprin. de verb. ſignifi. in 6.

**Examinatio** ad eum pertinet, ad quem confirmatio. ca. venerabilem. de elect. ¶ Examinari debet poſtulatio, ſicut & electio. cap. ult. de tranſlat. ¶ Examinatio à non ſuo judice non valet. cap. bonæ memoriæ. de elect. ¶ Examinanda ſunt miracula per teſtes, & qualiter. c. venerabili. de reſcript.

**Exceptio** æquè ac actio à judice eſt attendenda, etiamſi ſimpliciter judici cognitio mandata ſit, certa forma expreſſa: hoc enim caſu videtur, quòd exceptiones non debeat admittere. cap. ex parte. 13. de off. delegat. Niſi ita cauſa ſit delegata, ne judex ullas exceptiones admittat. d. c.13. verſi. niſi exprimatur. ¶ Exceptio multò magis illi competit, cui competit actio. c. qui ad agendum. 71. de reg. jur. in 6. ¶ Ei tamen denegatur exceptio, qui eodem crimine laborat quod objicit. capit. cum eccleſiaſtica. 3. de exceptionib. c. conſtitutis. 23. de appellationib. ca. pro illorum. 22. de præbendis. c. intelleximus. 6. §. quòd ſi prædicto. & c. ult. in fine. de adulteriis. 32. q.6. cap. nihil iniquius. vide tamen c. dilecti. & de exceptionib. ¶ Exceptionem objiciens non videtur de intentione actoris confiteri. capit. cum verò ptionem. 63. de regul. jur. in 6. & cap. cùm venerabilis. 6. de exceptionibus. ¶ Qui Exceptione uſus eſt, eo contra quod excepit, poſtea uti prohibitus non poteſt. cap. cùm olim. 19. verſi. licet enim de cenſib. ¶ Non eſt in mora, qui Exceptione ſe poteſt tueri. capit. non eſt. 60. de regul. juris. in 6. ¶ Nemo pluribus Exceptionibus uti prohibetur, quamvis diverſæ ſint. c. nullus. 20. de reg. jur. in 6.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Exceptione* Doli ſubmovetur, qui petit quod eſt reſtituturus. *c. dolo. 59. de reg. jur. in 6.*

*Exceptio* Ignorantiæ datur, ſi quid errore vel ignorantia geſtum eſt. *exemplo cap. apoſtolica. 9. in prin. de clerico excom.* de differentia inter errorem & ignorantiam. *diſt. 38. c. quamvis.* ubi errare dicitur, qui putat ſe ſcire quod neſcit. Is autem qui ignorat, non putat ſe ſcire. ſed fallit ſupradicta regula, ſi juris, non facti fuerit ignorantia. illa enim non præſtat exceptionem vel excuſationem. *cap. ignorantia. 13. de regul. juris. in 6. 1. q. 4. c. turbatur. §. notandum. & §. item ignorantia.* ſi tamen non craſſa aut ſupina, ſed probabilis fuerit ignorantia juris, excuſat. *capit. ultim. in princ. de conſt. in 6.* item ſi agatur de damno vitando. *d. §. item ignorantia. verſ. juris civilis.* ſed ſi in delictis juris ignorantia prætendatur, hoc caſu ad evitandam pœnam probabilis juris ignorantia excuſationem non præſtat. *d. §. item ignorantia. verſ. non ita ſi delictum.* item ſi fœmina vel miles jus ignoraverit, excuſatur, niſi jus naturale mulier vel miles ignoraſſe dicatur. *d. §. item ignorantia. in princip.* item ſi quis in jus alterius ſuccedens jus ejus ignoret, exceptio ignorantiæ ei prodeſt. *capit. cùm quis. 14. de regul. jur. in 6.* item Exceptio ignorantiæ non prodeſt, ſi craſſa & ſupina fuerit facti ignorantia, hominis nimirum ſecuri. *capit. ul. verſ. dum tamen. de conſt. in 6.* Planè hoc caſu diſpenſari poteſt. *cap. apoſtolica. 9. §. caterùm ſi forte. de clerico excom.* præterea dicta exceptio non prodeſt, ſi culpa ignorantis acciderit, quo minus ſciverit: vel ſi voluntaria ſit ignorantia. *diſtinct. 37. capit. ultim. & diſtinct. 38. in princip.* ſi tale ſit factum, quod oportuit ignorantem ſcire. *1. q. 4. cap. turbatur. §. notandum c. quamvis. 10. de regulis juris.* Niſi minor ſit ætate. *d. q. 4. capitul. ultim. §. finali.*

*Exceptio* Peremptoria ante litem conteſtatam fruſtrà opponitur. *cap. 1. cum c. ſequente. de litis conteſt. et. in 6.* Licet tamen eam in initio litis conteſtari. *3. q. 3. c. ultim. §. fin. & q. 6. c. ſi quis epiſcoporum. in fin.* ¶ Vis Exceptionis eſt, non ut condemnetur actor in id quod in exceptione deducitur, ſed ut actionem excludat. *cap. 2. de ordine cognitionum. c. 1. de exceptionibus.* ¶ Exceptio falſi procuratoris & ante & poſt ſententiam admitti poteſt. *cap. in noſtra. de procur.* Similiter de literis falſis. *capit. cùm venerabilis. de exception.* ¶ Excipiens contra electum de calumnia jurare cogitur. *capit. cùm dilectus. de elect.* ¶ Exceptio excommunicationis in qualibet parte litis opponi poteſt. *capit. exceptionem excommunicationis. de exceptio.* ¶ Exceptio excommunicationis publicæ repellit Iudicem ab officio ſuo. *ibidem.* ¶ Exceptio contra teſtem ante ſententiæ definitionem probanda. *capit. 1. de exceptionibus.*

Excōmunicationis definitio. 11. *qu. 3. c. ad menſam. §. vel ſententia.* ¶ Excommunicatione nulla major pœna eſt in eccleſia. *24. q. 3. cap. corripiantur. verſ. quia pœna.* ¶ Excommunicatio debitoris exceptionem ei non præſtat. *c. ſi verè. 34. verſ. cùm ad hoc debitum. de ſent. excom.* ¶ Medicinalis, non mortalis eſt pœna. *capit. 1. in princ. de ſentent. excommunicat. in 6. 24. quæſt. 3. ca. notandum. in fine.*

### *Quinam excommunicationem incurrant.*

¶ Excommunicationem incurrit, qui percuſſorem clerici defendit, vel cùm poſſit, eum à percuſſione non prohibet. *cap. quanta. de ſentent. excommunicat.* ¶ Excommunicationis pœnam ipſo facto incurrunt etiam moleſtantes eos, qui electionem, vel beneficiorum collationem ſecundùm eorum petitionem non fecerint. *cap. ſciant cuncti. 12. de elect. in 6.* ¶ Item principes vel alii licentiam dantes occidendi vel malè excipiendi eos, qui proferunt & divulgant ſententiam excommunicationis, ſuſpenſionis ſive interdicti contra ipſos, niſi re integra intra octo dies revocaverint ſententiam, vel res ablatas propter hoc reſtituerint, excommunicationis ſententiam incurrunt, in qua ſi permanſerint per duos menſes, abſolvi niſi per Papam non poſſunt. *cap. quicunque. de ſentent. excom. lib. 6.*

### *Excommunicationis forma.*

¶ Excommunicatio debet fieri in ſcriptis, ut & ſuſpenſio interdicti: ſecus faciens ſuſpenditur per menſem ab ingreſſu eccleſiæ. *capit. 1. de ſentent. excommunicat. lib. 6.* ¶ Excommunicatio non debet fieri ſine monitione canonica. *capit. ſtatuimus. & cap. Romana. eod. tit.* ¶ Excommunicatio poſt appellationem non tenet. *capit. dilecti filii. de appellat.* ¶ Excommunicatus poteſt quis denuntiari poſt mortem. *capit. ſi quis. de hæretic.* ¶ Excommunicationis ſententia debet eſſe manifeſta & publica. *cap. per tuas. de ſentent. excommun.*

### *Excommunicationis vis & effectus.*

¶ Ab excommunicato domino liberantur ſervi, ſi poſt trinam denuntiationem & admonitionem ſatisfacere nolit. *capit. gravem. de pœniten.* ¶ Excommunicato non debet beneficium eccleſiaſticum conferri, nec poteſt illud ſine diſpenſatione retinere. *capit. poſtulaſtis. de cler. excom.* ¶ Excommunicatus quamvis agere non poſſit, conveniri tamen poteſt, ita tamen, ut per alium reſpondeat. *capit. intelleximus. 7. de judic.* ¶ Excommunicatus ſcienter ordines ſuſcipiens, deponitur in perpetuum, ſi eſt laicus. *capit. cùm illorum. de ſentent. excommunicat.* ¶ Excommunicatus abſolutionem contemnens, nec vetera beneficia retinere, nec nova acquirere poteſt ante abſolutionem. *capit. cùm bonæ. de ætat. & qualit.* ¶ Excommunicatio minor non impedit executionem officii. *capit. ſi celebrat. de cler. excommun.* ¶ Excommunicatio ligat, etiam admonitione non præmiſſa. *capit. ſacro. de ſent. excommun.* ¶ Excommunicatus poteſt appellationem proſequi, & literas impetrare. *cap. per ve-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*nit. de appellat.* ¶ Excommunicatus in dubio ſemper vitari debet, quia ſemper pro judice præſumitur. *cap. per tuas. de ſentent. excommunic.* ¶ Excommunicatus duobus caſibus auditur ante abſolutionem. *ibidem.* ¶ Excommunicatus, ad oſculum Papæ præbendum admiſſus, cenſetur abſolutus. *capit. cùm olim. de privileg.* ¶ Excommunicati teſtificari non poſſunt. *capitul. Veniens. de teſtibus.* ¶ Excommunicato etſi Papa ſcribat, non ideò cenſetur abſolutus. *capit. ſi aliquando. de ſentent. excommunicat.* ¶ Excommunicato participans non admittitur ad ipſum denunciandum. *cap. in præſentia. de ſentent. excomm.* ¶ Excommunicatus propter debita, ſi inops ſit, abſolvitur, cautione data quòd ſolvet cùm poterit. *capit. Odoardus. de ſolut.* ¶ Excommunicatis poteſt prædicari, & poſſunt ad bonum converti, & admoneri de correctione. *capit. reſponſo. de ſentent. excommun.* ¶ Excommunicatus publicus non debet ad dignitatem laicalem vel ſecularem evehi. *capit. Venerabilem. de elect.* ¶ Excommunicatus à delegato non poteſt abſolvi niſi à Papa, vel ab eo qui ſuccedit delegato in onere & honore, niſi in mortis articulo. *cap. paſtoralis. de offic. judic. ordinar.* ¶ Excommunicatus publicè judex eſſe non poteſt. *capit. exceptionem. in fin. de exception. & cap. ad probandum. de ſentent. & re judicat.* ¶ Excommunicatus notorius debet ab omnibus etiam privilegiatis vitari. *capit. cùm & plantare. de privileg.* ¶ Excommunicatus in cœmeterio ſepultus exhumari & ejici debet. *capit. ad hæc. de privileg. & c. ſacris. de ſepultur.*

**Executio** ſententiæ debet differri ad 30. dies, propter deliberationem. 11. *q.* 3. *cùm apud.*

**de Executoribus** teſtamenti, & quatenus unus ſine altero exequi poſſit. *cap. ult. §. fin. de teſtament. in* 6. item De ratione ab executoribus teſtamenti reddenda. *Clement.* 1. *eodem tit.* ¶ Executores teſtamenti debent ad ejus executionem compelli. *c. Joannes. de teſtament.* ¶ Executio ſententiæ, ſi alicui tertio præjudicet, non mandatur, donec hic de jure ſuo docuerit. *capit. cùm ſuper. de ſent. & re judic.* ¶ Executori debent literæ exhiberi. *capit. cùm contingat. de reſcript.* ¶ Executio de beneficiis privandis fiet per epiſcopum, in cujus diœceſi eſt beneficiatus privandus, non ubi delinquitur. *capit. poſtulaſti. de foro compet.*

**Exemptæ** non ſunt omnes eccleſiæ Papæ cenſuales, niſi privilegia monſtrent à ſubjectione epiſcoporum eſſe liberas. *cap. recepimus. de privileg.* ¶ Exemptus omnis, ratione delicti vel contractus poteſt coram diœceſano conveniri, niſi locus ubi commiſſum eſt delictum, ſit exemptus. *capit.* 1. *de privileg. lib.* 6. ¶ Exemptus non poteſt exemptum ad aliam diœceſin, ubi crimen ſit commiſſum, compellere ad reſpondendum. *ibidem.* ¶ Illi non ſunt exempti, quibus Papa ſolummodò dixit, Vos in filios eccleſiæ Romanæ recipimus; ſed illi tantùm, qui nec excommunicari, nec ſuſpendi, nec interdici à nemine poſſunt, præter à Papa vel ejus delegato. *capit.* 1. *de verbor. ſignificat. libr.* 6. ¶ Exemptus in capite ratione membrorum ad Synodum veniat. *capit. ex ore. de privileg.* ¶ Exempti à diœceſano puniri non debent. *capit. ſicut nobis. de ſupplend. neglig. prælat.* ¶ Exemptionis cauſa abſolutus poteſt conveniri alia de cauſa. *capit. in cauſa. de cauſ. propriet. & poſſeſſ.* ¶ Exemptus non eſt omnis, qui protectionis literas à Papa habet. *capit. ex parte* 2. *de privileg.*

**Exequiæ** Pompaticæ plus ſunt ſolatia vivorum, quàm ſubſidia mortuorum. 13. *q.* 2. *c. animæ.*

**Exhæredatio** ſuorum non debet fieri propter eccleſiam. 17. *q. ult. cap. ult.*

**Exilii** pœna per judicem eccleſiaſticum infligi poteſt. *capit. ad audientiam. de crimin. falſ.*

**Expenſas** honeſtas poteſt judex à partibus petere. *cap. cùm ab omni. de vit. & honeſt. cler.* ¶ In expenſis condemnatus, in neceſſariis condemnatur. *cap. cùm venissent. de eo qui mit. in poſſeſſ.* ¶ In expenſis condemnatur, qui poſſeſſionem illicitè tenuit. *capit. ad hæc. de ſequeſtr. poſſ.* ¶ In expenſis condemnatur, qui temerè aliquem ad judicium trahit. *capit. ex literis. de dol. & contum.* ¶ In expenſis condemnatur, qui appellationem non proſequitur. *cap. irreprehenſibilis. de appell. c.* 1. *de appell. in* 6. ¶ Condemnatur in expenſis, qui formam electionis non probat. *capit. ult. de dolo & contum. lib.* 6. ¶ Qui in quarta teſtium productione deficit, condemnatur in expenſis. *cap. ultra tertium. de teſtib.* Item ſi falſas literas impetravit, & earum occaſione expenſas facit. *cap. cæterum. de reſcript.* Item qui injuſtè appellavit. *capit. ut debitus. de appellat.* ¶ In expenſis condemnatur adverſarius contumax ad judicium non veniens. *capit. cùm dilecti. de dolo & contum.* ¶ Expenſæ factæ circa electionem ſede vacante, de bonis dignitatis reſarciuntur, non capituli, ſed prælaturæ. *cap. ut debitæ.* 45. *de elect. & elect. poteſt.*

**de Expoſititiis** *cap. unico. de infantibus & languidis expoſitis.* ¶ Si infans expoſitus tollatur & educetur, ſervus educantis efficitur. *diſt.* 87. *capit. ult.* Sed contra dicit *c. unicum. §. fin. de infantibus expoſitis.*

**Exorciſtæ.** *diſtinct.* 21. *c.* 1. *§. exorciſtæ. &* De modo ordinandi exorciſtam. *diſt.* 23. *cap. exorciſta.* itidem de horum officio, *diſt.* 25. *cap.* 1. *§. ad exorciſtam.* ¶ Exorcizare non licet, niſi iis qui ab epiſcopo ad id ſunt promoti. *diſtinct.* 69. *c. ult. & de conſecrat. diſt.* 1. *c.* 1. *§. ſi autem ut legitur.* ¶ Exorciſmus dæmonia ejicit. *de conſecrat. diſt.* 4. *ca. ſacerdotes.*

**Expreſſa** nocent, quæ non expreſſa non nocerent. ſic multa per patientiam tolerantur, quæ ſi deducta fuerint in judicium, exigente juſtitia non tolerarentur. *ca. cùm jamdudum.* 18. *§. fin. de præbendis.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

F.

**Fabulæ** Poëtarum Chriſtianis non legendæ. 37. *diſt. c. ideò.*

**Facere** poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum. *c. poteſt. 68. de reg. jur. in 6.* Quod quis facit per alium, hoc ipſe feciſſe videtur. *cap. qui facit. 72. de regul. jur. in 6.* ¶ Quod alicui ſuo non licet nomine, nec alieno licebit. *c. quod alicui. 67. d. tit.*

*Factum* cuique ſuum, non alteri nocere debet. *c. mora. 25. de regul. jur. in 6.* ¶ Per procuratorem quis factum in judicio proponere prohibetur. *c. paſtoralis. 14. de judiciis.*

ex *Facto* alterius alius conveniri poteſt: Niſi alius factum alterius ratum habuerit. *cap. cùm quis abſq; 23. de ſentent. excom. in 6. cap. ratihabitionem. 10. de regul. juris. in 6.* quòd ſi tamen nomine ratumhabentis non ſit geſtum, tunc ratihabitio ei non nocet. *d. ca. 23. §. fin. & cap. ratum. 9. de regul. juris. in 6.* item factum alterius alteri nocet, ſi jure repreſſaliarum incola pro incola conveniatur: quod limitatur perſonis & rebus eccleſiaſticis, contra quas repreſſaliæ concedi vel extendi non poſſunt. *capit. unico, de injuriis, in 6.* ¶ Succeſſori eccleſiaſtico non præjudicat factum prædeceſſoris. *cap. 2. de præſcriptionibus.* Niſi in rem eccleſiæ ſit verſum. Nam ſucceſſor in beneficio eccleſiaſtico conveniri poteſt ex contractu à prædeceſſore ſuo in rem eccleſiæ inito. *cap. 1. de ſolutionibus.* Pro facto habetur, quoties per eum qui facere debet, non ſtat quo minus fiat. *capit. imputari. 41. & capit. cùm non ſtat. 66. de regulis juris, in 6.*

**Facultatibus** creſcentibus, creſcere poteſt numerus canonicorum. *c. cùm M. Ferrarienſ. de conſtit.*

**Facilitas** veniæ, illecebra eſt delictorum. *c. ut clericorum. de vit. & honeſt. cleric.*

qui **Fallendi** animum non habet, non mentitur. 22. *quæſt. 2. cap. beatus. §. ille ergò.*

*Qui falſi accuſari poſſint, vel non.*

Qui *Falſum* commiſit. *c. 1. in prin. de crimine falſi.* quod conſiſtit in veritate occultanda & in mendacio dicendo. *d. cap. 1. in fin.* Niſi ſine dolo malo, vel per errorem & ignorantiam quis falſum commiſerit. *cap. accedens. 8. de crimine falſi.* Species falſi in literis commiſſi enumerantur, *cap. licet. 5. eod. tit.* ¶ Si quis Alchimiam exerceat, vel procuret, punitur. *c. unico, de crimine falſi, in extravag. comm.* ¶ Si inſtrumenta quis ſuppreſſit, vel adverſariis tradidit. 12. *q. 2. ca. ſi quis de clericis. 1. & cap. ſi quis de cleric. 2.* ¶ Qui Iuſtum injuſtum dixit, ſanctum non ſanctum, vel contrà, alióve modo mentitur. 11. *q. 3. cap. ſi quis dixerit. c. ſi quis hominem. cap. væ qui dicitis. c. unicuique.* ¶ Qui falſas Literas non deſtruxit, vel reſignavit. *c. dura. 4. §. adjicientes. de crimine falſi.* ¶ Qui literas Papæ de manibus ejus, vel officialium ejus non recepit. *cap. licet. 5. §. eos etiam. d. tit.* ¶ Qui circa Pondera & menſuras falſum adhibuit, punitur. *capit. ut menſura. 2. de empt. & venditione.* ¶ Qui Monetam falſificavit, punitur. *c. unico. de crimine falſi, in extravag. Ioan. XXII. c. unico, de dilationib. in extravag. comm.* ¶ Si Mulier virili veſte utatur, punitur. *diſt. 50. c. ſi qua mulier.* ¶ Si Pecuniam quis accepit ob accuſandum vel non accuſandum, ob dicendum vel non dicendum teſtimonium, vel ob ſententiam. *d. c. unicuique. § fin. cum c. ſequente. 1. q. 1. c. concuſſionis.* ¶ de Ponderibus, vide infr. eod. in Menſura. ¶ Si falſum dixerit Teſtimonium. 3. *q. 9. c. nihilominus. 4. q. 2. c. ult. §. qui falſo.* Niſi indignum ignorans, dignum dixerit. *cap. unico. de ſcrutinio.* ¶ Si Teſtis dicta ſua utrique parti prodidit. 4. *quæſt. 2. c. ult. §. qui falſo.*

*Falſariorum pœna.*

¶ Falſarii cum fautoribus & defenſoribus, ipſo jure ſunt excommunicati. *cap. ad falſariorum. de crim. falſ.* ¶ Falſarii literarum Papæ, niſi ab ipſo vel de ejus mandato abſolvi non poſſunt, niſi in mortis articulo. *capit. dura ſæpè. eodem titulo.* ¶ Falſificator literarum capituli, ſuſpenditur ab officio & beneficio. *cap. jam literis. de teſtibus.* ¶ Contra falſitatem qualiter procedatur, *vide in c. novimus. de verbor. ſignificat.* Item quot modis falſitas literarum Papalium dignoſcatur, *vid. in c. licet ad regimen. de crim. falſ.*

**Fama** pluris facienda unius teſtimonio. *cap. ſuper eo. de conſanguinit. & affinit.* ¶ In probationibus etiam eſt famæ habenda ratio. *c. cùm cauſam. de probat.* ¶ Fama tamen ſola ad condemnandum non ſufficit, cùm teſtibus ſit judicandum. *c. tua nos. de cohabitat. cler. & mulier.*

**Fames** curat morbos quos gula infert. *de conſecrat. diſt. 5. c. nullus.*

**Familia** cum patre excommunicato communicans, excuſatur. *cap. ſi verè. de ſentent. excommun.* niſi in crimine quoque communicet, tunc enim non excuſatur. *ibid.*

**Familiaritas** nimia mulierum incitat antiqui hoſtis ſtimulos. 81. *diſtinct. c. oportet.*

**Favor** vel gatia ſæpius pretii loco ſuccedunt, ideòque non minus favor pretio prohibetur in beneficiis conferendis vel auferendis. *capit. nemo. de ſimon. & capit. grave. de præbend.*

In *Favorem* alicujus conſtituta, adverſus eum non ſunt interpretanda *c. quod ob gratiam. 61. de regul. juris. in 6.*

**Felicitate** peccantium nihil eſt infelicius. 23. *q. 1. c. paratus.*

**Feſtis** diebus neque juramenta præſtari, nec pro pace jurari, neque placita ſeu juſſa pœnam ſanguinis inferentia, fieri debent. *cap. 1. de feriis.* ¶ Feſtis diebus neceſſitatis tantùm cauſa operari licet. *c. licet. de feriis.* ¶ Feſta ſanctorum ex terræ conſuetudine veneranda ſunt. *capitul. quoniam in parte. eodem titulo.* ¶ Feſtis diebus nec cauſæ audiendæ ſunt, nec ſententia ferri debet, nec proceſſus etiam partibus conſentientibus valet. *capitul. conqueſtus. eod. tit.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Feſta ſecularia in eccleſia nulla ſint. *capit. cùm decorem. de vit. & hon. cler.*

**Feudi** cauſa quando per judicem eccleſiaſticum ſit tractanda. *cap. ex tranſmiſſa. de for. competent.* ¶ Infeudare de novo neminem licet de rebus eccleſiæ. *cap. ex parte. de feud.* ¶ Feudum in dotem nemo dare poteſt, niſi ſicut & ipſe tenuit. *capit. nuper. de donat.* ¶ Feudatarius ſive vaſallus, quandiu fructus non percipit feudi, ſervire non tenetur. *capit. 1. de feud.* ¶ Infeudare poteſt epiſcopus beneficium eccleſiæ, ratione obſequii præſtiti. *capit. per tuas. de donat.* ¶ Feudum eccleſiaſticum non licet vendere laico ſine conſenſu epiſcopi. *capit. verùm quoniam. de for. competent.*

**Fides** non deficit. *diſt. 2. cap. firmum.* ¶ Fides operatur per dilectionem. *de pœnitentia. diſt. 2. cap. circum.* ¶ Sine recta fide non valent bona opera. *24. q. 1. c. odi. c. ubi ſana.* ¶ Quod ex fide non eſt, peccatum eſt. *28. q. 1. c. omnes. §. illud verò. de pœnit. diſt. 3. c. quærat. §. etſi fides deſit.* ¶ Ad fidem quatenus quis ſit cogendus, diſſeritur *23. q. 5. c. ad fidem.* ¶ Fidem præſtari fruſtrà ſibi petit, qui eam non præſtat. *c. fruſtra. 75. de reg. juris 6.* ¶ Sine bona fide præſcriptio non valet. *c. fin. de præſcript.* ¶ De fide pactionis & conſenſus, *vide c. tuæ fraternitas. de ſponſ. duor.* ¶ In fide peccans dimitti poteſt, ſed neuter eorum, altero vivente, cum alio contrahere matrimonium poteſt. *capit. de illa. de divort.* ¶ De fide dubitationes ad Papam ſunt referendæ. *cap. veniens. de presbyt. non baptiza.* Fides ſacramenti, etſi ipſum ſacramentum deſit, ad ſalutem prodeſt. *capit. debitum. de baptiſm. & ejus eff.* ¶ Fides adultero data de contrahendo matrimonio poſt mortem viri, matrimonium contrahendum impedit, & contractum dirimit. *c. veniens. de eo qui dux. in matrim.* ¶ Contra fidem veniens punitur, ſicut contra juramentum aliquid faciens. *cap. pervenit. de fidejuſſ.*

**Fidejuſſor** contraria mandati actione conſequitur, ut indemnis ſervetur. *capit. pervenit. 2. de fidejuſſoribus.* quod fallit, ſi nondum ſolverit actor. *d. c. 3. quæſt. 1. except. 1.* quòd ſi debitor diu in ſolutione debiti ceſſaverit, fidejuſſor indemnitatem conſequi poteſt. *capit. ultim. d. tit.* ut & ſi debitor diſſipare bona ſua incipiat. *d. capit. ult. verſ. aut diſſipare.* vel ſi actor ſit condemnatus. *d. c. ult. verſ. ſeu ſuper hoc.* denique ſi actor à creditoribus moleſtetur. *capit. conſtitutus. 3. d. tit. de fidejuſſoribus.* ¶ Fidejuſſor tribus de cauſis agere poteſt contra eum pro quo fidejuſſit. *c. cùm pro quo. de fidejuſſ.* ¶ Fidejuſſoribus inſerviens clericus deponitur. *capit. 1. eodem titulo.* ¶ Fidejuſſorem debet debitor indemnem ſervare. *cap. pervenit. eodem titulo.* ¶ Religioſus fidejuſſor eſſe non poteſt, niſi de licentia ſuperioris. *c. quod quibusdam. de fidejuſſor.*

**Filius** ſacerdotis in ſacerdotio genitus non debet in patris ſui eccleſia miniſtrare, ſi ſacerdos eſt. *cap. ad præſentiam. de fil. presbyt.* ¶ Filius immediatè non poteſt patri in beneficio ſuccedere. *c. conquerente. eod. tit.* ¶ Filius legitimus & pater ſimul miniſtrare poſſunt uni eccleſiæ. *capit. ad hæc. eodem titulo.* ¶ Filius presbyteri miniſtrans poteſt partem beneficii retinere. *cap. propoſuit. eod. tit.* ¶ Filius poterit ſuccedere patri, ſi ſit temporalis vicarius. *capit. conſtitutus. eod. titul.* ¶ Filius non poteſt ſuccedere patri per donationem laici. *cap. ult. eod. tit.* ¶ Filius epiſcopi legitimus poteſt unà cum patre beneficium obtinere in una eccleſia, & ad ſacros ordines promoveri. *capitul. ad hæc. eodem titulo.* ¶ Filius non erit vicarius in eccleſia, in qua pater antea perſonatum habuit. *capit. ad extirpanda. eodem titulo.* ¶ Filii legitimi in ſeculo exiſtentes, ad ſacros ordines, curas animarum vel præbituras, ſine diſpenſatione promoveri non poſſunt. *capit. 1. eodem titulo.* ¶ Filii canonicorum cum patribus in eadem eccleſia canonici eſſe non poſſunt. *capit. cùm decorem. de fil. presbyt.* ¶ Filii liberæ vel libertæ ad ſervitium redigi non debent. *c. 1. de nat. ex liber. ventr.* ¶ Filius non poteſt revocare legitimam patris donationem. *capitul. cùm dilecti. de donat.* ¶ Filius ſequitur conditionem patris ſecundùm provinciæ legem. *cap. licet. de conjug. ſervor.* ¶ Filiaſtrum cognoſcens à marito debitum maritale non poteſt exigere. *capit. tuæ fraternitatis. de eo qui cogn. ſanguin.* ¶ Filius adultus à patre cogi non poteſt ad contrahendum matrimonium, ſed ad ſponſalia contrahenda poteſt cogi non adultus. *capit. 1. de deſponſat. impub.* ¶ Filios opprimentium pœna. *c. de infantib. de iis qui fil. occid.* ¶ Filiofamilias regulariter non competit actio ſine patris conſenſu, niſi in cauſa ſpirituali. *cap. ultim. §. fin. de judic. in 6.*

**Finium** regundorum actio triginta annorum præſcriptione eliditur, ſed non in finibus epiſcopatuum & parochiarum, qui nullo tempore præſcribi poſſunt. *cap. ſuper eo. 4. de parochiis.*

**Fiſcus** capit, quod non capit Chriſtus. *16. q. 7. c. majores. & q. 1. c. decimas. vel med.*

**Flamen.** *cap. cleros. §. ſacerdotes. de verborum ſignif.*

**Flocus.** *Clement. 1. §. ſtatuimus. in fin. de ſtatu monachorum.*

**Fornicationis** vitium omnium maximum ſcelus eſt. *32. q. 7. c. non ſolùm. §. inter cætera.* ¶ De gradibus fornicationis. *d. q. 7. c. quemadmodum. §. ſunt enim. & c. adulterii.*

**Fortuitò** & à caſu facta, culpæ non ſunt imputanda. *cap. ſi verò. de ſent. excommunic.*

**Fortuna** adverſa probatio virtutis eſt, non indicium reprobationis. *7. q. 1. c. adverſitas. in prin.*

de **Fratre** & ſorore uxoris: quo nomine appelletur. *35. quæſt. 5. c. quod autem.* ¶ De viri fratre & ſorore: quo nomine appelletur. *dict. cap. quod autem. §. mariti frater. & §. viri ſoror.* ¶ De duorum fratrum uxoribus: quo nomine appellentur. *dict. capitul. quod autem. §. duorum autem.*

**Frigiditas** dirimit matrimonium contractum, ita tamen, ut ſi cum alia contraxerit, ad primam redire cogatur. *cap.1. de frigid. & malefic.* ¶ Frigiditas naturalis per triennium probatur, & qualiter. *cap.laudabilem. de frigid. & maleficiat.*

**Fructuum** poſſeſſio penes feudatarium eſt, & non penes dominum feudi. *c.1.de feudis.* ¶ Fructus pignoris in ſortem ſunt computandi. *c.cùm contra.de pignor.*

**Fugiendi** honores, & fugientibus offerendi. 8.*q.1.c.in ſcripturis.*

**Fures** auctoritate ſuperioris poſſunt incarcerari. *c.1. de depoſit.* ¶ Furibus pœnitentibus ante mortem, Euchariſtia & ſepultura non negatur. *c.2.de fur.* ¶ Furem indicare tenetur quilibet. *c.qui cum fure.de furt.* ¶ Furti conſcius, furem ſi non indicat, eſt facti reus. *ibid.* ¶ Pro occiſis in furto non eſt orandum. *c.fures. eod.tit.* ¶ Is qui neceſſitate cogente furatur non eſt fur judicandus. *c.ſi quis.eod.tit.*

**Futura** per verba contractum matrimonium, copula ſequente confirmatur. *c.pertuas. qui filii ſint legitim.* ¶ Ad futurorum cautelam multa ſtatuuntur. *c.licet.de election. & elect. poteſt.*

G.

**Generi** & nurus, ſoceri & ſocrus appellatio ex ſponſalibus acquiritur. 27.*quæſt.2.cap.egreſſus.§.fin. & ca.priuſquam.Verſ.ſicut etiam eos.*

*Generi* per ſpeciem derogatur. *cap.generi.34. de reg. jur. in 6.*

*Generale* interdictum. *c.cùm in partib.17.de Verb.ſignific.*

in *Generali* conceſſione non veniunt ea quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. *c.in general.81. de reg. juris, in 6.*

**Genethliacus,** *26.qu.2. c.illud quod. §. neque illi ab hoc.§.genethliaci.* Ad hanc cauſam pertinent horoſcopi, qui definiuntur *d.ca.1.§.horoſcopi.*

**Gladio** ſeculari utendum eſt, cùm ſpiritualis non timetur. *c.ad abolendam.de hæretic.* ¶ Gladium materialem poteſt eccleſia invocare. *c.poſtulaſti.de homicid.*

**Graduum** numerandorum ratio. 35. *q.5. cap.ult.* & de ratione numeri graduum cognationum, quare uſque ad ſextum gradum numerentur. 35.*q.2.in prin.cum c.ſequente. & quæſt.5.c.ult.§.ſucceſſionis.*

**Græci** à Latinis non ordinentur, nec econverſò. *c.cùm ſecundum.de temp.ord.*

H.

**Habitus** ſuſceptio impedit matrimonium contrahendum, ſed contractum non dirimit. *c.conſuluit.qui cler.vel vov.* ¶ Habitum monachalem gerens vel deponat, vel monachus fiat. *c.ut cler.de reg. & tranſ.ad relig.*

**Hæres** voluntati defuncti non ſatisfaciens, privatur hæreditate. *c.licet univerſis, de vot.* ¶ Super hæreditate litigatur coram judice ſeculari. *cap.lator præſentium. qui filii ſint legit.* ¶ De hæreditate poteſt etiam Papa judicare. *capit.1.eod.tit.* ¶ Hæres ſacerdotis eſt eccleſia. *capit.presbyteri.de pœn.* ¶ Hæres conveniri poteſt, ut ſatisfaciat pro defuncti delicto. *cap. in literis. de rapt.* ¶ Sine hærede decedere non videtur, qui eccleſiam vel monaſterium hæredem conſtituit. *c.in præſentia. de probat.* Hæres punitur pro culpa defuncti. *capit.ad aures.de pœn.* ¶ Hæredem compellere poteſt epiſcopus, ut teſtatoris voluntatem impleat. *capit.ſi hæredes. de teſtam.*

**Hæreſis** quid. *c.ad abolendam.9.in prin.de hæreticis.24.q.1.ca.loquitur.cum c.ſequen.c.omnib..c.advocavit.c.quoniam vetus. c.quicunque. c.didicimus. in prin. item q.3.c.hæreſis.c.hæreticus.ca.qui in eccleſia.c.qui aliorum.* proprium hæreſeos eſt. 24. *quæſt.3.c.transferunt.* cauſa hæreſeos. *d.c. transferunt.§.veteres.* effectus & uſus hæreſis. *d.q.3.ca.ult.* ſpecies cognata hæreſis, quod eſt ſchiſma. *d.quæ.3.c.illi qui.§.fin. cum c.ſeq. item 24.q.1.c.ſchiſma.in prin.*

**Hæreticus** catholico ſuccedere hæreditariè non debet. *capit.ſi quis.de hæretic.* ¶ Hæreticorum damnantur ſcripturæ. *c.fraternitatis.de hæret.* ¶ Hæreticorum receptatores ſunt ipſo jure excommunicati, ut & ipſorum fautores. *capit.ſicut ait.eod.tit.* ¶ Ad extirpandas hæreſes debet invigilare princeps. *cap. excommunicamus. eod.tit.* ¶ Hæretici niſi reſipiſcant, traduntur judicio ſeculari. *cap.excommunicamus.eod.tit.* Idem fiat, ſi ad abjuratam hæreſin reddierint: quia tunc ſine miſericordia ulla judicio ſeculari tradendi ſunt. *capit.penult. eod.tit.* ¶ Hæreticorum bona, niſi reſipiſcant, confiſcari debent. *cap.vergentis.eod.tit.* ¶ Hæreticorum filii, licet catholici, exhæredantur. *ibid.* ¶ Hæreticorum clericorum bona ad eccleſiam revertuntur. *c.excommunicamus itaque. de hæret.* ¶ Contra hæreticos proceditur ex ſola ſuſpicione. *ibid.* ¶ Hæreticos extirpare nolens excommunicetur. *ibid.* ¶ Hæreticorum fautores, ſi intra annum non ſatisfecerint, ſint infames. *ibidem.* ¶ Hæreticus clericus degradetur, & poſtea judici ſeculari tradatur. *ibid.* ¶ Ab hæreticorum dominio abſolvuntur, qualitercunque eis obſtricti. *eod.capit. circa fin.* ¶ Hæreticus cenſetur, qui juramento ſe purgare noluit. *capi.excommunicamus.eod.tit.* ¶ Hæreticorum extirpatio ad epiſcopum ſpectat. *cap.in cauſis.de elect.*

**Heremita** poteſt eligi in abbatem. *c.cùm monaſterium.de elect. & elect. poteſt.*

**Homicidium** poteſt actu & voluntate committi. *cap.dilectus filius.de homicid.* ¶ In homicidio caſuali conſideratur, an dederit quis operam rei illicitæ. *ibid.* ¶ Homicidii cauſam præſtantes, pari pœna, ut homicidæ ipſi, ſunt feriendi. *capit.ſicut dignum. eodem titul.* ¶ Homicidium quandoque non imputatur. *cap.continebatur.cap.Petrus.& cap.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſin. eodem titulo.* ¶ Homicida non habetur Medicus vel chirurgus, qui nihil eorum quæ ſui ſunt officii, omiſit, licet ægrotus moriatur. *capit. tua nos. eodem titulo.* ¶ Homicida is non eſt, qui abortui cauſam dedit, ſi conceptus nondum ſit animatus. *capit. ſicut ex literarum. eod. titul.* ¶ qui homicidio intereſt, ſed non percutit, nihilominus poteſt promoveri. *capit. præſentium. de cler. percuſſ.* ¶ Homicidium caſuale committens promoveri poteſt, ſi negligentia ſupina non intervenerit. *capit. lator. de homicid.* ¶ In homicidio caſuali quæ ſint conſideranda, *vide in capit. ex literis. eodem titulo.* ¶ Cum homicida non poteſt epiſcopus diſpenſare. *capit. de cler. pugnant. in duell.* ¶ Homicida reputatur, conceptionem mulieris vel viri generationem impediens. *cap. ſi quis. de homicid.* ¶ Homicidii pœna punitur excitans alios ad pugnandum bello injuſto. *cap. quod in dubiis. de pœn.* ¶ Homicidium quatuor modis committitur. *capit. 2. de cler. pugn. in duell.* ¶ Suſpecto de homicidio indicitur purgatio. *cap. ex literis. de homicid.*

**Honor** debetur clericis, & maximè prælatis. *capit. ſolitæ. de major. & obed.* ¶ In honore ſuccedens, & in onere ſuccedat. *capit. ex literis. de pign.*

**Hora,** qua judex ſententiam ferre debet, habetur *capit. conſuluit. de offic. deleg.* ¶ Horæ omnes poſſunt dici manè præter completorium. *cap. 1. de celebrat. miſſ.*

**Hoſpes** turpius eiicitur, quàm non recipitur. *cap. quemadmodum. 25. §. alioquin ſi. verſ. quia turpius. de jurejurando.* Hieronymus. 2. *q. 7. cap. quanquam.*

**Hoſpitalarii** qui ſint, notatur *in cap. cùm & plantare. de privileg.*

**Hypocritæ.** *De pœnitent. diſtinct. 2. cap. multi bene. §. illud Gregorii. cum cap. ſequente Citius.*

## I.

**Jactantia** & Confidentia. 6. *q. 1. c. imitare.* 16. *q. 1. cap. revertimini. §. ſi quis doctus. 32. q. 5. cap. ſi Paulus.*

**Januarius** dictus quaſi janua anni, atque principium. *d. 76. c. jejunium. §. menſe decimo.*

de **Jejunio** plenus venter facilè diſputat. 12. *q. 2. c. gloria. §. plenus.* ¶ Iejunium frangens ægrotus non peccat. *cap. quod non eſt. de regul. iur.* ¶ Iejunium ſolvit vinum manè bibitum. *c. ex parte. de celebr. miſſ.* ¶ Iejunandum eſt ſabbatho præcedenti, ſi in ſecundam feriam evenerint feſta ſanctorum, jejunia habentium. *capit. 1. de obſervat. jejun.* ¶ Iejunandum quando & quibus temporibus & diebus, *c. 2. de obſerv. jejun.*

**Ignorantia** non habet locum in iis quæ publicè fiunt. *cap. cùm in tua. qui matrimon. accuſ. poſſ.* ¶ Ignorantia quando excuſet, & quando non, *vide in cap. presbyterum. de homicid. & c. 2. de cogn. ſpirit. & c. 2. de ord. ab epiſcopo.* ¶ Ignoranti tempus non currit. *c. licet. de ſuppl. neglig. prælat.* ¶ Ignorantiam allegans juramentum præſtare tenetur. *c. ſi verò. de ſentent. excommun.*

**Illegitimos** ſolus Papa ad epiſcopatum legitimat. *cap. cum Vintonienſis. de elect.* ¶ Illegitimi parentibus ſuccedere non debent. *c. referente. qui filii ſint legit.* ¶ Illegitimi reputantur in gradu vel ſtatu prolis geniti. *capit. cùm inhibitio. de clandeſtin. deſponſ.*

de **Imaginibus** ſanctorum. *de conſecr. d. 3. c. perlatum.* ¶ Imagines ſanctorum memoria ſunt & recordatio priorum. *d. diſt. 3. cap. venerabiles.*

**Impedimentum** juſtum excuſat. *c. inter quatuor. de cleric. non reſid.* ¶ Impediens aliquem jure ſuo condemnandus eſt in expenſis. *c. accedens. de accuſat.*

de **Imperatoris** electione, *c. venerabilem. 34. de election. & clement. 1. de jurejurando.* & de juramento quod præſtat imperator. *d. clementi. 1.* ¶ *Imperator* vel Rex jura Imperii vel regni cum præſtito jurejurando, nequit alienare. *cap. intellecto. 33. de jurejurando.* ¶ Imperatore mortuo juriſdictio Imperii vacantis ad quem pertineat, *cap. unico, ne ſede vacante aliquid innovetur.* ¶ De judicio Imperatoris diſputari non oportet. 17. *q. 4. cap. ſi quis ſuadente. §. committunt.* ¶ In Imperio non habet locum ſanguinis ſucceſſio, ſed tantùm electio. *capit. venerabilem. de elect.* ¶ Imperio vacante poteſt appellari ad Papam ab audientia vel inſtantia judicis ſecularis. *cap. licet. de foro compet.* ¶ Imperator major eſt Papa in temporalibus. *capite ſolicitæ. de major. & obed.* ¶ Imperator Iuſtinianus decrevit ut ſacri canones vim legum obtinerent. *capite 1. de jur. calumn.*

ad **Impoſſibile** nemo poteſt obligari. *c. nemo. 6. de reg. jur. in 6.*

**Impuberes** poſſunt mortaliter peccare. *c. 1. de delict. puer.*

**Incantator,** incantatrix. 26. *quæſt. 5. cap. epiſcopi. §. illud etiam. cap. quicunque. §. fin. cum cap. ſequ. item c. pervenit. itẽ q. 7. c. admoneant. 26. q. 3. c. 1. §. incantatores.*

de **Incendiis** puniendis, *c. ſi quis domum. 6. de injuriis. 23. q. 8. c. ſi quis membrorum. cap. peſſimam.*

**Inceſtus** matrimonium ſequens, illud non ſolvit. *de eo qui cognovit conſang. per totum. tit.*

de **Inconſtantia** dictorum factorumque 22. *q. 4. c. unusquiſque. c. non ſemper. c. magnus. §. fin. c. incommutabilis. c. quamobrem. pœnitent. diſt. 1. c. ſi agamus.*

**Indulgentia** non excedat annum quando ſive ab uno, ſive à pluribus dedicetur eccleſia. *capite, cùm ex eo. de pœnit. & remiſſ.* ¶ Indulgentiam facere poteſt epiſcopus in ſuo epiſcopatu. *capite, pœn. eod. titulo.* ¶ Indulgentiarum forma in literis ponenda, *&c.* ¶ Indulgentia aliorum epiſcoporum, quibus & quando *dem.* ¶ Indulgentia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& quando valet. *ibidem.* ¶ Indulgentiam dant epiſcopi ſoli. *c. quod in te. eodem titulo.*

**Infirmitas** duplex. 15. *q.* 1. *in prin.* §. *porrò infirmitas. c. illud relatum.* §. *itaque ut. uſque ad* §. *furor. cap. concupiſcentia.* ¶ Infirmitas excuſat à contumacia. *cap. querelam. de procurat.* ¶ Infirmitas magna ſolvit ſponſalia. *cap. quemadmodum. de jurejur.* ¶ Infirmi carnes comedere poſſunt in Quadrageſima. *cap.* 1. *de obſervat. jejun.* ¶ Infirmus jejunium ſolvens non peccat. *capit. quod non eſt. de regul. jur.* ¶ Infirmo epiſcopo datur coadjutor: ſimiliter infirmus epiſcopus omnia recipiat, quæ ſanus reciperet. *cap.* 1. *& cap. ex parte. de cler. ægrot.* ¶ Infirmo clerico dandus eſt etiam adjutor. *cap. de rectoribus. eod. tit.*

**Infamiæ** cauſæ enumerantur 3. *q.* 7. *c. infames.* §. *porrò infamia.* mulier quæ intra annum luctus nuptias iterat non notatur. *ca. penult. & ult. de ſecundis nuptiis.* ¶ Carcer non infamat. *c. ſuper his.* 8. *de pœnis.* ¶ Condemnatus ex cauſa famoſa notatur: quod fallit ſi nulla vel minima fuerit injuria, propter quam quis eſt condemnatus. *c. cùm te ab.* 23. *de ſententia & re judicata.* Plures aliæ cauſæ infamiæ enumerantur 6. *q.* 1. *c. ſumma.* §. *fin. cum c. ſeq.*

**Inimicitiæ** benè loquendo extinguendæ. 11. *quæſt.* 3. *ca. injuſtum.* §. *homini.* ¶ Inimicus repellitur ab accuſatione. *ca. cùm oporteat epiſcopum. de accuſat.* ¶ Cum inimico habitans, ut & inimicus, ab accuſando & teſtificando repellitur. *c. repellantur. eod. tit.*

**Injuriarum** tenetur non ſolùm is qui fecit, ſed is quoque cujus doſo vel operâ injuriam fecit. *de pœnitent. diſtinct.* 1. *c. ſi quis tam.* §. *fin.* ¶ Si matremfamiliâs, aut prætextatum prætextatámve Adſectatus fuerit, ſive alicujus pudicitiam attentaverit, punitur. *de pœnitent. diſt.* 1. *cap. ſi quis tam maſculum. in prin. &* §. *attentari.* ¶ Si libellum, carmen, aut tale quid ad alicujus infamiam ſcripſerit vel confinxerit, punitur. 5. *q.* 1. *c. cum duob. capitib. ſequentibus.* item ſi libellum famoſum inventum non corruperit, punitur. *d. cap.* 1. *verſic. & qui eam & d. q.* 1. *c. ult.* §. *ſi quis famoſum.* ¶ Si adverſus aliquem manus levatæ ſint, & ſæpè territus ſit quaſi vapulaturus, punitur. *d. diſt.* 1. *c. ſi quis pulſatus.* quod fallit ſi joco aut caſu factum ſit, non injuriæ faciendæ animo. 13. *q.* 1. *cap. illud.* §. *quare ſi quis.* item ſi quis liberum hominem pro ſervo ſuo per errorem cæciderit. 15. *q.* 1. *c. ultim. d.* §. *ſi quis liberum.* item injuriarum non tenetur, ſi reus errorem apertè confeſſus fuerit, ac revocaverit. *d.* §. *ſin autem in eadem. verſ. vel fortè ſciens.* neque tenetur ſi furioſus vel impubes injuriam fecerit. *dict. capit. illud. in princip.* ut nec ſi quis nocentem infamavit. 5. *quæſt.* 1. *cap. quidam.* §. *ſin autem in eadem.* vel ſi injuria remiſſa ſit 23. *quæſt.* 4. *c. ſi illic. in princ.*

In *Injuriarum* actione tentanda prius eſt reconciliatio, quàm ad ſententiam perveniatur. 23. *quæſtion.* 4. *cap. ſi illic ubi. verſ. ſin verò nihil.* ¶ Injuriarum actione damnatus fit infamis: Niſi modica fuerit injuria. *cap. cùm te.* 23. *de re judicata.*

**Initio** vitioſum, tractu temporis non convaleſcit. *c. non firmatur.* 18. *de reg. jur. in* 6. ¶ Vix bono peraguntur exitu, quæ malo inchoata ſunt principio. *diſt.* 61. *cap. miramur.* §. *principatus. item* 1. *q.* 1. *c. principatus.* ¶ Quod initio vitioſum non eſt, ex pòſt facto non vitiatur. *c. factum.* 73. *de reg. juris, in* 6.

**Inopia** debitoris inanem reddit actionem. *capit. olim.* 16. *de reſtitut. ſpoliat.* poteſt tamen laicus debitor incarcerari: in clerico debitore ſecus eſt, qui præſtito jurejurando de ſolvendo, ſi quando potuerit, dimittitur. *capit. Odoardus.* 3. *de ſolutionib.*

**Inquilinus** in quibus caſibus expelli poteſt, *vide in c. propter ſterilitatem. de locat. cond.*

**Inquiſitio** non debet fieri, niſi de eo qui eſt malæ famæ. *c. cùm oporteat. de accuſat.* ¶ In inquiſitione litis conteſtatio non uſurpatur. *c. accedens. de accuſat.* ¶ Per inquiſitionem ſolam Prælatus non deponi, ſed ab adminiſtratione tantùm removeri poteſt. *ibid.* ¶ Inquiſitorum juriſdictio extendit ſe ad ea, ſine quibus inquiſitio fieri non poteſt. *capit. olim. eodem titulo.* ¶ Pendente inquiſitione, non tenentur ſubditi prælato, contra quem fit inquiſitio, obedientiam præſtare, nec poteſt Prælatus tunc quicquam in præjudicium inquiſitionis ſtatuere. *ibidem.* ¶ Inquiſitio valet & in inferiores & in ſuperiores. *capit. qualiter. & capit. ultim. de accuſat.* ¶ Inquiſitio fieri debet in publicis criminibus, nec judex actor eſt, ſed ſola fama, & ideò litis conteſtatione non eſt opus. *ibidem.* ¶ Inquiſitio fit tantùm circa præſentes. *capit. illa propoſitorum. eodem titulo.* ¶ Inquiſitio ſuſcipitur tantùm ex relatione gravium perſonarum. *ca. qualiter. de accuſat.* ¶ Per inquiſitionem nullus deponitur, ſicut in accuſationibus fieri ſolet: niſi in ſimonia & ſimilibus. *eodem capit.* ¶ Inquirendi quid debeant jurare & qualiter. *capit. illa prapoſitorum. eodem titulo.* ¶ In inquiſitione qualiter ſit procedendum, *vide in cap. per tuas. de ſimoni.*

**Inſtitutio** pertinet ad epiſcopum, cujus eſt jus patronatus. *capit. ſi verò. de jur. patron.* ¶ Inſtitutiones & deſtitutiones non debet facere epiſcopus ſine capitulo ſuo. *cap. novit. de iis quæ fiunt a prælat. ſine conſenſ. cap.* ¶ In Inſtitutionibus non debet eſſe beneficiorum ſucceſſio. *capit. ad decorem. de inſtitut.* ¶ Inſtitutio per laicum ſolùm facta non valet. *cap. ex tua. de fil. presbyt.* ¶ Inſtitutio presbyterorum in eccleſia baptiſmali in plebe & capella pertinet ad epiſcopum. *cap. cùm olim. de præſcript.* ¶ Inſtituendi ſunt idonei, etiam undecunque ſint. *ca. ad decorem. de inſtit.*

**Inſtrumento** amiſſo contenta in eo probari poſſunt per teſtes, & quòd fuerit ſine vitio. *c. cùm olim.* 12. *de privilegiis.* ¶ Inſtrumento publico creditur ubicunque terrarum. *capit. ad audientiam. de præſcript.* ¶ Inſtrumenta inveterata vel aliàs conſumpta

ſumpta poſſunt per judicem ordinarium renovari. *c.ſi inſtrumento. de fid. inſtrument.* ¶ Inſtrumenta ſubſcriptionem teſtium non habentia, vel manu propria conſcripta, non valent. *c. ſcripta verò. eod. tit.* ¶ Inſtrumento non poteſt derogari per teſtes. *c.illud. de præſumt.* ¶ Inſtrumenta tranſſumta non valent, niſi originalia diligenter examinata & perfecta fuerint. *c.1. de fid. inſtrum.* ¶ Vnius literæ defectus in inſtrumento illud non vitiat. *c.ex parte. eodem. titulo.* ¶ Inſtrumenta & teſtes parem in litibus poteſtatem habent. *capit.cum Ioannes. de fid inſtrum.* ¶ Sub inſtrumentorum nomine & teſtes continentur. *cap.pervenit. de teſt. cog.* ¶ Inſtrumento debita forma carenti non creditur. *c.quod ſuper his. de fid. inſtrum.* ¶ Inſtrumentis poteſt per teſtes qui inſtrumento ſubſcripſerunt, derogari. *c.cùm Ioannes. eodem titulo.* ¶ Inſtrumenta contraria proferens ſibi obeſt. *c.imputari. eodem titulo.* ¶ Inſtrumentum deletum vel interlineaturam habens non valet. *cap.inter dilectos. eod. tit.* ¶ Sub inſtrumentorum novorum prætextu non debent lites reſtaurari. *cap. inter. de ſent. & re judic.* ¶ Inſtrumentorum falſorum obtentu ſententia lata ad viginti annos uſque retractari poteſt. *cùm venerabilis. de except.*

### *Cui edenda ſint inſtrumenta.*

*Inſtrumenti* copia facienda eſt adverſario poſtulanti. *c.contingit. de fid. inſtrum. & c.quoniam contra. de probat.* ¶ Inſtrumentis vel privilegiis utens tenetur ea edere petenti. *c.contingit. de fid. inſtrum.* ¶ Inſtrumenta legi debent coram parte adverſa. *eod. c.*

**Interdictum** generale privilegiati obſervare tenentur, non obſtante privilegio. *c.petiiſtis. de privileg.* ¶ Interdictum non ſervetur, niſi à capitulo indictum. *c.quæſivit. de iis quæ fi. à major. parte capit.* ¶ Interdicto durante, poſſunt nihilominus clerici in cœmeterio ſepeliri, ſi bene interdictum ſervarunt. *capit.quod in te. de pœnit. & remiſſ.* ¶ Interdicto qualiter ſint horæ dicendæ, & quæ ſacramenta ſint interdicta. *ibid.* ¶ In interdicto generali conceditur epiſcopis divina celebrare januis clauſis, non pulſatis campanis, excluſis interdictis. *c. quod nonnullis. de privil.* ¶ In interdicto generali non eſt denegenda pœnitentia cruce ſignatis & peregrinis. *cap.quod in te. de pœnit. & remiſſ.* ¶ In interdicto generali durante, interdictis & excommunicatis prædicare licet, & confirmare baptizatos. *c.permittimus. de ſent. excommunic.* ¶ In quovis interdicto excipiuntur baptiſmus puerorum, & pœnitentiæ morientium, & viaticorum. *c.non eſt. de ſponſal.* ¶ Interdicto durante celebrantium pœna habetur *in c.poſtulaſtis. de cler excommun.* ¶ In interdicto loco ab homine poteſt quis uti privilegio, ſed non in loco qui jure interdictus ſit. *capit.tuarum. de privileg.* ¶ Interdictum ferentes in privilegatos puniendi ſunt. *capit. quanto amplius. eodem titulo.* ¶ Interdictum non ſervantis pœna. *cap.petiiſtis. de privileg.*

**Interfeciſſe** videtur, qui liberare potuit & noluit. *cap.ſicut ſignum. de homicid.* ¶ Interfectores & eorum defenſores pari ſunt afficiendi pœna. *ibid.* ¶ Interficiens furem quando ſit in culpa. *ibid. & cap.ſi perfodiens. eod. tit.*

ſi **Interierit** res quæ petitur, reus exceptione defenditur, ſi interpellatus exceptione ſe tueri potuit. *c.non eſt. 60. de reg. juris, in 6.* item ſi alius, non reus, in mora ſuit. *cap.mora.33. eod. tit.*

**Interpretari.** ejus eſt jus Interpretandi leges, cujus eſt & jus condendi. 25. *q.1. c.ult. §.quanquam.* ¶ Leges priores quamvis abolitæ, in poſterioribus interpretandis adhiberi poſſunt. *c.fuerunt. §.paulatim. diſt.* ¶ Interpretatio ſemper in meliorem partem facienda. *c.cùm tu. de teſti.* ¶ Interpretatio adhibenda eſt plena in contractibus, plenior in teſtamentis, pleniſſima in beneficiis. *cum dilecti filii. de donat.* ¶ Interpretari libere Papa ſtatuta ſui prædeceſſoris. *cap.ſuper quibusdam. de offic. jud. deleg.* ¶ Interpretatio ſup. dubias verborum ſententias. *c.in his. & c.ſignificati. de verbor. ſignific.* ¶ Interpretatio ſic fieri debet ut proſit, non ut obſit. *c.in his. de privil.* ¶ Iudex dubia inſtrumentorum interpretatur. *c.cum dilecti filii. de donat.*

de **Ira** Dei, *de pœnitent. diſt.3. cap. productum. §. fin.*

**Iudæi** novas ſinagogas non faciant, veteres tamen illis reſarcire permiſſum. *capit. Iudæi. de Iud.* ¶ Iudæi claudant oſtia & feneſtras ſuas in die Paraſceves. *c.quia ſuper. eod. tit.* ¶ Chriſtianus Iudæo ſerviens excommunicatur. *c.Iudæi. eod. tit.* ¶ Iudæus converſus poſſeſſiones ſuas prius habitas non amittat. *ibid.* ¶ Iudæi ad fidem non ſunt cogendi. *c.ſicut Iudæi. eod. tit.* ¶ Iudæorum ritus & feſtivitates non impediantur. *capit.ſicut. eod. tit.* ¶ Iudæo nullus noceat ſine authoritate ſuperioris. *ibid.* ¶ Iudæi Chriſtianas nutrices non habeant. *c. etſi Iudæos. eod.tit.* ¶ Iudæum percutientis pœna. *capit. poſtulaſti. eod. tit.* ¶ Iudæi habitum à Chriſtianis diſtinctum gerant. *c.in nonnullis. eod. tit.* ¶ Iudæi publicis officiis non præferantur. *c.cum ſit. eod. titulo.* ¶ Iudæi ſervus ad fidem converſus liber fit. *c.nulli Iudæo. eod. tit.* ¶ Iudæi ſolvant prædiorum decimas. *c.quanto amplius. de uſur.* ¶ Iudæi compelli poſſunt ad immodicas uſuras reſtituendas. *c.poſt miſerabilem. & c. quanto amplius. eod. tit.* ¶ Iudæus converſus filium Iudæum petere poteſt. *c.ita quorundam. de Iud.* ¶ Iudæus converſus ad eccleſiaſticum beneficium promoveri poteſt. *c.eam te. de reſcript.*

**Iudex** *c.10.§.judex. de verb.ſign.* à judice factum quod ad officium ejus non pertinet, ratum non eſt. *c.ea quæ fiunt.26. de reg. juris, in 6.* ¶ Si Iudex litem ſuam fecerit, & male judicaverit punitur. *c.de ſententia & re judicata. c.ult.* 11. *q.3. cap.temerarium. ſi quis dixerit. c.ult. §.fin.*

§. fin. cum c. ſeq. ¶ Iudicis poteſtas non expirat, ſi per cavillationem cauſa ultra triennium prorogetur. c. venerabilis. de judic.

### *Judicis officium.*

¶ Iudex qualiter ſe habere debeat ad partes. cap. cum P. de Purg. ¶ Iudex ſolùm de re quam cognoſcit, Iudicare debet. cap. cum ſemper. de cauſ. propriet. & poſſ. ¶ Ex ſignis tamen evidentibus judicium ferre poteſt. capit. paſtoralis. eod. titulo. ¶ Iudex ſine ſuo conjudice procedere non debet. capit. ſciſcitatus. de reſcript. ¶ Iudicis eccleſiaſtici eſt viduas defendere. cap. ex parte. de for. compet. ¶ Iudicis officium eſt, reo libellum dubium interpretari. capit. ſignificantibus. de libel. oblat. ¶ Iudex in tenebris judicare non debet. capit. conſuluit. de offic. deleg. ¶ Iudex interlocutoriam mutare poteſt. c. cum ceſſante. de appell. ¶ Iudex ſuſpectus vel inimicus eſſe non debet. capit. ſecundò requiris. eod. tit. ¶ Iudex debet per ſeipſum cognoſcere. capit. ſuper quaſtionum. de offic. judic. deleg. ¶ Iudex poteſt & debet ſupplere partibus ea quæ juris ſunt. capit. bonæ memoriæ. de poſtulat. prælat. ¶ Iudicis arbitrio relinquitur numerus teſtium. cap. cùm cauſam. de teſtibus. tempus comparendi. capit. conſuluit. de offic. deleg. induciæ citatoriæ. cap. quoniam. ut lit. non conteſt. tempus & pœna pœnitentiæ. cap. ſignificavit. & c. quaſitum. de pœnit. & remiſſ. ¶ Iudex ad quem appellatum eſt, poteſt ſententiam priùs latam in quibusdam infirmare, & in quibusdam confirmare. capi. quod ad conſultationem. de ſentent. & re jud. ¶ Iudex quilibet debet habere tabellionem, vel duos viros idoneos. c. quoniam contra. de probat. ¶ Iudex debet operam dare, ut perſona in judicio agens vel defendens ſit legitima. cap. cauſam. de jud.

### *Judex eccleſiaſticus in quibus cauſis etiam ſecularis judicis officio fungi poſſit.*

¶ In cauſis peregrinorum & pauperum. cap. ex parte. 2. de for. competenti. ¶ Item ſi vacat imperium. cap. licet. eod. titul. ¶ Item ſi judex ſecularis negligenter juſtitiam adminiſtret. c. ex tenore. eod. tit. ¶ Item ſi ſit terra Eccleſiæ. cap. ſi duobus. de appell. ¶ Item ubi conſuetudo invaluit, ut eccleſia judicet de maleficiis. cap. cùm ſit generale. de for. compet. ¶ Item in denuntiatione criminis. cap. novit. de jud. ¶ Item ratione connexionis, ut de jure patronatus. c. quanto. de jud. & c. de prudentia. de donat. inter vir. & uxor. & c. per venerabilem. qui filii ſint legit. ubi ſimul etiam docetur, quando judex ad ſpiritualia & temporalia legitimat.

### *Judex ex quibus cauſis recuſari queat?*

¶ Iudex recuſari poteſt, ſi ſit adverſario familiaris. c. inſinuante. & c. ſuper quaſtionum. de offic. deleg. ¶ Item ſi ab eo appellatum ſit. cap. ad hæc ſi. de appellat. ¶ Item ſi ſit adverſarii conſanguineus vel commenſalis. cap. accedens. ut lite non conteſt. & c. cauſam. de offic. judic. deleg. ſine juſta cauſa Iudex recuſari non poteſt. cap. cum ſpeciali. de appellat.

*Iudicium*, c. 10. §. vocatur autem. & §. judicium in extravag. com. de judiciis. ¶ In judiciis non eſt acceptio perſonarum habenda. c. in judiciis. 12. de reg. juris, in 6. ¶ Iudicium eſt triplex. c. per venerabilem. qui fil. ſint legit. ¶ In judicio non debet diſtinctio perſonarum fieri. cap. novit. de jud. ¶ In judicio quæ perſonæ requirantur. c. forus. de verbor. ſignific. ¶ In judicio contraria aſſerenti non creditur. cap. dilectus. de temporib. ordinat. ¶ In judicio uno facta fidem faciunt in alio. c. cùm ad ſedem. de reſtitut. ſpoliat. ¶ In judicio non procedatur, niſi contra victum vel contumacem. c. inter quatuor. de majorit. & obed. ¶ Excommunicatus in judicio conveniri poteſt, & per alium reſpondere. capit. intelleximus. de re judic. ¶ Clerici in judicio ſeculari reſpondere non tenentur, non obſtante quavis conſuetudine. cap. cler. de judic.

¶ Iudicio ſeculari traditur clericus incorrigibilis degradatus. cap. non ab homine. eod. tit.

res *Iudicata* vim legis non habet: Niſi pontifex Maximus ſententiam tulit. capit. in cauſis. 19. de ſententia & re judic. verſ. cum in ſimilib. caſib.

**Juramentum** non eſt obligatorium, contra bonos mores præſtitum. c. non eſt. 58. de reg. juris, in 6.

**Jurgium.** capit. 10. §. jurgium. de verborum ſignific.

**Juris** civilis origo. diſtinct. 7. c. 1. cum duob. ſequentib. ¶ Iuris pontificii origo. diſt. 15. c. 1. cum ſeq. ¶ Ius dictum eſt, quia juſtum. c. jus generale. §. jus autem. diſt. 1. ¶ Ius quid, c. jus dictum. 12. de verb. ſignif. ¶ Differunt jus & lex, quemadmodum genus & ſpecies. Lex enim juris ſpecies dicitur, d. cap. jus generale. in princ. ¶ Ius dividitur in naturale, gentium & civile. diſtinction. 1. in princ. & capit. jus autem. diſtinct. 11. cap. catholica. ¶ dividitur in divinum & humanum. diſtinction. 1. cap. omnes leges. diſt. 8. cap. 1. ¶ dividitur in jus perſonarum, rerum & actionum. Ad jus perſonarum pertinet jus maris & fœminæ. Mas autem dicitur ad imaginem Dei creatus, fœmina non item. Ideoque hæc velare caput jubetur. 33. q. 5. c. hæc imago. c. mulier. ¶ Ius aliud Publicum, aliud privatum dicitur. diſtinct. 1. c. penult. Eadem legum diviſio, ſed alia ſententia, habetur 19. q. 2. c. duæ ſunt. ¶ Ius dividitur in ſcriptum & non ſcriptum, ſeu leges & mores. diſt. 1. c. jus generale.

*Iuris* naturalis definitio. diſt. 1. c. 1. §. jus naturale. diſt. 6. c. non eſt peccatum. §. his itaque reſpondetur. d. diſt. 1. c. jus naturale. ¶ ſpecies juris naturalis eſt rerum communio. diſt. 8. in prin. cum c. 1. ſequente. & ibidem de differentia juris naturalis & civilis. Sed & alia differentia eſt, quòd naturale jus vetuſtius ſit. diſtinction. 5. in §. naturale. item, quòd naturale ſit dignius. d. §. naturale. & d. c. 1. §. fin.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ius* gentium. *diſtinct.*1. *c.jus gentium.* item hujus ſpecies eſt jus militare. *de quo diſtinct.*1. *c. jus militare.*

*Iuris* civilis definitio. *diſtinct.* 1. *c.jus civile.* ¶ Species juris civilis eſt, rerum proprietas, ſeu diſtinctio dominiorum. *diſtinct.*8. *in prin. cum c., ſequente.* ¶ Differentia juris civilis & naturalis eſt, quòd civile jus ſit poſterius. *c.ult.* §. *naturale ergo. diſtinct.*6.

*Ius* civile ex unaquaque civitate appellatur proprium Quiritum. *diſtinct.*1.*c.ult.* ¶ Diviſio juris civilis in ſcriptum & non ſcriptum. *diſtinct.* 1. *c.jus generale. in fin.diſtinct.*11. *c.eccleſiaſticarum.* ¶ Species juris ſcripti enumerantur *diſt.*2. *c.*1. ¶ Definitio juris non ſcripti habetur *diſt.*1. *capit.mos eſt. c.conſuetudo. in prin.* §. *vocatur autem.*

*Iuris* legùmque ratio & uſus eſt coercitio humanæ audaciæ & nocendi facultatis. *diſt.*4. *c.*1. *cum ſeq.* 23. *q.*5. *c.non fruſtrè.*

*Iure* diſceptare. *c.forum.* 10. §. *jure autem. de verb.ſignific.*

*Iuri* ſuo quilibet renuntiare poteſt. *c.ſi diligenti. de for. compet.*

*Ius* commune ubi non invenitur expreſſum, proceditur ad æquitatem. *c.ex parte. de tranſact.*

*Iure* quod quis in alterum ſtatuit, ipſe uti debet. *c. cùm omnes. de conſtit.*

## Jusjurandum

Jusjurandum ſi eſt illicitum vel per metum extortum, ad id relaxandum actio competit. *exemplo c.*1. *pervenit.*2. *c.ſi verò aliquis.*8. *c.verum.*15. *in prin. cap. ſicut.*29. *in prin. verſ.eum à præſtito. de jurejurando.* Niſi jusjurandum ſervari poſſit ſine interitu ſalutis æternæ. *d. c.*8. §. *duximus tibi.* ¶ De modo relaxandi jurisjurandi. *c.verùm in ea.* 15. §. *cæterùm.de jurejurando.* ¶ Iuramento mulieris allegantis quendam cum ipſa matrimonium contraxiſſe, non creditur, niſi per teſtes probetur. *capit.mulieri. de jurejurando.* ¶ Iuramentum debet habere tres comites. *c.etſi Chriſtus.de jurejurando.* ¶ Iusjurandum ſervandum eſt, niſi vergat in æternæ ſalutis diſpendium, vel per ſuperiorem relaxetur. *capit.ſi verò. & capit.veniens. eodem titulo.* ¶ Iuramentum contra poſſeſſionem emiſſum non tenet. *capit.ex literis. de jurejurando.* ¶ Iuramentum illicitum non obligat, & tales abſolvendi ſunt cum pœnitentia. *c. cùm quidam. eodem titul.* ¶ Iuramentum aliquando recipit interpretationem. *cap.brevi. eod. titul.* ¶ Iuramento ſubintelligitur ſemper hæc tacita conditio, quòd obſervabitur, ſi ſit obſervandum. *c.quemadmodum. eod. tit.* ¶ Iuramentum epiſcoporum in conſecratione eorum. *c.ego N. eod. tit.* ¶ Iuramentum contra jus canonicum vel eccleſiam factum non tenet, ſed potius eſt perjurium. *c.ſi diligenti. de for.comp.& c. ſicut. de jurejur.* ¶ In juramento illicito conſulendus eſt ſuperior. *c.venerabilem. de elect.* ¶ Iurans mihi fidelitatem, & per conſequens meis fidejuſſoribus, non tenetur iterum jurare. *capit. veritatis. de jurejuran.* ¶ Iurans de contrahendo matrimonio tutius implet, quàm aliud jurat. *cap.commiſſum. de ſponſal.* ad illud implendum compellendus non eſt. *c.requiſivit. eod. tit.* ¶ Iuramentum non exigat epiſcopus à clericis ſuis, niſi cùm committit eis beneficium eccleſiaſticum. *c.nullus epiſcop. de jurejurando.* ¶ Iurans de uſura ſolvenda ad ejus præſtationem tenetur, ſed reſtituenda eſt. *c.debitores. eodem titulo.* ¶ Vbi perjurium timetur, ad juramentum nemo cogi debet. *c.2. de cohabit. cleric. & mulier.* ¶ Iurare poſſunt monachi in cauſis monaſterii ſui. *capit. etſi Chriſtus. de jurejurando.* ¶ Iuramenta teſtium poſſunt omitti partibus conſentientibus. *cap. tuis quæſtionibus. de teſtib.* ¶ Iuramentum ad caſum inopinatum extendi non debet. *cap. tua nos. de eccleſ. ædif.* ¶ Iurans contra me non acturum, poteſt nihilominus pro eccleſia contra me agere. *cap.petitio. de jurejur.* ¶ Iurans ſe edita ſtatuta ſervaturum, ad futura non obligatur. *cap.pen. eod. titul.* ¶ Iuramentum non exigitur, niſi cùm aliæ probationes deſunt. *cap.ſicut conſuetudo. de probat.* ¶ Iuramento non obligantur minorennes. *cap. in præſentia. eod. tit.* ¶ In juramento intelligitur ſemper jus ſuperioris exceptum. *c.venientes. de jurejur.* ¶ Iuramentum qualiter deferatur [illegible] actori. *c.fin. eod. tit.* ¶ Iuramentum non dicitur violatum, cùm in melius mutatur. *cap.pervenit.* 2. *eod. tit.* ¶ Iuramenta clerici laicis præſtare non debent, niſi temporale quid ab eis teneant. *c.nimis. de jurejur.*

## Juſtitia.

Juſtitia. *c.forum.* 10. §. *vocatur autem. de verb.ſignific.*24.*q.*1.*c.ubi ſana.*

## Juxta

Juxta *c.Abbate.*25. *de verb.ſignif.*

# L

## Lædere

Lædere alium non licet. delictum perſonæ non debet in detrimentum eccleſiæ redundare. *c.delictum.* 76. *de reg.juris. in* 6. Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum. *c.mutare.* 33. *de reg.juris. in* 6.

## Laici

Laici unde dicti, 12. *quæſt.*1. *c.duo ſunt.* §. *aliud verò.* ¶ Laici non debent aſſumi loco canonicorum, nec de rebus eccleſiæ diſponere. *capit.quamvis. de decim.* ¶ Aliquando tamen laici in clericos poteſtatem habere poſſunt, ſed id tantùm actoritate eccleſiæ. *capit. ad falſariorum. de falſ. & capit. cùm non ab homine. de judic.* ¶ Laicus jurisdictioni alienæ ſe ſubmittere poteſt, clericus non item. *capit.ſignificaſti. de for. competen.* ¶ Laici de jure patronatus cognoſcere non poſſunt. *capit.quanto. de judic.* ¶ Laicus poteſt epiſcopum vel clericum denuntiare vel accuſare. *ca.cum juventute. de præſumpt.* ¶ Laici nil eccleſiaſticis dare poſſunt ſine conſenſu epiſcopi. *capit.quod autem. de jure patron.* Recipientes enim crimen ſacrilegii incurrunt. *cap.cauſa. de verb. ſign.* ¶ Laicorum ſtatuta contra libertatem eccleſiæ ſine conſenſu eccleſiæ nō valent. *c.quæ in eccleſiarum. de conſtit.* ¶ Laici quibus caſibus reſpondere teneantur coram judicio eccleſiaſtico, *vide in c.novimus. de verb ſignif.* ¶ Laicus contra clericum ferre teſtimonium non debet, accuſare tamen poteſt. *c.de cætero. de teſt.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Lectio** librorum ſacrorum & uſus. diſtin.38. c.ſicut.c.juxta.c.qui ea.

Lectores. diſt.21.c.cleros.§.lectores. & de officio lectorum. diſt.21.c.1.§.lectores. diſt.25.c.1.§.ad lectorem. ¶ De modo ordinandi lectorem. diſt.23. c.lector.

Lector debet eſſe vigintiquinque annorum. 20. q.1.c.placuit. in fin. ¶ Lector Orario uti non debet. diſt.23.c. non oportet.

**Legatus** ad plures provincias, in una degens, poteſt & de aliis judicare. capit.noVit. de offic.leg. ¶ Legatus non à latere Papæ, abſolvere non poteſt excommunicatos in ſua vel alia provincia, niſi de licentia ſpeciali ſibi à Papa collata. capit. excommunicatis.eod. tit. ¶ Legati conſtitutio in ſua provincia perpetuò durat. cap.nemini dubium. eod. titul. ¶ Poſt legati receſſum non durat commiſſio cauſarum, niſi citatio facta ſit eo in provincia exiſtente. ibidem. ¶ Legatus poteſt conferre eccleſias vacantes. cap. dilectus filius. eod. tit. ¶ Legatus mandatum Papæ interpretari poteſt. capit.1.de poſtul.prælat. ¶ Legato ſpeciali præſente, legatus generalis ceſſat. c.Volentes. de offic.legat. ¶ Legatus diſpenſare poteſt in cauſa matrimoniali. capit. quod dilectio. de conſanguinit. & affinit. ¶ Legatus eccleſias & præbendas dare poteſt invito patrono. capit.dilectus filius. de offic.legat. ¶ Legatus poteſt cognoſcere de cauſis ſuffraganei per ſimplicem querelam. capit.1. eodem titulo. ¶ Legatus generalis non poteſt ſententiam ſecundùm formam mandati à judice delegato latam revocare. capit.ſtuduiſti. eodem titulo. ¶ Legatus non debet ſe intromittere de cauſa ad Papam transmiſſa. c.licet. eod.tit. ¶ Legato Papæ tenentur omnes ſubvenire, nec valet contra hoc præſcriptio, niſi habeant privilegium ſpeciale. cap.accedentes. de præſcript.

**Legis** definitio. diſtin.2.cap.lex eſt. inſtit. de jure naturali.§.ſcriptum.Verſ.lex eſt. diſtin.1.c.lex eſt. Species aliquot legum enumerantur diſt.2.c.quædam.cum duobus ſequentibus.

cùm Lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat. 1.q.7.cap.quoties à populis.c.exigunt.c. denatum.§.fin.

de Legiſlatione. Translato ſacerdotio, legis quoque ferendæ poteſtas transfertur. cap.translato.3.de conſtitutionib. ¶ Quæ in legibus ferendis attendenda, definitur diſt.4. c.factæ.§.præterea.cum c.ſequente.

de Legum inſtitutione ac confirmatione, diſſeritur diſt.4.c.in iſtis temporalib.§.leges.

Legis auxilium fruſtrà invocat, qui committit in eam. c. bonæ memoriæ. de elect. ¶ Leges civiles audientes prælati, & curam animarum habentes, vel ſacerdotes, excommunicantur. cap.1. ne cleric.Vel monach. ¶ Idem eſt de monachis phyſicam audientibus. ibidem. ¶ Legibus Imperatorum Galli non utuntur, nec Pariſiis jura leguntur, ut Theologiæ ſtudium amplietur. c.ſuper ſpecula. de priVileg.

**Legitimari** non poteſt per ſubſequens matrimonium, in adulterio natus. capit.lator præſentium. qui filii ſint legit. ¶ Illegitimi reputantur nati ex his qui in gradu prohibito & ignoranter clandeſtinè contrahunt. capit.cùm inhibitio. de clandeſtin. deſp. ¶ Plura de legitimatione & legitimitate, vide infrà ead. in Liberi.

**Lepra** conjugatos non ſeparat. c.quoniam. de conjug. lepros. ¶ Lepra non obſtante, ſanus debitum naturale ſolvere tenetur. ibid. ¶ Leproſi ſeorſum habitare debent. cap.2. eod.tit. ¶ Lepra superveniente, ſponſalia contrahentes non coguntur matrimonium conſummare. c.literas. eod. tit. & c.quemadmodum.de jurejur. ¶ Leproſus matrimonium contrahere non prohibetur. c.quoniam nemini. de conjug. lepros. ¶ Leproſus miſſam non celebret. c.tua nos. de cleric. ægrot. ¶ Leproſo clerico dandus eſt coadiutor. c.tua nos. eod.tit.

**Levitæ.** diſtinct.21.c.cleros.§.leVita.

**Libellus** in cauſis omnibus offerri debet. c.1.de libell. oblat. ¶ Libellus ad reſpondendum canonicè conficitur. ibidem. ¶ In libello conventionali cauſa exprimi debet. capit.dilecti filii. eod. tit. ¶ In libello actor ſpecificare debet quid petit. c.ſignificantib. eodem titulo. ¶ Libello inepto oblato, reus ab inſtantia judicii abſolvitur, ſed non à cauſa. c.examinata. de judic.

de **Liberalitate,** quis ejus ſit modus, definitur diſt.86. c.donare.cum duob.ſequentib. c.non ſatis.cum ſequentibus, uſque ad c. qui dementiam.

**Liberi** unde dicantur, 32.q.4. c.liberi. in pr. ¶ Liberi parentibus reverentiam & obſequium debent. 33. q.3.c. eſt ordo. etiam in divinis. diſtin.30.c.1. ¶ Si aliter conjunx ad fidem Chriſtianam redeat, altero in hæreſi manente: apud converſum filii alendi & educandi ſunt. cap. 2.de converſione infidelium.

Liberi naturales dicuntur, qui non ex juſtis nuptiis ſunt procreati. 32. q.4.ca.ultim.§.naturales. Niſi publicè in facie eccleſiæ ſine contradictione matrimonium ſit contractum. capit.cùm inter.2. c.perVenit.11.& c.ex terrore.14. qui filii ſint legitimi. ſi tamen uterque parens vitium matrimonii ſciverit, ſunt tantùm naturales. capit.ult.§.ſi quis Verò. de clandeſtina deſponſat. deinde legitimi ſunt, ſi parentes infideles, qui injuſtas nuptias contraxerunt, poſtea ad fidem ſint converſi. cap. ultim. qui filii ſint legitimi. ¶ Naturales liberi matris, non patris conditionem ſequuntur. 32.q.4.capit.ultim. ¶ Naturalis filius per ſubſequens Matrimonium legitimatur. cap.1. qui filii ſint legitimi. Niſi filius ſit adulterinus. capit. tanta eſt.6. eod.tit. ¶ Naturalis legitimatur per Reſcriptum Papæ. c.per Venerabilem.13. qui filii ſint legitimi. Niſi filius ſit adulterinus. d.ca. 13.§.fin. ¶ Naturales æquè ac legitimi honeſti eſſe poſſunt. 32.quæſt.4.cap.ſicut ſatius.§.undecunque. ¶ Actio qua quæritur utrum quis legitimè natus ſit, apud eccleſiaſticum judicem competit, non civilem, quamvis incidenter proponatur. cap.la-

*tor.5.& c.cauſam.7.qui filii ſint legitimi.* ¶ De
Probatione, ſi quæratur utrum naturalis, an legiti-
mus ſit filius. *c.per tuas.12.d.tit.*

**Libertas** monaſterii præſcribi poteſt. *c. ex ore ſedentis. de privileg.* ¶ Li-
bertate fruens per decennium, liber judicandus
eſt. *c.licet.de conjug.ſervor.* ¶ Libera ſi ſcienter
cum ſervo contrahat valet matrimonium. *capit.
illud. de præſcript.* ¶ Ex liberta natus vel libera
in ſervitutem redigi non poteſt. *capit.1. de nat.
ex lib. ventr.* ¶ Libertus poteſt per ingratitudi-
nem in ſervitutem redigi. *capit. de famulis. de
ſerv.non ordi.* ¶ In favorem libertatis eſt ſenten-
tia ferenda. *capit.licet.de conjug.ſervor.& c. ul-
timo, de ſent.& re judic.* ¶ Filius, quoad liber-
tatem, matris ſequitur conditionem. *cap. ult.de
ſerv. non ord.*

qui **Libri** ſint legendi, vel non. *diſt.15.c.ſan-
cta.§.jam nunc ſubjiciendum. uſq; ad §.cæterùm.* & quo tempore ſinguli libri legen-
di. *d. cæterùm.uſque ad fin.* ¶ Veterum libro-
rum fides ex Hebræis, novorum ex Græcis volumi-
nibus petenda. *diſt.9.c.ut veterum.* ¶ Si quid pa-
rum rationabile in libris canonicis invenitur, quid
de eo cenſendum ſit. *d.diſtin.9.c.ego ſolis & c.ſi
ad ſcripturas.*

**Lis** unde dicta, *c.forum.10.§.lis. de verb.ſigni-
fic.* ¶ Lis mota. *c.ex parte.30. eod. tit.*

*Litis* conteſtatio fit non per poſitiones, & ad eas
reſponſiones, ſed per petitionem in jure propoſi-
tam, & reſponſionem ſecutam. *capit. unico, de li-
tis conteſtatione.cap. dudum.54.§.licet autem.de
electione.* Quod autem dicitur, per reſponſionem
ſecutam fieri litis conteſtationem, id intelligen-
dum de reſponſione, quæ in negando, non in di-
ſtinguendo conſiſtit. Nam per exceptionem,
quamvis peremptoriam, quę in diſtinguendo con-
ſiſtit, non fit litis conteſtatio. *capit. ſi oblato.2. de
litis conteſtatione, in 6.* ¶ Omiſſa litis conte-
ſtatione, proceſſus eſt nullus. *d.c. unico. verſ. quia
litis conteſtationem non invenimus eſſe factam,
& c. d. §. licet autem.* fallit ſi non jure actionis,
ſed officio judicis procedatur. *capit. judicis.2. de
officio judicis.* ¶ Viginti dierum dilationem ha-
bet reus ad litem conteſtandam.3. *quæſt.3.c.ult.§.
offeratur.*

res *Litigioſa* prohibetur alienari. *c.eccleſia.3.ut
lite pendente nihil innovetur.11.q.1.cap.ult.* Ni-
ſi res æquivalens in locum rei alienatæ ſubſtitua-
tur. *d.cap.3.& c.4.eod.tit.* ¶ De re litigioſa ſe-
queſtranda. Sequeſtratio regulariter prohibita
eſt. Niſi poſſeſſor vel in poſſeſſionem miſſus res
vel ejus fructus diſſipet atque conſumat. *cap.dile-
ctus.2.& c.ult.de ſequeſtrat.poſſeſſ.* vel, niſi ſen-
tentia contra poſſeſſorem lata, executio per appel-
lationem fuerit ſuſpenſa. *d. c.ult. item 2. quæſt.6.
c.quoties poſt. item Clement. unica, de ſequeſtra-
tione.* cujus exceptionis replicatio eſt: Niſi trien-
nio pacificè à reo res ſit poſſeſſa. *d.Clement. uni-
ca, verſ.dum tamen triennio.*

**Literæ** non valent, quæ per ſubreptionem
& contra veritatem impetrantur. *cap.
cùm dilecta.de reſcript.ca. ſuper eo. de teſt. & c.
accedens.ut lit. non conteſt.* ¶ Literas falſificans
eſt ab officio ſuſpendendus, & à beneficio. *capit.
tam literis. de teſt.* ¶ Literis ſuper facto quo-
dam impetratis debet facti ſeries narrari. *capit.ſu-
per eo. de cohabit. cleric.* ¶ In literis Datum
attendendum eſt. *capit. eam te.de reſcript.* ¶ Li-
teræ poſteriores an priores revocent, *vide in eq.
audita. de reſtitut.ſpoliat. & c. ex parte.de re-
ſcript.* ¶ Literæ ſecundæ non tenent, niſi fece-
rint mentionem de primis, cùm utræque ſint ſpe-
ciales. *cap. ex parte.de offic.delegat.* ¶ Literæ
prioribus generalibus derogant poſteriores. *cap.
paſtorales. & ca. ſi autem. de reſcript.* ¶ Iuxta
literarum formam judex procedere tenetur, niſi
ſint contra jus. *c. cauſam. de ſentent.& re judic.*
¶ Literæ commiſſorię extenduntur tantùm ad ea
quæ ibi continentur. *capit. cùm olim. de offic. de-
leg.* ¶ Literarum impetratarum juriſdictio, ſi in-
tra annum negligatur, vel ex malitia ſupprima-
tur, expirat. *capit. plerunque. de reſcript.* ¶ Li-
terarum Papalium falſitas quomodo cognoſca-
tur, & quomodo examinetur. *capit. licet. de cri-
mine falſ.* ¶ Literis Papalibus abutentium pœ-
næ. *cap. nonnulli. de reſcript.* ¶ Literis contra
aliquem impetratis, ipſo defuncto ante citatio-
nem emiſſam, non poteſt ejus hæres conveniri. *c.
ſignificavit. eod. tit.* ¶ Literæ à laico impetra-
tæ contra clericum, mentione non facta quod ſit
clericus, non valent. *capit. ex parte. de teſtib.*

**Locator** conductorem prohibere non po-
teſt, quo minus re conducta frua-
tur. Quòd ſi fecerit, ex conducto tenetur: quod
fallit ſi res locata uſibus domini neceſſaria ſit. *cap.
propter.3.§.verùm. de locato & conducto.* item ſi
dominus ædes locatas reficere velit. *d. §. verum.*
item ſi conductor malè in re conducta ſit verſatus.
*d.§. verùm.verſ. qui etiam inde.* denique ſi con-
ductor non ſolverit penſionem. *dict. §. verum.
verſ. vel cùm canonem.* ¶ Locari poſſunt deci-
mæ, & qua forma, *capit. veſtra nobis. de locat.*
¶ De locatione domorum in univerſitate, *cap.1.
de locat. & conduct.* ¶ Per locationem ſolam
non rei probatur proprietas. *capit. inter dilectos.
de fid. inſtrum.* ¶ In locatione debent compu-
tari expenſæ locantis, & qualiter. *cap. propter ſte-
rilitatem. de locat. & conduct.* ¶ Locari non
debent officia ſeu dignitates ſub annuo cenſu. *ca-
pit. quoniam in quibuſdam. ne prælat. vices
ſuas.*

**Locupletari** non debet aliquis cum al-
terius injuria vel jactura. *c.
locupletari.48.de reg. juris, in 6.*

de **Lucifero.** *de pœnitent.diſt.2.c.penult.
§. hinc etiam diabolus. c.ul-
tim.in prin. uſque ad §.charitas.*

de **Luſu** prohibito. *diſt.35.c.1.in fin.* De luſo-
riis non naturalibus puniendis. *capit.
cler.4. de exceſſib.prælator.*

M.

**Magia.** *26.q.5.cap.non oportet.c.epiſcopi in
prin.capi.nec mirum.§. magi ſunt.
& 26.q.3.c.1.§. primùm autem.*

Magiſter

**Magiſter** in Theologia debet in qualibet cathedrali eccleſia ad legendum inſtitui. *capit. ſuper ſpecula. de magiſtr.* ¶ Magiſtri & ſtudioſi Theologiæ quinque annis fructus beneficiorum ſuorum recipiant. *ibid.* ¶ Magiſterium non eſt vendendum, & vendentium pœna. *c.1. de magiſt.*

**Magiſtratus** ratio habetur. 23. *q.5. cap. non fruſtrà. c. principes. c. res autem. c. adminiſtratores. in prin.* & de hæreticis, eorumque fautoribus, receptoribus, liberis, &c. cavetur *capit. quicunque. 2. §. hæretici. & c. ſtatutum. 15. de hæreticis, in 6.*

### *Qui & quales ordinandi.*

¶ De infamibus non ordinandis. *cap. penult. de reg. juris, in 6.* ¶ De judæis non ordinandis. 17. *q.4. cap. nemini. in fin. cum cap. ſeq.* ¶ Ne alicui patriæ ſuæ adminiſtratio committatur. 17. *q.4. ſi quis ſuadente. §. committunt. in fin.* ¶ De Potentibus externis, horúmve cognatis in magiſtratum urbis Romæ non eligendis. *ca. fundamenta. 17. de electione, in 6.*

### *Quemadmodum Magiſtratus ordinandus.*

¶ De jurejurando ab ordinato præſtando. 1. *q.7. cap. ſancimus.* Aliud juramentum de hæreſi cavenda præſcribitur *c. ut officium. 11. §. ſtatuimus. de hæreticis, in 6.* ¶ Ne per ſeditionem aut Ambitum magiſtratus ordinetur. 1. *quæſt. 1. c. principatus.*

*Magiſtratus* ſuperioris exemplum inferiores ſequuntur. *capit. magnæ. 7. §. præterea. de voto.* ¶ Integritas præſidentium, ſalus eſt ſubditorum. *diſtin. 61. c. miramur. §. integritas.* ¶ Totus familiæ ſtatus, & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite. *d. cap. miramur. §. nam totus.*

### *Officium Magiſtratus.*

¶ De coercendis delictis. 23. *q.5. c. inceſtuoſi. c. regum. c. non ſolùm. c. non eſt. c. qui malos. cap. ſunt quædam. c. res debet.* ¶ De eccleſia per magiſtratum defendenda, cavetur 23. *q.5. c. dicat. §. fin. cum c. ſeq. & c. res autem.* ¶ De malis ad bonum cogendis. 23. *q.6. per totum:* in cujus fine ponitur objectio, nimirum *c. ultim. §. ſed obiicitur.* item ſolutio, ibid. *§. his ita.* ¶ Minor magiſtratus majori cedere debet. *cap. quæ contra. §. fin. diſt. 8. c. volentes. 8. de officio delegati.* 11. *q.3. cap. qui reſiſtit.* ¶ De Reverentia & obſequio magiſtratui præſtando. 23. *q.5. c. ſi apud. c. dicat.* quod verum eſt, ſi non injuſtum quid jubeat magiſtratus, vel contrarium ei quod alius magiſtratus ſuperior juſſerat: tunc enim impunè ei obſequium non præſtatur. 11. *quæſt. 3. cap. qui reſiſtit. cum cap. ſeq. item 2. quæſt. 7. c. admonendi.* item ſi magiſtratus excommunicandi poteſtatem non habeat, non debetur ei obſequium. Quæ tamen exceptio reprobatur exemplo. *capit. dilecta. 2. de major. & obed.* ¶ Non refertur ad univerſos quod publicè fit per majorem partem. 1. *quæſt. 7. c. quoties à populis.*

**Majora** intelliguntur prohibita, cui minora non ſunt promiſſa. *cap. cùm illorum. de ſent. excommunic.* ¶ Quod in majori conceditur, licitum videtur in minori. *c. per venerabilem. qui fil. ſint legit.* ¶ Major natu ſuccedere debet in Regno. *cap. licet univerſis. de vot. & vot. redemt.* ¶ Major eſt poteſtas ſpiritualis, quàm temporalis vel ſecularis. *capit. ſolicitæ. de major. & obed.* ¶ Major natu debet dividere, & minor eligere. *cap. 1. de paroch.* ¶ Majores natu debent eccleſiis præfici. *cap. quoniam. de jure patron.*

**Maledictio** injuſta præmium eſt. 11. *q.3. c. qui juſtus. in prin.*

**Malitia** ſupplet ætatem. *cap. de illis. de deſponſ. impub.* ¶ De malitia ſua nemo commodum reportare debet. *c. intelleximus. de jud. & c. contingit. de dol. & contum.*

**Maleficiatus** creditur poteſtatem habens alias cognoſcendi, non verò ſuam, licet per octennium cohabitaverint. *cap. ult. de frigid. & malefic.* ¶ Maleficiatus per triennium uxori cohabitare tenetur, antequam ſeparentur ab invicem. *ibidem.* ¶ Maleficiatus ſeparatus aliam cognoſcens, ad primam redire cogitur. *capit. fraternitatis. ibidem.* ¶ In maleficiis ratihabitio mandato æquiparatur. *cap. ſicut tuis. de ſimon. & capit. ſicut dignum. de homicid.*

**Malum** minimum ex duobus malis eligendum. 22. *q.4. c. non ſolùm.*

ſi *Malè* quæſitis benè utatur, per hoc non juſtificatur. 14. *q.5. c. neque enim. c. denique.*

de *Malis*, quæ ſint. 15. *q.1. c. illa cavenda. §. fin.*

ex **Mandato** mandati actio naſcitur: Niſi conſilium fuerit non fraudulentum. *c. nullus. 62. de regul. juris, in 6.* ¶ Mandatum revocari poteſt, ſi fides procuratoris ſit ſuſpecta. *cap. 1. de procurator.* ¶ Mandatum ſpeciale derogat generali. *capit. ſtuduiſti. de offic. legati.* ¶ Mandatum an morte mandatoris expiret, *vide in c. relatum. de offic. deleg.* ¶ Mandatum revocari poteſt re integra exiſtente, aliàs non. *c. cùm dilectus filius. de elect.*

**Manichæi** conjugium deteſtabantur. *diſt. 30. in prin. verſ. cauſa fuit.*

**Manifeſtum.** *cap. conſtitutionem. 2. in prin. de verb. ſignif. in 6.* ¶ Manifeſta peccata publicè & non privatim corrigenda & punienda ſunt. *c. 1. de pœnitent. & remiſſ.* ¶ Manifeſta offenſa quæ dicatur, *ca. cùm olim. de verbor. ſign.*

**Manumiſſo** poteſt dominus operas ſpirituales imponere. *c. eo libentiùs. de ſerv. non ordin.*

de **Maria** ſancta, quod in peccato mortali non ſit concepta, & de feſto conceptionis, habetur *c. gravem. 2. de reliquiis ſanctorum, in extravag. com.*

**Marito** in ſervitutem redacto, nihilominus uxor manet libera. 29. *q.2. c. cu-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*jus rei. §. fin. cum c. ſeq.* ¶ Maritus religionem intrans conſentiente uxore, reſtituatur uxori, ſi continere nolit, præſertim ſi ſine conſenſu epiſcopi religionem intravit. *c. 1. & c. ex parte. de converſ. conjug.*

de **Martyrio.** *de pœnitent. diſt. 1. c. poteſt fieri, in prin.*

**Mater** infantem ipſa nutrire, non alii nutriendum tradere debet. *di. 5. c. ad ejus. §. prava autem.*

**Mathematicus.** *26. quæſt. 2. capit. 1. §. ſic & aſtronomia. §. genethliaci.*

*Matrix* eccleſia, *c. venerabili. 22. de verb. ſignif.*

**Matrimonium** quid, *vide in c. illud. de præſumt.* ¶ Matrimonium dictum, quòd in liberis procreandis & educandis potiores partes ſint matris, quàm patris. *cap. 2. §. ad quod illa. de converſione infidelium.* ¶ Prima diviſio eſt, quòd aliud ſit initiatum, aliud ratum. 27. *qu. 2. cap. ſtatutum. §. fin.* ¶ Secunda diviſio eſt, quòd aliud ſit Legitimum & non ratum, aliud ratum & non legitimum: aliud denique legitimum & ratum. 28. *quæſt. 1. cap. ult. §. conjugium.*

*Matrimonii* finis eſt, procreatio liberorum, & per eam propagatio generis humani. 31. *quæſt. 1. c. Deus. 32. q. 2. in prin.* ¶ Matrimonium bonus eſt uſus concupiſcentiæ. 32. *quæſt. 1. capit. non enim.* ¶ Comparatio conjugii cum virginitate habetur. 32. *quæſt. 1. c. nuptiæ, in prin.* ¶ De conjugio non contemnendo. *diſt. 30. c. ſi quis propter. ca. ſi quis vel. c. ſi quis nuptias. item diſt. 31. c. ſi quis vituperat. ca. quicunque virginitatem.* ¶ Matrimonium ſolo conſenſu contrahitur. *c. cùm locum. de ſponſ.* ¶ In matrimonio verba requiruntur conſenſum manifeſtè exprimentia. *cap. tuæ fraternitati. eod. tit.* ¶ In matrimonio ætas & conſenſus requiritur, ſine quibus nihil agitur. *capit. ex literis. de deſponſ. impu.* ¶ Matrimonium præſumitur, ubi poſt fidem datam ſequitur carnalis copula. *cap. veniens. de ſponſ.* ¶ In matrimonio malitia ætatem ſupplet. *capit. de illis. de deſponſ. impub.* ¶ Clandeſtino matrimonio conſentiens ſacerdos eſt ſuſpendendus. *cap. cùm inhibitio. de cland. deſponſ.* ¶ Matrimonio inhabilis, uxorem tanquam ſororem habere poteſt. *capit. conſultationi. de frigid. & malefic.* ¶ In matrimonii cauſa, lata ſententia, errore probato, revocari poteſt. *ca. fraternitatis de frigid. & malefic.* ¶ Quæ in matrimonium ab initio coacta conſenſit, ſi per annum & diem cum marito cohabitet, conſenſiſſe ſpontè videtur, nec teſtes in contrarium recipiuntur. *capitul. ad id quod. de ſponſal.* ¶ Clandeſtinum matrimonium in publico ratificandum eſt. *cap. quod nobis. de clandeſtin. deſponſ.* ¶ Matrimonium cum arcta contractum, propter ſola conjugum verba dirimi non debet, niſi aliæ adſint probationes. *capitul. fraternitatis. de frigid. & malefic.* ¶ Matrimonium coactum copula ſequente confirmatur. *capitul. ſignificavit. de eo qui dux. in matrimon.* ¶ Matrimonium beguinarum tenet, nec officit, ſi habitum recipiunt de manu ſacerdotis. *cap. conſuluit. qui cler. vel vov.* ¶ Matrimonium contractum non impedit velum viduitatis, niſi certam religionem aſſumat. *capit. ex parte. de converſ. conjug.* ¶ In matrimonio non currit præſcriptio. *capitul. in præſentia. de ſponſ.* ¶ Matrimonium confirmatur carnali copula. *c. à nobis. de deſponſ. impub.*

### *Matrimonium qui contrahere poſſint, & cum quibus.*

¶ Matrimonium contrahere non poſſunt, qui conſentire non poſſunt, ut pueri. *cap. acceſſit. de deſponſ. impub.* ¶ Matrimonium contrahere poſſunt ſurdus & mutus per ſigna. *cap. cùm apud ſedem. de ſponſal.* ¶ Matrimonium contrahere non poſſunt profeſſi in religione. *cap. meminimus. qui cler. vel vov.* ¶ Matrimonium liberi cum ancilla non valet, niſi eam talem eſſe prius ſciverit, vel poſtquam reſcivit eam cognovit. *cap. propoſuit. de conjug. ſervor.* ¶ Matrimonium contrahere non poteſt furioſus. *capit. dilectus. de ſponſ.* ¶ Matrimonium cum inhabili valet, ſi contrahentes voluerint. *cap. conſultationi. de frigid. & malefic.* ¶ Matrimonium inter filium ſpiritualem baptizantis, & carnalem filiam baptizati non valet. *ca. ex literis. de cognat. ſpirit.* ¶ Matrimonium contractum cum ea quæ alteri per verba de præſenti deſponſata eſt, non valet. *capitul. accepiſti. de ſponſ. duor.* ¶ Matrimonium contractum cum ſorore ejus quam quis ante ſeptennium attentavit, non valet. *capit. juvenis. de ſponſal.*

### *Matrimonium quomodo dirimatur.*

¶ In matrimonio dirimendo aſpectus corporis præfertur juramento. *cap. propoſuiſti. de probat.* ¶ Matrimonio juncti non ſeparantur per ſolam & privatam confeſſionem viri & uxoris. *cap. latores præſentium. de ſentent. & re judicat.* ¶ Matrimonium illud dirimitur, in quo vir per ſeptennium uxori cohabitans eam cognoſcere non poteſt. *cap. literæ veſtræ. de frigid. & malefic.*

**Matrona** in habitu meretricali inventa injuriarum agere non poteſt. *cap. in audientia. de ſentent. excommun.*

**Medici** ante omnia infirmum ad confeſſionem inducere debent, nec quidquam illi ſuadere, quod ad periculum animarum tendat. *capit. cùm infirmitas. 13. de pœnitentia.* ¶ Si execrabili modo medeatur, vel ſanari cupiat. 26. *q. 2. cap. illud quod. c. qui ſine. quæſt. 7. c. admoneant. cap. non obſervetis. verſic. ſive quæ per quoſdam.* ¶ Medicus nihil omittens de contingentibus non eſt puniendus, etſi æger moriatur. *capit. ad aurea. de ætat. & qualit. præfic.* ¶ Medicus conſulat etiam ſaluti animæ ægrotantis, neque ratione medicinæ detrimentum inferat animæ. *c. cùm infirmitas. de pænit. & remiſſ.* ¶ Medicina aduſtionis vel inciſionis eſt clericis prohibenda. *c. ſententiam ſanguinis, ne cler. vel mon.*

de Me-

de **Mendicantibus.** *c. uni. de religioſis domibus, in 6. cap. unico, de exceſſ. prælator. in 6. Clement. 1. de regularibus. Clement. cupientes. 3. de pœnis. extravag. com. unica, de officio cuſtodis. extravag. com. Vices. 2. de treuga & pace. extravag. commun. 1. de regularibus.*

**Metropolitanus.** *diſtinct. 21. c. cleros. §. metropolitani. & §. patriarcha patrum, in fin.* ¶ Metropolitanus dignitatis ſibi traditæ antiquitus jus intemeratum obtineat. 25. *quæſt. 2. c. igitur. & cap. ſervatis.* ¶ Ne in una provincia Duo metropolitani conſtituantur. *diſtinct. 101. c. 1.* ¶ Metropolitanus provinciam ſuam viſitare poteſt. *cap. cùm ex officii. de præſcript.* ¶ Metropolitanus cum ſuis epiſcopis conſecrent epiſcopum. *capit. 1. de ſacr. unct.*

**Metus** cadens in virum conſtantem excuſat. *cap. ad audientiam. de iis quæ vi metus.* ¶ Metus ingreſſum religionis vitiat, niſi poſtmodum etiam conſentiat. *capit. 1. eodem tit.* ¶ Renunciatio metu laicorum facta non valet. *c. 2. eod. tit.* ¶ Metus & coactio conſenſum excludunt. *cap. cùm locum. de ſponſ.* ¶ Metus vitæ & bonorum ſervationem tantùm ſpectans, non abſolvit jurantem à juramenti præſtatione. *cap. ſi verò. §. verùm. de jurejur.*

de **Minoribus:** hi poſſunt ubique vel ſine licentia prælati prædicare. *c. omnis. 30. de privilegiis. Clement. dudum. 2. de ſepulturis. extrav. com. unica, de judiciis. extrav. com. ſuper cathedram. 2. de ſepulturis. extrav. com. 1. de privilegiis. c. quia ex eo. 3. de pactis, in 6. c. ex iis. 3. de verb. ſignif. in 6. Clement. 1. eod. tit. extrav. Ioan. XXII. 1. de verb. ſignif. extrav. Ioan. XXII. quia nonnunquam. 2. eod. tit. extrav. Ioan. XXII. ad conditorem. 3. & ult. eod. tit.*

**Minorennis** quomodo intelligatur quis eſſe. *c. in præſentia. de probat.* ¶ Minoris jure fungitur eccleſia in reſtitutionibus. *c. 1. & c. auditis. de reſtitut. in integr.*

**Miracula** ſunt per teſtes examinanda, & qualiter. *c. venerabili. de teſtib.* ¶ Miracula faciens non colatur tanquam ſanctus, niſi Romanæ eccleſiæ authoritate. *c. 1. de reliq. & venerat. ſanct.* ¶ Per miracula probet ſe quis à Deo miſſum. *capitul. cùm ex injuncto. de hæretic.*

de **Miſericordia.** *23. q. 4. c. eſt injuſta. c. ne amiſſo. ca. duo iſta. item diſt. 86. c. qui clementiam.*

de **Miſſæ** origine. *De conſecr. diſt. 1. c. Iacobus.* & de cauſa miſſæ & uſu, *habetur c. cum creatura. 11. de celebrat. miſſar.* ¶ Miſſa an ſit de ſubſtantia ordinum & eccleſiarum conſecrationum. *c. quod ſicut. de elect.* ¶ Miſſarum celebrationem impedit deformitas vel debilitas perſonæ celebrare volentis. *cap. presbyterum. de cler. ægrot.* ¶ Miſſas duas quando ſacerdos celebrare poſſit, & tunc poſt ſanguinem vinum non ſumat. *capit. conſuluiſti. & capit. ex parte veſtra. de celebrat. miſſ.* ¶ Miſſam nemo propter conſcientiam celebrare fingat, quia dupliciter peccat. *c. dolentes. eod. tit.*

**Moderatio.** *cap. tranſmiſſæ. 33. de verborum ſignific.*

**Monachus.** *16. quæſt. 1. c. 1. in prin. c. placuit. §. fin.* ¶ Monachus non fiat quis, niſi in legitima ætate. *capit. 1. de regul.* ¶ Monachus poteſt in epiſcopum elegi. *cap. cùm olim. de dol. & contum.* ¶ Monachus qualiter poſſit proprium poſſidere. *cap. 1. de ſtatu monach.* ¶ Monachus poteſt etiam in cauſa monaſterii teſtimonium perhibere. *cap. tertio loco. de probat.* ¶ Monachi irregulariter viventes ejiciantur, niſi ſe corrigant. *cap. relatum. ne cler. vel monach.* ¶ Monachi non regant eccleſias ad eos pleno jure non ſpectantes. *capit. 1. de capell. mon.* ¶ Monachus cum licentia abbatis & epiſcopi ſui prædicare poteſt. *capit. cùm ſit. de Iud. & Sarracen.* ¶ Monachum non facit habitus, ſed profeſſio. *c. porrectum. de reg.*

de **Monaſterio** fœminarum longius à virorum monaſterio ædificando. 18. *quæſt. 2. ca. monaſteria.* ¶ Puellarum monaſteria monachorum præſidio & miniſterio regantur. 18. *quæſt. 2. capit. in decima. pluralis. 40. de regul. juris, in 6.* ¶ Ne vir monaſterium monialium ingrediatur, *capit. monaſteria. 8. de vita & honeſtate clericor. capit. unico, in prin. verſi. nulliq; aliquatenus. de ſtatu regularium, in 6.* ¶ De Colloquio monialium cum monachis interdicendo. 18. *quæ. 2. cap. in decima. verſ. ſed neque abbatem. & d. q. 2. cap. diffinimus. §. fin.* ¶ Ne cum viris concumbant. 27. *qu. 1. ca. nec aliqua, cum c. ſequente.* ¶ Ne ſimul cum canonicis & monachis Conveniant in clero, 18. *q. 2. cap. perniciosam. §. ſimili modo.* ¶ Ne moniales monaſterium Egrediantur. *cap. unico, in prin. de ſtatu regular. in 6.* ¶ Niſi abbatiſſa præſtandi juramenti fidelitatis cauſa monaſterium egrediatur. *d. ca. unico. §. verum.* ¶ Ne ſanctimoniales propria receptacula habeant. 18. *quæſt. 2. pernicioſam, in prin.* ¶ de Veſtitu monialium, *diſtinct. 23. c. ſanctimonialis.* ¶ De conſecrandis & Velandis ſanctimonialibus. 20. *q. 1. c. de votis, cum ſequentibus, uſque ad cap. ult.* ¶ De Viſitandis monialibus & earum officio. *Clement. ult. de ſtatu monachorum.* ¶ denique regula eadem in monialibus, quæ in monachis, jura ſunt obſervanda. *c. ult. §. fin. de ſtatu monachor.* ¶ Monaſteriis pluribus unus abbas præeſſe non debet, nec unus monachus in duobus monaſteriis locum habere. *c. ult. de Xenodoch.*

**Monialem** percutiens incidit in canonem. *c. de monialib. de ſent. excommunic.* ¶ Monialis de inceſtu ſuſpecta ſe purgare tenetur. *cap. moniales. de purg.* ¶ Monialium monaſteria frequentantes clerici, admoniti deponantur, laici excommunicentur. *capit. monaſteria. de vit. & honeſt. cler.* ¶ Monialis divinum officium turbans, ſine excommunicatione ejici poteſt. *capit. veniens. de ſentent. excommunicat.* idem de clericis vel religioſis intelligendum. Monialis in quacunque cauſa cri-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

minali vel civili non eſt ad juramentum compellanda. *c.1. de juran. calumn.*

**Moneta** qualiter fit & innovatur. *c.quanto. de jurejur.*

in **Mora** non eſt, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri. *c. non eſt. 60. de regul. juris, in 6.*

ſi **Moriatur** quis in bello contra hæreticos ac infideles, juſtificatur. 23. *q.5. c.omnium. q.8. c.omni timore.*

**Mortuo** poteſt abſolutio excommunicationis impendi. *c.à nobis. de ſententent. excommun.*

**Mulcta** alicui indicta jure civili pertinet ad fiſcum. *l.5. Codic. de modo mulctarum.* Secus tamen obſervatur jure Pontificio.

**Mulier.** 32. *quæſtion.2. cap.penultim.* ¶ De orationibus & meritis mulierum ecclesiaſticarum, cavetur *diſtinction.81. capit.ult.* ¶ Mulier ab undecimo anno dicitur nuptiis apta. *capit. continebatur. de deſponſ. impub.* ¶ Neque mulier, neque monialis prædicare, benedicere, vel confeſſionem audire poteſt. *capit. nova. de pœniten. & remiſſ.* ¶ Mulier arbiter eſſe poteſt in civili cauſa clericorum. *capit. dilecti. de arbitr.* ¶ Mulier procuratrix eſſe poteſt. *capit. cum dilecta. de confirmat. util.* ¶ Mulier præbendas conferre poteſt. *capit. dilecto filio. de teſtib.*

**Mutilatus** manu ordinari non poteſt. *c. expoſuiſti. de corp. vit.*

**Myſterium.** 1. *quæſt.1. cap.multi. §. myſterium.*

N

**Natalium** cauſa, ad forum eccleſiaſticum pertinet. *capit. tuam. de ordin. cognit.* ¶ Nativitas legitima prius probanda venit, quàm de ſucceſſione agatur. *ibidem.* ¶ Nati ex libero ventre in ſervitutem non rediguntur. *c.1. de nat. ex lib. ventr.* ¶ Naſci non debent injuriæ, unde jura naſcuntur. *c.qualiter. de accuſat.*

**Natus.** *c.nam & ego. 3. de verb. ſignific.*

ſi ex **Naufragio** quid abſtulerit, excommunicatur. *c.excommunicationi. 3. §. illi etiam. de raptoribus.*

**Neceſſitas** licitum facit quod non eſt licitum in lege. *c. quod non eſt. 4. de regul. juris.* ¶ Neceſſitas legem non habet. *c.conſilium. de obſerv. jejun.* ¶ Neceſſitas juramentum excuſat. *c.ſi verò. de jurejur.*

**Negativa** probari non poteſt, nec debet, niſi purgando ſe de calumnia. *c.bona. de elect. & c.cùm dilectus filius. de calum.*

de **Negligentia.** *diſtinct. 83. cap.ultim. §. ſicut autem.* ¶ Negligentia epiſcopi punitur. *capit.1. de ſuppl. neglig. prælat.* ¶ Propter negligentiam in præſentando admiſſam, jus præſentationis amittitur illa vice. *capit.3. eodem titulo.* ¶ Propter negligentiam collationis beneficiorum intra tempus ſemeſtre, ſpectat ab Papam collatio. *cap.licet. eod. titul.* ¶ Per negligentiam jus eligendi amittitur. *capit.ult. eod. titul.* ¶ Per negligentiam inferiorum, beneficiorum collatio ad ſuperiorem devolvitur. *capit.quia diverſitatem. de conceſ. præbend.* ¶ Per negligentiam perdit prælatus juriſdictionem. *c.per tuas. de ſent. excommun.*

**Negocium.** *cap.forum. 10. §. negocium. & §. in omni. item diſtinct. 88. c.quoniam. §. fin.* ¶ Si quis negocia eccleſiæ gerendo, vel eccleſiæ rebus damnum intulerit, ſibi lucrum captando: vel contrà in ſuis rebus damnum ſenſerit, dum utilitati eccleſiæ ſtuduit, hoc damnum hincinde præſtabitur. 12. *quæſt. 4. cap.1. §. fin. cum c. ſequente, uſque ad §. ſi verò de reb.* ¶ Si quis negocia eccleſiæ gerendo res ejus conſumpſerit, hoc præſtandum eſt. 12. *quæſtion. 5. c.obitum.* Quo nomine etiam adverſus hæredem datur actio. *d. cap.obitum.*

*Negociator. diſt.88. cap.ejiciens. §. ſi eundem ergo. de verb. ſignif.*

**Nobilitas** vitæ & non ſanguinis attendenda eſt in beneficiorum collatione. *c.venerabilis frater. de præb. & dignitat.*

**Nominatio** ſola nullum jus acquirit nominato. *cap.quod ſicut. de elect. & c.cùm olim. de verb. ſignific.*

**Notorium** quid & quot modis dicitur. *c. veſtra. de cohabitat. cleric.* ¶ Notoria probatione non egent. *cap.tua nos. eod. tit. & c.evidentia. de accuſat.* ¶ Notoria per famam, purgatione indigent, & taliter diffamatis eſt indicenda. *ibid.* aliàs in notoriis non eſt indicenda purgatio, ſed condemnatio. *capit.cùm dilectus filius. de purgat. canonic.* ¶ In notoriis eccleſiæ judicium requiritur. *cap.porrò. de divort.* ¶ In notoriis non requiritur ordo juris. *c.ad noſtram. de jurejur.*

**Novale.** *c.1. cap.quid per novale. de verb. ſignific.*

**Novi** operis nunciatio remittitur, ſi is cui nunciatum eſt, cautionem præſtet de opere, ſi non jure fuerit ædificatum, demoliendo. Niſi in continenti vel intra tres menſes probari poſſit, non jure ædificari. *c.penult. & ult. de novi operis nunciatione.* ¶ Si quis contempta novi operis nunciatione, opus fecerit, illud deſtruere cogitur. *c.1. cum c.ſequente. d. tit.* etiam ſi jure opus factum ſit. *d. c.1. cum ſequ.*

*Nullitas ſententiæ quando ſit ex perſona judicantis.*

ſi Excommunicatus ſententiam tulerit. 24. *quæſt.1. capit. Achatius. in fin. cum cap.ſequente. d. q.1. cap.miramur.* ¶ Si Hæreticus ſententiam tulerit. 2. *quæſt.6. c.catholicus.* quod fallit, ſi judex de hæreſi nondum fuerit damnatus. ſecus ſi ipſa hæreſis jam olim fuerit damnata. 24. *quæſtion.1. in princ. cum capit.ſequente. cap.majores. cap. Achatius.* vel, ſi novam hæreſin effingens, eam ex corde prædicare cœpit. *d. quæſt.1. c.audivimus. §. ſin autem ex corde. cum ſeq.* ¶ ſi à Non competente judice ſententia ſit lata. *capit.at ſi cler. 4. de judi.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*de judiciis.* 2. *q.*1. *c.inprimis.* §. *de perſona epiſc.* 3.*q.*8.*c.*1.§. *nullum.* 9. *quæſt.*2.*c.*1. 11. *q.*1. *c.in clericorum.* *q.*3. *cap. cui eſt. Clementina* 2. *de re judicata.* fallit, ſi actor à judice condemnatus, exceptione propoſita utatur: huic enim ea non prodeſt. 3.*q.*8. *c.*1.§.*cujus.* item ſi publicè ab omnibus judex competens fuerit exiſtimatus. 3. *q.*7. *c.*1. *in fin.* ¶ ſi judex pecunia corruptus ſententiam dixerit. *extravag. comm.* 1. §. *juſtitiam verò. de ſentent. excom.* 2. *q.*6. *c.ult.* §. *venales.* ¶ ſi Quidam, non omnes judicaverint. 2. *q.*6. *c.ult.* §. *item ſi plures.* 3. *q.*6. *c.diſcutere. verſic. ita ut nemo ex eis deſit. De officio delegati. c.cauſam.* 16. *c.uno.* 42. & *c.ult. in prin. verſ. idem quoque.* quod fallit, ſi omnes fuerint præſentes: tunc enim, quamvis non omnes conſenſerint, ſtatur tamen ſententiæ majoris partis, *c.*1. *in prin.* & *c.ultim. de iis quæ fiunt à majore parte.* Planè ſi utriuſque ſententiæ pares numero judices ſint, quid ſequendum ſit, *c.ult. de re judicata.* Quod autem *d. c.ult.* dicitur: Si ex delegata poteſtate, utraque pendet ſententia ex arbitrio delegantis, verum eſt: diverſum etiam obſervatur, ſi in ſynodo provinciali diſſenſerint. hoc enim caſu ea ſententia obtinet, cui metropolitanus vicinæ provinciæ accedit. 6. *quæſtion.*4. *in prin. cum c. ſequente c.ſi quis epiſcopus. c.ſi inter epiſcopos. in prin.* Porrò *d. c.ult. in fin.* cavetur de diſſenſu arbitrorum compromiſſariorum. fallit deinde ſi ita convenit, vel cauſa delegata ſit, ut uno vel pluribus abſentibus, cæteri nihilominus judicare poſſent. *capit. prudentiam.* 21. §. *adjicimus. c.cùm ſuper.* 23. *verſ. quamvis ſolus. de officio delegati. cap.cùm plures.* 8. *in prin. eod. tit. in* 6. ſed tamen ſi conſtiterit abſentem adeſſe noluiſſe vel non potuiſſe, valet ſententia. *d. c.prudentiam.* 21. *in prin.* & *c.cum cauſa.* 22. *eod. tit.* denique valet ſententia, ſi præſens ſubdelegatum abſentis admittere noluit. Sed reprobatur *cap. coram dilecto.* 34. *eod. tit.* ¶ Niſi judex Recuſatus ſententiam tulerit. *c.cùm ſuper.* 23. *de offic. deleg.*

### *Ex perſona ejus qui judicatus eſt.*

Si contra abſentem ſententia dicta ſit, nulla eſt. *c.tenor.* 10. *de re judic. c.conſultationib.* 10. *de officio delegati. c.inter quatuor.* 8. *de majoritate & obedientia.* 2. *q.*1. *c.inprimis.* §. *ſed & de perſonis. verſ. ſi ſcriptis judicatũ eſt.* 3. *q.* 8. *c.*1. §. *fin.* Niſi per contumaciam abſens fuit, contra quem judicatum eſt. *d. cap. conſultationibus.* 10. *in fin. verſ. niſi is qui poſſidet. cap. veritatis.* 8. *de dolo & contumacia.* 2. *q.*1. *c.nomen.* §. *fin.* 3. *q.*8. *c.*1. §. *fin.* 24. *q.*3. *c.de illicita.* §. *de conventione.* ſed tamen contra Abſentem contumacem non valet ſententia, ſi ex diſpenſatione Pontificis abeſt. Approbatur exemplo. *c.cùm olim.* 7. *de dolo & contumacia.* valet tamen ſententia, ſi judex probetur circumventus in ſententia ferenda, vel ex actis iniquitas ſententiæ conſtet. Approbatur exemplo. *c.cùm Bartholdus.* 18. *de re judicata.* Niſi legitima abſentiæ cauſa probetur. *dict. cap.* 18. item non valet ferenda ſi abſens non fuerit legitimè citatus. 5. *q.*2. *c.*1. ſed contra abſentem valet ſententia, ſi cùm eſſet præſens, à judice receſſerit appellans. *capit. ult. de dolo & contumacia, in* 6. Quod etiam verum ſi cùm abſenti præfixus eſſet terminus ad proſequendam appellationem, eam intra terminum non fuerit proſecutus: hoc enim caſu contra appellantem abſentem, etiam non legitimè citatum, ſententia lata valet. *c. ſæpè contingit.* 44. *de appellationib.* item ſententia non valet, ſi ante terminum præfixum, vel in ipſo termino, partibus non expectatis ſententia ſit lata. *d. c.*44. *verſ. ſi quis autem terminum. c.ex inſinuatione.* 50. §. *interim autem.* & *cap. ſignificante.* 69. *verſ. adjiciens quod cùm de conſenſu. eod. tit.* Niſi ante terminum à lege, non à judice vel partibus præfixum, judicatum ſit. *cap. oblata.* 57. *d. tit.* Niſi juriſdictio judicis delegati in termino præfixo expiret. hiſce enim caſibus valet. *ca. conſuluit.* 24. *de officio delegati.* præterea ſententia contra abſentem lata non valet, ſi abſens ad Papam de cauſa litigioſa ivit, vel nuntium miſit. *c.dilect.* 52. *de appellationib. c. unico, de clericis peregrin. extravag. comm. Divina.* 3. *de privilegiis.* quod fallit ſi poſt citationem iter arripuit, vel nuntium miſit. *c.meminimus.* 9. *cap. ſuggeſtum.* 15. & *cap. ad hæc.* 30. *de appellationibus.* item ſi ante ſententiam appellans ſine rationabili cauſa, dicat ſe nuncium miſiſſe. *cap. ut debitus.* 59. *verſicul. non obſtante ſi dicat. eodem titulo.* Sententia contra abſentem valet, etiam ſi procuratorem non habeat, ſi poſt concluſam cauſam mandatum fuerit revocatum. *c.auditis.* 8. *de procuratoribus.* item ſi ignorante iudice & adverſario mandatum ſit revocatum. *ca. mandato.* 13. *eod. tit.* ¶ ſi inter Alios, quàm quibus judex datus eſt, judicatum ſit, ſententia nulla eſt. *cap. Petro.* 40. *de officio delegati.* Niſi alius juriſdictionem judicis delegati impediat: in hunc enim æquè ac in eos quibus judex datus eſt, juriſdictionem exercere poteſt. *cap.*1. *eod. tit.*

### *Ex quibus cauſis nullitas oriatur.*

Si ſententia neque Abſolutionem neque condemnationem contineat, nulla eſt. 2. *q.*6. *c.ult.* §. *diffinitiva.* Niſi verbo æquipollenti judex ſit uſus. *c.in iis qua.* 15. *de verb. ſignif.* ¶ ſi de Alia re judicatum ſit, quàm de qua judex eſt datus, nullitas eſt. *approbatur exemplo, c. cùm dilecta.* 22. §. *dictum. de reſcriptis. c. cùm olim.* 32. *de officio delegati.* Niſi id de quo pronunciatum eſt, acceſſorium ſit ejus de quo judex eſt datus. *c. prudentiam.* 21. §.6. *in fin. de officio delegati. Cujus exemplum habetur d.* §. 6. ¶ ſi Authoritas ſuperioris contra ſententiam imploretur, nullitas eſt. 6. *q.*4. *c.ult. ca. quod benè. verſ. niſi fortè ubi fuerit.* Sed hæc imploratio videtur intelligenda de appellatione, vel de in integrum reſtitutione. ¶ ſi contra Canones judicatum, vide ſuprà eod. Leges. ¶ ſi ſententia ſub Conditione lata, conditio defecerit, nullitas eſt. 35. *q.*9. *c.apoſtolica.* ¶ ſi Cauſa ſententiæ Falſa ſit, vel Contrarium ejus, quod ſententia quaſi factum pronunciatum eſt, poſſit probari. ſed hoc reprobatur 11. *q.*3. *c.non ſolùm.* §. *contingit.* 35. *quæſt.*9. *in prin. cap. loci noſtri.* §. *quia ergo.* Contradicit tamen *d. c.loci noſtri.* §. *his ita reſpondetur.* & *d. q.*9. *c.quod quis. c.veniam. c.ſententiam. c.grave. c.*

*ult. Exemplum horum proponitur. d. q.9. capit. penult.* admittitur tamen in matrimonio ex falſa cauſa dirempto, *d.c. loci noſtri.* §. *aliud eſt.* ſi ex Falſis inſtrumentis ſit judicatum, nulla ſententia eſt. *cap. cùm venerabilis. 6.* §. *licet autem. de exceptionib. c. ſuper eo. 2. de crimine falſi.* ¶ item ſi ex Falſo teſtimonio teſtibus corruptis ſit judicatum. *c. ſicut. nobis. 9. de teſtibus. c. cum I. & A. 22. de re judic.* quod fallit, ſi non probetur judicem falſi teſtimonii fidem ſecutum in pronunciando. *d. cap. 22. verſ. vel licet de hoc conſtaret.* ¶ ſi Fines ſuæ jurisdictionis judex in ferenda ſententia exceſſerit, nullitas eſt. *d. c. prudentiam. 21. in prin. verſ. mandati ſiquidem. 2. q.6. c. ult.* §. *item cum certa.* quod fallit, ſi ſententia nihil iniquitatis habeat. *c. cauſam. 14. de re judic.* ¶ ſi Gravatus ob vim ſibi factam appellare non potuit, ſententia nulla eſt, quod probatur ſub conditione. *c. ult. de appellat.* item ſi gravatus iter ad Papam arripuerit, ſententia annulatur. *c. unico, de clericis peregrinantib.* ¶ ſi Iudicatum contra aliquem poſtquam protectioni ſuperioris quis ſe ſubjecit, judicatum non valet. *c. ad audientiam. 34. de appellationib.* item ſi contra ſententiam prius dictam judicatum ſit. 2. *q.6. c. ult.* §. *item ſi ſententia.* quod fallit ſi antea diſpenſativè judicatum ſit. 35. *q.9. c. ſententiam.* item fallit ſi exceptio rei judicatæ ante poſteriorem ſententiam non fuerit oppoſita. *capit. inter monaſterium. 20. de re judicata.* ſi Iure nullo ſententia nitatur non valet. *d. quæſt.3. cap. cui eſt. item De re judicata. c. inter cæteras. 9. Cujus exemplum habetur. capit. non poteſt. 3. & cap. lator. 7. eod. tit.* Niſi per triginta annos à morte judicis numerandos res ex injuſta ſententia ſit poſſeſſa. 16. *q.3. ca. ſi ſacerdotes.* ¶ ſi contra Leges vel canones ſententia ſit lata, nulla eſt. *cap. 1. de re judic. c. adverſus. 7.* §. *quia verò nec ſic. de immunitate eccleſiar. 2. q.6. cap. ult.* §. *item ſi ſententia.* quòd fallit primò ſi contra jus litigatoris magis quàm contra expreſſas leges ſententia lata ſit, quaſi in hoc caſu lex locum non habeat. *d.* §. *item ſi ſententia. verſ. ſi verò contra jus. c. cùm inter. 13 de re judicata.* item fallit, ſi ex conſuetudine contra jus commune ſcriptum ſententia lata ſit. item fallit ſi in cauſa clericorum ex jure Pontificio contra jus civile ſententia ſit lata. *c. quod cler. 9. de foro competenti.* Quartò fallit ſi Papa diſpenſativè contra jus pronunciaverit. *c. in cauſis. 19. in fin. de re judicata.* Poſtremò hoc loco notanda eſt diviſio injuſtæ ſententiæ trimembris. *quæ habetur. 11. q.3. c. epiſcopus.* §. *ad hoc reſpondendum.* ¶ ſi regio Metu vel potentioris juſſu ſententia lata ſit, nulla eſt. 11. *q.3. c. injuſtum.* ¶ ſi Noctu ſit pronunciatum, non valet. *cap. conſuluit. 24.* §. *ne verò. de officio delegati.* ¶ ſi Nova Inſtrumenta poſt ſententiam latam in cauſa ſint inventa, ſententia non eſt nulla. *capit. inter monaſterium. 20. verſi. cùm ſub prætextu. & c. ſuborto. 21.* §. *fin. de re judicata.* ¶ ſi Ordinaturis non ſervato juris ordine ſit judicatum non valet. 2. *q.1. in prin. c. prohibentur.* §. *fin. q.6. c. ultim.* §. *item ſent. citra. 11. q.3. c. epiſcopus, C. ad hoc reſpon. verſ. ſed non ex ordine. c. ſervetur.* §. *fin. c. eorum. Exemplum hujus exceptionis habetur. c. exhibita. 19. de judiciis. c. cum dilectus. 15.* §. *his igitur & aliis. verſ. prætermiſſo juramento ne. de purgat. canonica. Contradicit. 11. q.3. cap. non ſolùm.* §. *cùm ergo.* ſed fallit ſupradicta definitio, ſi cauſa ſit manifeſta ſeu notoria. *d. c. prohibentur.* §. *fin. verſ. hæc de illis intelligenda ſunt. Hujus exemplum proponitur. c. ad petitionem. 22. de accuſationis. c. quoniam. 10. de filiis presbyterorum.* Notorium autem dicitur tribus modis, per ſententiam, per confeſſionem, & per evidentiam rei. *c. ult. de cohabit. cler.* ſed contra non valet ſententia ſi judici tantùm cauſa ſit manifeſta, non etiam aliis. 2. *q.1. c. multi, cum c. ſequ.* vel cauſa aliis nota, judici ſit incognita. *d. quæſt. capit. Deus.* vel ſi reus factum neget. *d. cap. Deus.* §. *quando autem crimen.* ſecundò fallit & ſententia valet etiam juris ordine non ſervato, ſi judex juramentum præſtiterit, quod in omni cauſa ordinem judiciarium ſit obſervaturus: quod tamen reprobatur. *c. ad noſtram. 21. de jurejur.* item tertiò fallit & ſententia valet, ſi cauſa ſit eccleſiaſtica beneficialis, decimarum, matrimonialis, uſurarum & ſimilis: in hujuſmodi enim cauſis de ſimplici & plano abſque judiciorum ſtrepitu procedendum. *Clement. diſpendioſam. 2. de judiciis.* Quod ad matrimoniales cauſas attinet. *Concordat cap. ſ. conſultationi veſtræ. ut lite nō conteſtata.* Quartò ſententia valet, ſi cauſa judici ita commiſſa ſit, ut ſimpliciter & de plano, & ſine ſtrepitu ac figura judicii procederet. *Quæ replicatio approbatur ſimul & declaratur Clement. ult. de verb. ſignif.* aliàs ſi Papa judicaverit juris ordine non ſervato, ſententia nulla eſſet. *cap. in cauſis. 19. de re judic.* denique ſententia valet etiam juris ordine non ſervato, ſi quis in hæreſin jam damnatam inciderit: hic enim ipſo facto pro excommunicato habetur, etiam ſententia non interveniente. 24 *q.1. in prin. cum tribus cc. ſequentibus.* ¶ ſi Reſcriptum ſit à Papa contra ſententiam nihilominus ſententia valet. *c. ea. q.4. de re judic.* ¶ ſi poſt Revocationem delegationis judicatum ſit non valet: nimirum ſi judex ſuperior cauſam ad ſe revocaſſet. *c. ut noſtram. 56. de appellationibus.* ¶ ſi ſatisfacere condemnatus ſit paratus, nihilominus ſententia valet. *c. cum aliquib. 6. de re judic.*

**Nundinæ** in templis vel cœmeteriis celebrentur. *ca. decet. 2.* §. *ceſſent in eccleſiis. de immunit. eccleſiar. in 6.*

**Nuntii** malitia non obeſt domino. *c. ſignificante. de pig.*

**Nuptiæ** ab obnubendo dictæ ſunt. 30. *q.5. c. nec illud, in prin.* ¶ Definitio 27. *quæſt. 2. in prin.* §. *ſunt enim. 29. q.1. in prin. Inſtit. de patria poteſtate.* §. 1. quæ declaratur *d. quæſt. 2. c. beata.* §. *individua.*

## O.

**Obedientia.** 8. *quæſt. 1. c. ſciendum.* 11. *q.3. c. non ſemper.* §. *de* [?] *dominus. cap. quid ergo.* ¶ Obedientia ab abbate epiſcopo præſtita ſine conventus conſenſu non valet. *cap. cùm dilectus. de religioſ. domibus.* ¶ Ab obedientia ſui epiſcopi non abſolvitur ſubditus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſubditus Papæ. *c. per tuas. de majorit. & obedien.* ¶ Obedire non tenentur inferiores à ſuperiore exemti. *cap. inter. eod. tit.* ¶ Obedientiæ juramentum debet à contumacibus exigi. *capit. cùm in eccleſiis. eod. tit.* ¶ Non obedientes prælatis ſuis de eccleſia debent ejici. *ibid.* ¶ Obedire tenentur tàm laici, quàm clerici, abbati juriſdictionem habenti. *capit. dilecta. eodem titulo.* ¶ Obedientiæ formam ab abbate epiſcopo præſtandæ *vide ca. ne Dei. de ſimon.* ¶ Ad obedientiam plenam quæ exigantur. *cap. his quæ. de majorit. & obed.*

**Oblationes.** *c. cauſa. 13. §. oblationes. & c. cùm inter. 29. de Verb. ſignif. 12. q. 1. c. Videntes. Verſ. ipſe enim.* & Oblationum appellatione continetur, quicquid donatur eccleſiæ vel mobile vel immobile in eccleſia vel etiam extra eccleſiam. *di. ca. cùm inter nos. 29. de Verb. ſignificat.*

### *Quorum Oblationes non recipiendæ.*

*Oblationes* Diſſidentium fratrum non accipiendæ. *diſt. 90. ca. oblationes. ca. neque.* ¶ Oblationes Excommunicati vel pro excommunicato factæ, non ſunt recipiendæ. Sed & hujus regulæ exceptio eſt: Niſi excommunicatus pœnitens, antequam abſolveretur, morte fuerit præventus, dum ſacerdotem invenire non potuit. 26. *quæſt.* 6. *c. ſi aliquis. in prin. & quæſt. 7. c. ſacerdos. §. pœnitentes verò.* ¶ Oblationes ejus qui Filium ſuum Exhæredaverit, non accipiendæ. 17. *quæſt.* 4. *cap. ult. in princip.* ¶ Oblationes Injuſtorum non accipiendæ. *dict. capit. ſcriptum.* ¶ Oblationes eorum qui Pauperes opprimunt, non accipiendæ. *dict. capit. oblationes. & cap. eorum. ead. diſt.* 90. ¶ Oblationes ex rebus Turpiter quæſitis non accipiendæ. 14. *quæſt.* 5. *cap. immolantis.* Contradicit *dict. quæſt. 5. cap. ſcriptum. §. econtrà.* Solvitur hæc objectio *ibid. c. ſeq.*

ſemel *Oblatum* Deo, non eſt revocandum nec retinendum. 17. *q.* 4. *ca. ſunt qui opes, cum ca. ſeq. Sacrilegium.* 13. *q.* 2. *c. cler.*

**Obligatio** ex illicito facto non naſcitur. *c. quod latenter. 5. de regul. juris.* ¶ ſed ex contractu & quaſi contractu, maleficio & quaſi maleficio regulariter oritur obligatio ſimul & actio: Niſi juſſu magiſtratus fecerit. *capitul. quod quis. 24. de regulis juris, in* 6. item Niſi ſciente & conſentiente adverſario fecerit. *capit. ſcienti. 27. dict. tit. in* 6. ¶ Obligatio turpis nec de facto, nec de jure valet. *cap. ult. de pact.* ¶ Obligatio pro eccleſia facta ſucceſſorem obligatum habet. *capit. 3. de ſolut.* ¶ Obligans eccleſiam pro debitis alienis, ipſo facto ab adminiſtratione temporalium & ſpiritualium eſt ſuſpenſus, nec ad ſolutionem ejus, eccleſia tenetur. *capit. 2. eodem.* ¶ Obligatus non eſt ſucceſſor pacto anteceſſoris irrationabili, qui precariò bona eccleſiæ conceſſit. *capit. 2. de precar.* ¶ Obligatio ad eum tranſit, qui emolumentum recipit. *capit. ex literis. de pig.* quia cum onere ſuo tranſit res ad ſuum poſſeſſorem. *capit. 1. de eccleſ. ædific.*

in **Obſcuro** id ſequendum, quod legibus contrarium non eſt. *capi. ult. in fin. diſt.* 14. vide ſuprà in Dubio.

**Odio** alieno alter non debet prægravari. *cap. non debet. 21. d. tit. 1. q. 4. in pr. cum cc. ſequentib. uſque ad q.* 5.

**Oeconomi** non ſunt conſtituendi laici, ſed clerici. 16. *quæſt. 7. capit. in nova.*

ad **Officia** publica Pagani non ſunt admittendi, vide infrà in Pagani.

**Officialis** ex generali commiſſione non poteſt inquirere, corrigere, deponere & punire ſubditorum exceſſus. *cap. licet. 2. de officio vicarii, in* 6. nec beneficia conferre poteſt. *ca. ult. eod. tit.*

**Oleum** conſecratum poteſt admiſceri non conſecrato, & totum erit conſecratum: ſimile eſt de aqua benedicta. *capit. quod in dubiis. de conſecr. alt.*

de **Operibus.** *de pænitent. diſt. 3. ca. pium eſt. c. ſi quando. cap. cavendum. c. quid ergo. ca. ultim. in princ. de conſecrat. diſt. 5. c. nihil enim, cum duob. cc. ſequentibus.*

**Opus** novum ſi alicui nuntiatum fuerit, per tres menſes ab opere deſiſtere debet. *c. fin. de op. nov. nuntiat.* ¶ Operis novi nuntiatio facit, ut quicquid poſt eam conſtructum fuerit, demoliri debeat, idque expenſis ipſius conſtruentis. *capitul. cùm ex injuncto. de oper. nov. nuntiat.*

de **Opinionibus** doctorum. *diſtinct. 2. c. reſponſa.* Hæ hodiè probabilem tantùm obtinent authoritatem, non neceſſariam. *diſt. 9. cap. noli meis. c. negare. capit. ego ſolis. c. noli frater. c. neque quorumlibet. item diſt. 20. in prin. cum c. ſequente.*

### *De Orationibus.*

in **Oratione** præmittatur præfatio. Surſum corda, *de conſecrat. diſt. 1. cap. quando.* ¶ Genua flectenda, vel proſtrato corpore orandum. 26. *quæſt. 7. capit. ſacerdos. §. diebus etiam remiſſionis.* Niſi in die Dominico, & per omnes dies Paſchæ uſque ad Pentecoſtem. *diſtinct. 30. cap. ult. §. ſimiliter. diſt. 76. ca. ſcire debet, in prin. verſic. neque ad exorandum. item De conſecrat. diſt. 3. c. quoniam ſunt.* ¶ Non verbis tantùm, ſed & corde orandum. *de conſecrat. diſt. 5. c. non mediocriter. & dict. cap. quando.* ¶ Vt oratio Dominica matutinis & veſpertinis ſubjungatur. *de conſecrat. diſtinct. 5. capit. id ſemper.* ¶ De oratione pro ſeculari poteſtate habenda. *de conſecrat. diſtinct. 1. cap. de hymnis. §. componuntur.*

**Oratoria** campanas habere non poſſunt ſine epiſcopi conſenſu. *c. patentibus. de privileg.*

*Oratoria* privata permittuntur certo modo. *de conſecrat. diſt. 1. c. unicuique.* ¶ In oratoriis privatis campanæ publicæ haberi non debent. *c. patentibus. 10. de privilegiis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ordo** clericalis per primam tonſuram cōfertur. *c.cùm contingat. de ætat. & qualit.ordin.* ¶ Ordinis ſuſceptionem probet advena antequam admittatur vel ulterius promoveatur. *capit.inter. de cler.peregrin.* ¶ Ordinatus ab epiſcopo, ſine titulo, ab eodem ſuſtentetur. *capit. non liceat. de præbend. & dignitat. & capit. epiſcopus ſi aliquem. eodem titulo.* ¶ Ordinatus ab epiſcopo qui ceſſit, quando miniſtrare poſſit. *capit.1. de ordin. ab epiſc.* ¶ Ordinati extra ſtatutum tempus, miniſtrare poſſunt poſt pœnitentiam peractam. *capit.conſultationi. de tempor. ordin.* ¶ Cum furtivè ordinato poteſt epiſcopus diſpenſare, ſi non ſub excommunicatione prohibitus acceſſit, aliàs non diſpenſat, niſi religionem intret. *capit.innotuit. de eo qui furtivè. ordin.* ¶ Non ordinatus miniſtrans, nunquam ordinetur. *capit.ex literis. de cleric. non ordin.* ¶ Ordinatus à Papa non eſt ideò à prælati ſui juriſdictione exemtus. *capit.per tuas. de majori. & obed.* ¶ Ordinem ſubdiaconatus à Papa recipiens non poteſt ſine ejus licentia ab alio ulterius promoveri. *c.cùm quidam. de tempor. ordin.* ¶ Ordinatus in apoſtaſia quando miniſtrare poſſit, *vide in c.ex parte. eod.tit.*

### *Quinam ordinari debeant vel poßint, & quomodo.*

Ordinari non debent ſpurii. *cap.per venerabilem. qui fil. ſint legitim.* ¶ Defectus genitalium ordinandum removet. *ca.ſignificavit. de corp. vitiat.* ¶ Ordinari non debet ſervus, niſi manumiſſus. *cap.1. de ſerv. non ordin.* Item nec infamis ante purgationem. *cap.non debet. de teſtibus.* Item nec pœnitentes publici. *capit.1. de bigam.* Item nec ad ratiocinia obligati. *capit.ad ratiocinia. de obliga.* Item nec membris mutilati. *capit. expoſuiſti. de corpor. vitiat.* ¶ Ordinari poteſt quis ad ſuum patrimonium. *capi.tuis quæſtionib. de præb. & dignit.* ¶ Ordinem ſubdiaconatus confert ſolus Papa, die Dominica. *cap.1. de temp. ordin.* ¶ Ordines omnes quando conferri poſſint, *vide ibidem.* ¶ Ordines minores poſſunt epiſcopi conferre die Dominica & feſtis præcipuis. *ibidem.* ¶ Ordinem ſuſcipiens die non debito, eſt ad Papam mittendus. *capit. cùm quidam. de tempor. ordin.* ¶ Ordinem recipientis ſine ætate legitima, & conferentis pœna. *capit. vel non eſt compoſ. eodem titulo.* ¶ Ordines ſacri duo una die conferri non poſſunt, & pœna conferentis habetur *in capit. dilectus. eodem titulo.* ¶ De ordinis ſubſtantia non eſt tempus, impedit tamen executionem. *c.conſultationi. de temp. ordin.* ¶ Prælati & beneficiati ordines ſacros recipiant, vel amoveantur. *cap.cùm in cunctis. de elect. & c.quæris. de ætat. & qualit. ord.* ¶ Ordines duos uno die recipiens eſt ſuſpendendus, poteſt tamen cum eo diſpenſari pœnitentia peracta. *c.3. de eo qui furt. ord. ſuſcept.*

**Ordinarius** non poteſt reſtituere poſſeſſionem contumaci, contra quem miſſio in poſſ. facta eſt à delegato. *capit.paſtoralis. de offic. deleg.* ¶ Ordinarius poteſt ex officio ſuo cogere partes, ut ſtent juſto arbitrio, & pareant ſententiæ arbitrorum. *capit.2. de arbitr.* ¶ Ordinarius non tenetur obedire delegato, niſi ei de commiſſione conſtet. *capit.cùm in jure. de offic. judic. deleg.* ¶ Ordinario non exequente judicis delegati ſententiam, ipſe delegatus exequi poteſt. *c.ſignificaſti. eodem titulo.* ¶ Ordinarius retractare debet iniquam ſententiam à judice delegato in cauſa matrimoniali latam. *capit.ſignificavit. eodem titulo.* ¶ Ordinarius judicis delegati ſententiam exequi tenetur. *capit.in literis. de offic. judic. deleg.* ¶ Ordinarius excommunicare poteſt, injuſtè à delegato abſolutos. *capit.ex parte. de offic. judic. ordin.* ¶ Ordinario major eſt delegatus Papæ, quatenus ad cauſam ſibi commiſſam. *c.paſtoralis. eod. tit.* ¶ Ordinario præjudicium facere non capit Papa per mandatum ſuum. *c.licet. eod. tit.*

**Opprimentes** pueros noctè qualiter puniendi, *vide in c.ult. de iis qui fil. occid.*

**Oſtiarius,** & de nomine & officio oſtiariorum. *diſt.21. ca.1. §.fin. diſt.23. c.1. §. ad oſtiarium.* ¶ Ne oſtiarius orario utatur. *diſt.23. c.non oportet.*

## P

**Pactum** quid ſit, *cap.pactum.11. de verb. ſignifi.* ¶ Pactum legis commiſſoriæ in pignoris contractu prohibetur. *c.ſignificante.7. de pignorib.* ¶ Pactio privatorum, legi contraria, nullius eſt efficaciæ. *c.ſi diligenti. de for. compet.* ¶ Pactum quod ab initio non valuit, per ſuperioris ratihabitionem valet. *cap.quoties. de pact.* ¶ Pactum turpe vel impoſſibile nullum ligat. *capit.ult. de pact.* ¶ Pactum generale ne de crimine agatur, non valet. *c.quemadmodum. de jurejur.*

**Pædagia** & vectigalia nova ſine conſenſu principis imponere non licet. *c. innovamus.10. de cenſib.* vide *inf.* in Pedagia.

qui **Paganis** prædicant, poſſint cibis ab ipſis appoſitis veſci. *capit.quam ſit.10. in prin. de Iudæis.* ¶ Vt iis qui idonei ſunt, permittatur Paganis prædicare. *d.c.10. §. inſuper.* ¶ Ne Pagani ad officia publica admittantur. *c.cùm ſit.16. §. fin. eod. titul.* ¶ Pagani conſtitutionibus eccleſiæ non ſubjacent. *c.gaudemus. de divort.* ¶ Paganis arma vendentium & auxilium vendentium pœna. *cap.quod olim. de Iud. & Sarracen.*

**Pallio** uti poteſt archiepiſcopus intra quamlibet eccleſiam ſuæ provinciæ. *c.1. de uſu pall.* ¶ Pallium novum habebit tranſiens ad novum archiepiſcopatum. *capit.bona memoriæ.2. de poſtul.* ¶ Pallium alteri archiepiſcopo accommodari non debet. *capi.ad hæc. eodem titulo.* ¶ Pallio non utendum extra eccleſiam, ut in proceſſione & ſimilib. *cap.1. eod. tit.* ¶ In pallio debet archiepiſcopus ſepeliri. *capit.2. eod. titul.* ¶ Pallio conſequitur quis plenitudinem officii, nec prius archiepiſcopus appellari debet. *c.niſi ſpecialis. de uſu pall.* ¶ Pallium quid ſignificet,

ficet, *vide in cap. ad honorem. eod. tit.* ¶ Pallio ſemper & ubique ſolus utitur Papa. *ibidem.* ¶ Pallio non utatur archiepiſcopus extra ſuam provinciam, niſi ex privilegio ſpeciali, & de licentia ejus, in cujus eccleſia celebrat. *capit. ex tuarum. eod. titul.* ¶ Pallio utendum in feſtis præcipuis, & diebus privilegiatis eccleſiæ ſuæ conceſſis. *capit. ex tuarum. eodem titulo.* ¶ Pallium archiepiſcopis dandum accipitur de corpore Sancti Petri. *capit. ſignificaſti. eodem titulo.* ¶ Pallium recipiens fidelitatem jurare tenetur. *ibid.* ¶ Sine pallio non licet Archiepiſcopo confirmato convocare concilium, conficere chriſma, &c. *capit. quod ſicut. & cap. præterea. de elect.* ¶ Pallium conferre poſſunt principales Patriarchæ ſuffraganeis ſuis. *cap. antiqua. de privileg.*

de **Papa.** *diſt. 21. c. 1. §. Pontifex.* ¶ Papa ſolus poteſt ſupra jus diſpenſare. *c. propoſuit. de conceſſ. præb.* ¶ Papæ ſoli reſervatur translatio Epiſcoporum, & depoſitio. *cap. inter corporalia. de translat.* ¶ Papa de hæreditate judicare poteſt ratione fidei. *capit. Iudæi. de Iud.* ¶ Papa poteſtatem habet à Deo, Imperator à Papa, *cap. novit. de jud.* ¶ Papa ejuſdem eſt poteſtatis, cujus & beatus Petrus. *capit. illud dominus. de major. & obed.* ¶ Papa Principem ſecularem deponere poteſt. *cap. ad abolendam. de hæret.* ¶ Papa poteſt legitimare illegitimos. *cap. per venerabilem. qui filii ſint legitimi.* ¶ Papa ſolus Epiſcopos fratres ſuos in literis nuncupat. *c. quam gravi. de crimin. falſ.* ¶ Papæ poteſt cum ratione obviari, etſi abſolutè jubeat. *c. ſi quando. de reſcript.* ¶ Contra Papæ voluntatem nemo jus in beneficiorum collatione habet. *capit. dilectus. de præbend.* ¶ Papa ſolus canonizat ſanctos & ſanctorum reliquias. *ibidem.* Idem ſolus laico concedit jus eligendi in eccleſia collegiata. *capit. nobis. de jurepatron.* ¶ Papa ſolus cauſas committit appellatione remota. *capit. ſuper quæſtionum. de offic. del g.* ¶ Papa ſolus major eſt omni concilio, omnive ſtatuto. *capit. ſignificaſti. de elect.* ¶ Solus Papa Dei vicarius in terris eſſe videtur, nullusque major. *capit. licet. eod. tit. & c. quanto. de translat.* ¶ Solus Papa diſpenſare poteſt, ut filii Presbyterorum eccleſias paternas immediatè habeant. *cap. dil. ctus. de filiis presb.* ¶ Papa ſolus unit & dividit epiſcopatus. *de translationib. per tot. tit.* ¶ Solus Papa ſententiam diffinitivam mutare poteſt. *capit. cùm olim. de ſentent.* ¶ Papa ſucceſſori ſuo legem imponere non poteſt, nec poteſtatem ejus limitare. *c. innotuit. de elect.* ¶ Papa cognoſcere debet de cauſa natalium. *c. tuam. de ordin. cognit.*

**Paria** ſunt quid factum non eſſe, & inutiliter eſſe factum. *c. non præſtat. 52. c. quæ contra. 64. & c. in malis. 69. de reg. juris, in 6.* ¶ Paria crimina pari compenſatione tolluntur. *ca. it. pen. & ult. de adult.* ¶ Par in parem non habet imperium. *c. innotuit. de elect.*

### *De Parochi ordinatione.*

**Parochus** non eſt ordinandus, niſi in ſacris conſtitutus, qui ad minus ſit ſubdiaconus. *cap. præterea. 5. de ætate & qualitate.* ¶ Nonniſi idoneus moribus, ſcientiâ, & qui viceſimum quintum annum ingreſſus eſt, in parochum eſt ordinandus. *cap. licet canon. 14. de electione, in 6.*

### *De Parochi officio.*

*Parochus* ordinatus reſidere perſonaliter tenetur. *d. c. licet tamen. 14. §. is etiam.* ¶ Parochus ordinatus intra annum ſacerdos fieri debet, ſub pœna privationis. *d. §. is etiam. verſ. & intra annum.* Niſi eccleſia ſit collegiata. *capit. ſtatutum. 22. eod. tit.* item Niſi epiſcopus loci cum parocho ſtudiorum cauſa diſpenſaverit. *capit. cùm ex eo. 34. eodem tit.* item Niſi annus nondum ſit completus. *capit. commiſſa. 35. in princ. eod. tit.* item Niſi ex juſta cauſa fuerit impeditus, quo minùs intra annum parochus ſit factus. *d. c. 35. §. annus autem.* item niſi anno elapſo eadem eccleſia eidem rurſus conferatur, quod reprobatur *dict. capit. 35. porrò.* denique ſi intra annum ſacerdos factus non ſit, præter privationem, fructus quoque perceptos reſtituere tenetur, & ordinator eccleſiam debet præſtare indemnem. *dict. capit. 35. §. cæterùm.* ¶ Ne parochialem eccleſiam parochus alicui non conſtituto in legitima ætate & ſacerdotio, neque ultra ſex menſes commendet. *capit. nemo. 15. de electione, in 6.*

*Parochianum* alterius nullus epiſcopus judicet. *cap. nullus. de paroch.* ¶ Parochianum alterius non admittat presbyter ad divina. *cap. ut dominicis. eod. tit.* ¶ Parochianum alterius non abſolvat presbyter, ſine ejus petita licentia. *capit. omnis. de pœnit. & remiſſ.* ¶ Parochiæ non dividantur ſine conſenſu epiſcopi. *cap. avaritiæ. de præbend.*

*Parochialis* eccleſia debet habere aliquid de bonis parochiani, etiam alibi ſepult. *ca. relatum. de ſepult. & c. de his. ibid.* ¶ Parochialis eccleſia nulli debet conferri, qui perſonatum vel dignitatem habeat cum cura, alioqui non tenet ipſa collatio ipſo facto. *capit. nemo. de offic. jud. ord. lib. 6.*

**Pater.** *cap. nam & Rex. 2. de verb. ſignificat.* ¶ Pater filios Alere debet. *diſt. 30. cap. ſi quis reliquerit.* etiamſi ex injuſto matrimonio ſint nati. *ca. cùm haberet. 5. §. fin. in fine. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium.* ¶ Pater filium Caſtigare debet, quod eſt charitatis. *23. q. 5. c. non putes.* ¶ Pater conveniri non poteſt pro filio, neque tenetur. *cap. ult. de delictis puer or. item 1. q. 4. c. Iudæi. in fin.*

*Patria* poteſtas ſolvitur, ſi Alimenta pater denegavit, vel ſi pater filium languidum Expoſuit. *c. unico, de infantib. & languidis expoſitis.* ¶ Epiſcopalis dignitas filium à patris poteſtate liberat. *diſt. 54. cap. ſi ſervus ſciente. §. ſed & jus patriæ.* ¶ Hæretici liberos ſuos in poteſtate ſua non habent. Ideoque emancipatio ab iis facta nihil operatur. *capit. quicunque. 2. §. fin. de hæreticis, in 6.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de **Patriarchis** & de loco & origine Patriarcharum, *diſt.99.c.1.&* *diſt.80.c.1.cum c.ſeq.* ¶ Definitio realis. *dict.diſt.99.cap.nulli.* ¶ De nomine & ſpeciebus Patriarcharum. *diſtinct.21.cap.1.§.Patriarcha Græca.&* *§.Patriarcha patrum Princeps.* ¶ Patriarcha & Primas nomine tantùm, non re differunt. *diſt.99.in prin.§.primates.& c.1.verſ. noſtros Patriarchas.*

**Patronus** efficitur quis eccleſiam conſtruens de cõſenſu diœceſani. *c. à nobis. de jure patron.* ¶ Patronus poteſt quis eſſe multarum eccleſiarum. *capit. veniens. de jurejurand.* ¶ Patronus non diſponat de rebus clerici defuncti. *capit.2. de ſucceſſ. ab inteſt.* ¶ Patronus epiſcopi jus minuere in eccleſia non debet. *cap. cùm ſeculum. eodem tit.* ¶ Patronus filium ſuum vel nepotem ſine epiſcopi conſenſu inſtituere non debet. *capit. conſuluit. de jure pat.* ¶ Patronus poteſt ab eccleſia reditus ſibi ab epiſcopo conſtitutos & deſignatos exigere. *cap. præterea. eod. tit.* ¶ Vniverſitate vendita, patronatus jus etiam tranſit, niſi diſertè excipiatur. *cap. ex literis. eod. tit. & capit. cùm ſeculum. eodem.* ¶ Patronus laicus neminem ſine conſenſu epiſcopi diœceſani inſtituat. *capit. præterea. eodem titul.* ¶ Patronatus liberè donari poteſt conſanguineo, vendi verò per ſe non poteſt, ſed cum univerſitate ſolùm. *cap. ex inſinuatione. & capit. de jure. eodem titul.* ¶ Patronus laicus, præſentato uno repulſam paſſo, poteſt alium exhibere. *capit. paſtoralis. eodem titulo.* ¶ Patronus eccleſiæ vacanti intra quatuor menſes provideat, alioqui jus conferendi epiſcopus habet. *capit. cùm propter diſcordias. eodem titulo.* ¶ Patroni eſt ad eccleſiam præſentare, non conferre. *capit. ult. eod. tit.* ¶ Patronus clericus ſeipſum præſentare non poteſt. *cap. per noſtras. eod. tit.* ¶ Patroni conſenſus in electione prælati requirendus eſt. *cap. à nobis. eod. tit.* ¶ Patronus honorandus eſt, & ab eccleſia fundata ſuſtentandus ſi egeat. *ibidem.* ¶ Patronatus jus hæredibus dividi non debet. *capit.1. eodem titul.* ¶ Patroni ſi plures fuerint, ille præſentatus obtineat, qui plurimorum aſſenſu eligitur, ſi vita & ſcandalum non contradicant. *ibidem.* ¶ Patronus eccleſiam non vacantem alteri conferre non poteſt. *capitul. illud prætereundum. eodem titulo.* ¶ Patronus jus patronatus ſine epiſcopo dare poteſt. *ibidem.* ¶ Patronus non ſine epiſcopo, nec epiſcopus ſine patrono beneficium conferat. *capit. ſuggeſtum. eodem titulo.* ¶ Patroni religioſi non poſſunt eccleſiam in proprios uſus convertere propria authoritate. *cap. ſicut nobis. de ſuppl. neglig. prælat.* ¶ Patronatus cauſa definiri debet per judicem eccleſiaſticum. *capitul. quanto. de jud.* ¶ De patronatus jure orta quæſtione, neutro conferente, debet epiſcopus poſt ſex menſes beneficium conferre. *capitul. ſi verò. & capitul. ea te. de jure patronat.*

**Peccati** definitio. *15. quæſt.1. capit.1. §. fin.* ¶ Dividitur item peccatum in originale & actuale. *de conſecrat. diſt.4. c. regenerante.* ¶ Dividuntur peccata in mortalia & venialia. *diſt.25. cap. unum orarium. §. unde Hieronymus. cum ſequentibus, uſque ad cap. quis in aliud.* ¶ Alia dicuntur voluntatis, alia infirmitatis. *15. quæſt.1. in princip. cap. illa cavenda.* ¶ De tribus generibus peccatorum. *De pœnitent. diſt.2. c. ſicut tribus. cum ſequentib. uſque ad cap. ſuper trib.* ¶ De quatuor generibus peccatorum. *De pœnitent. diſt.1. c. ſuper tribus.*

**Pecunia.** *1. quæſt.3. c. totum.*

**Pedagia,** quidagia, ſalinaria interdicta ſunt. *c. ſuper quibuſdam. 26. §. præterea. de verb. ſignific. vide ſupr.* in Pædagia.

**Penſionem** ſolvens alicujus rei, ejus præſumitur dominus. *capitul. cùm veniſſet. de reſtit. ſpoliat.* ¶ Penſio propter ſterilitatem terræ minuenda eſt. *cap. propter ſterilitatem. de locat. & conduct.* ¶ In penſionis ſolutione antiqua conſuetudo eſt ſervanda. *capit. quanto creatori. de cenſibus.* ¶ Penſiones minuere ad clericorum detrimentum, vel augere non licet ſine epiſcopi conſenſu. *capit. ad aures. de prebend. & dignitat.* ¶ Prælatus non poteſt eccleſiam ultra vitæ ſuæ tempus penſionariam conſtituere. *c. præterea. de cenſibus.*

**Peremptoriè** poteſt quis in primo citatione citari. *ca.1. de dilat.*

de **Peregrinatione** hæc regula eſt: non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis benè vixiſſe, laudandum eſt. *12. quæſt.2. c. gloria. §. penult.* ¶ Peregrinari non debet clericus ſine licentia epiſcopi ſui, nec epiſcopus ſine licentia Papæ. *capit. magnæ devotionis. de vot. & vot. red.* ¶ Peregrinorum res nullus occupet, quia ſunt ſub Papæ protectione. *cap.1. de cler. peregr.* ¶ Peregrinorum privilegio gaudet, qui cauſam Papæ agit. *ibidem.* ¶ Peregrinis in via conſtitutis tempore interdicti pœnitentia non eſt deneganda. *capit. quod in te. de pœnit. & remiſſ.* ¶ Peregrini clerici non ſunt in eccleſiis inſtituendi. *c.1. de cler. peregr.*

**Perjurus** clericus ab officio & beneficio ſuſpendatur, vel beneficio prorſus privetur. *c. querelam. de jurejur.* ¶ A perjuro non debet amplius juramentum accipi. *c. literas. de præſumt.*

de **Perſecutione.** *23. q.4. c. quis ſecundùm. c. ille gladium. §. porrò. cap. nimium. §. item ſi ſemper. cum ſequentibus. item 23. q.5. c. non vos. 24. q.1. c. à recta.*

**Perſonalia** reſcripta vel privilegia perſonam non excedunt. *c. mandata eccleſiaſtica. de reſcript.* ¶ Perſonale delictum in damnum eccleſiæ redundare non debet. *c. cùm venerabilis. de except.* ¶ Perſonalis conceſſio cum perſona finitur, realis perpetua eſt. *cap. cùm veniſſent. de inſtit.* ¶ Perſonatus plures in eadem eccleſia, vel diverſis, nullus habere debet ſine ſedis apoſtolicæ diſpenſatione. *capit. ad hæc. & c. de multa. de præbend.*

de **Pietatis** ſtudio. *diſt.47. c. comes.*

**Pignus** recipere poteſt prælatus à quolibet poſſeſſore. *cap. cùm contra. de pign.* ¶ In pignoris cauſa fructus in ſortem ſunt computandi, aliâs cenſetur uſura. *ibid.* Prælatus bona eccleſiæ pignori dare non poteſt pro ſuis debitis. *c. ex præſentium. de pign.*

ex *Pignoris* contractu regulariter competit actio pignoraticia & hypothecaria ad perſequendum pignus: Niſi liber homo pignori ſit obligatus. *cap. lator. 2. de pignorib.* item Niſi extraneus poſſeſſor rem uſuceperit vel præſcripſerit. 16. *quæ. 3. c. placuit ut. §. præſcriptionem. Verſ. non ſolùm.* ſi tamen alius quàm qui rem uſucepit vel præſcripſit, conveniatur, huic alterius præſcriptio non prodeſt. *d. c. placuit ut. §. ſi verò ad alium. Verſic. nec ſibi proderit.*

ſi *Pignori* obligata eſt eadem res duobus vel pluribus, is potior eſt, qui prior eſt tempore. *cap. qui prior. 54. de reg. juris, in 6.*

quod ſemel **placuit,** amplius diſplicere non poteſt. *ca. quod ſemel. 21. de reg. juris, in 6.*

*Plagiariorum* pœna eſt, ultimum ſupplicium. *c. 1. de furtis.*

de **plebiſcito.** Hujus definitio habetur *diſt. 2. c. plebiſcita. Inſtit. de jure naturali. §. plebiſcitum.*

ſi **plus** quis petierit, punitur. *cap. unico. de plus petitionibus.* Cui licet quod eſt *Plus*, licet utique quod eſt minus. *c. cui licet. 53. de reg. jur. in 6.*

*Pluralis* locutio duorum numero contenta eſt. *c. pluralis. 40. de reg. juris, in 6.*

**pœnarum** inventarum ratio, eſt emendatio delinquentium. 21. *quæſt. 2. c. placuit. §. fin. 23. q. 4. c. eſt injuſta. §. fin.*

### *Quibus Pœnæ remittantur vel temperentur.*

Qui ſine *Culpa*, niſi ſubſit cauſa, deliquit, non eſt puniendus. *c. ſine culpa. 23. de reg. juris, in 6.* Sanè cauſæ publicorum judiciorum generales enumerantur. *De pœniten. diſt. 1. c. aut facta.* Animal brutum ſi commiſerit delictum, non punitur. *15. quæſt. 1. capit. firmiſſimè. §. animalia enim.* ſi Coactus commiſerit, punitur. *15. quæſt. 1. c. meritò.* ſi Corruperit reus accuſatorem, hoc caſu pro convicto habetur. *2. quæſt. 3. cap. ult. §. in omnib.* ¶ ſi Epiſcopus commiſerit, hic accuſari nequit, nec damnari. *11. q. 3. ca. irritam. 6. q. 1. ca. qui crimen. §. fin. cum ca. ſeq. 2. q. 7. ca. accuſatio. §. unde liquet. Contradicit d. q. 7. c. præſumunt. c. ſi hæreticus. §. item quod dicitur.* ¶ ſi Furioſus commiſerit, non punitur. *3. q. 9. c. indicas. 15. q. 1. in prin. & cap. illud. §. furor. §. meas verò. item c. aliquos. c. illa cavenda. Verſ. neque enim ſi per. c. ne is qui. §. fin.* ¶ ſi Minor ætate commiſerit, non punitur. *15. q. 1. c. illud. §. fin. c. firmiſſimè. in prin. item c. intelleximus. 2. de delictis puerorum.* niſi Minor doli ſit capax. *d. §. fin. Verſ. niſi rationis ſit capax. item c. 1. de delictis puerorum.* qui tamen mitius propter ætatem punitur. *d. c. 1. Verſ. quamvis in eis non ita.*

### *Ex quibus cauſis Pœna remittatur, vel non.*

ſi Abolitio criminis intervenerit. *2. q. 3. c. ult. §. deſtitiſſe. Verſ. abolitio enim.* ¶ ſi eadem Accuſatio antea quoque in judicium fuerit deducta, vel ejuſdem criminis nomine actum, non poteſt iterum accuſari. *capit. de his. 6. de accuſationibus.* Niſi prior accuſator fuerit prævaricatus, vel per colluſionem reus abſolutus. *ca. ultim. de colluſione deteg.* vel Niſi crimen ſit iteratum, de quo poſtea accuſatio inſtituitur. *cap. 1. de pœnis.* ¶ ſi per Cœcitatem commiſerit, non punitur. Probatur ſimul & diſtinguitur, 15. *quæſt. 1. c. illud. §. ſed objicitur.* ¶ ſi accuſator Deſtiterit, reprobatur. *cap. 1. & 2. de colluſione detegend.* ¶ ſi ſine Dolo malo factum ſit, & non injuriæ gratia. *15. qu. 1. in prin. item §. cui ſententiæ. item c. non eſt. item de pœnitent. diſtinct. 2. c. ſciendum.* Hujus exemplum proponitur, ſi ratione officii fecit, 23. *q. 5. c. cùm homo. in prin. & d. c.* ¶ ſi per Ebrietatem commiſerit, non punitur. 15. *quæſt. 1. c. ſanè diximus. & c. inebriaverunt.* ¶ ſi per Infirmitatem vel Ignorantiam commiſerit, punitur. *15. q. 1. in prin. §. 1. ca. illud. §. itaque ut ex promiſſis.* Contradicit *d. qu. 1. c. illa cavenda. §. quinetiam ipſius.* ¶ ſi Iuſſu ejus cui parêre neceſſe fuit, commiſerit, punitur. *c. quod quis. 24. de regul. juris, in 6. item de conſecrat. diſtin. 4. c. quæris à me. in prin.* Contradicere videtur *d. c. meritò.* ¶ ſi reus mortuus ſit, pœna extinguitur. *33. quæſt. 2. c. admonere. §. & nunc poſt mortem. Verſic. nec à te poſt.* Niſi de hæreſi quis accuſetur. *24. quæſt. 2. cap. penult. §. fin. cum c. ſequente.* ¶ ſi accuſator Mortuus ſit, vel ex alia cauſa impediatur accuſationem proſequi. *2. quæſt. 8. cap. ult. §. fin.* ¶ ſi crimen propoſitum non fuerit Perfectum, non punitur: quod tamen reprobatur *de pœnitent. diſt. 1. c. quiſquis. in princ. & c. aut facta. §. eventus.* aliàs ſi crimen ad actum non pervenerit, non punitur. Nam cogitationis pœnam nemo patitur. *dict. diſt. 1. capit. cogitatio. & capit. cogitationis.* Hæc quoad hominem. Nam apud Deum diſtinctio jam dicta non admittitur, à quo etiam cogitatio punitur. *d. diſt. 1. c. nunquid. item 17. q. 1. c. voventibus. 32. q. 5. c. ſicut enim. cap. ſi Paulus. c. nec ſolo. ca. qui vident. item 32. q. 7. ca. non ſolùm.* ¶ ſi crimen commiſſum ſit Vulgare & Vſitatum. *23. q. 4. c. ſi quis poteſtatem §. fin. cum c. ſequent.* pœna ſine culpa (niſi ſubſit cauſa) non imponitur. *c. ſine culpa. 23. de reg. juris, in 6.*

ſi in hac vita *Pœnam* ſuſtinuerit, juſtificatus per hoc eſt in altera vita: approbatur ſimul & diſtinguitur, *d. q. 5. cap. quid ergò. de pœnitent. diſt. 3. cap. ſunt plures. §. authoritas illa. c. ignis ſuccenſus. cap. quærat.*

**Pœnitentia** quid. *De pœnitent. diſt. 1. c. ecce nunc. §. penult. & ult. c. tres ſunt. §. eſt enim pœnitentia. c. quis aliquãdo. §. illud autem. Verſ. eſt enim pœnitentia. & d. 3. c. 1. c. pœnitentia. c. pœnitentiam. §. fin.* ¶ Diviſio pœnitentiæ trimembris. *De pœnitentia diſtin. 1.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ca. tres ſunt.* ¶ & diviſio pœnitentiæ bimembris, in veram & falſam. *De pœnitent. diſt. 3. c. in tantum. §. fin. & c. ſceleratior. §. 1.* ¶ itidem diviſio pœnitentiæ bimembris in interiorem & exteriorem. *De pœnitent. diſtinction. 1. c. quis aliquando. §. econtra. Verſ. eſt enim pœnitentia.* ¶ Exempla pœnitentiæ. *De pœnit. diſt. 1. c. convertimini. §. unde poſt trinam. diſt. 3. c. totam. c. Achab.* ¶ Quo jure ſit introducta pœnitentia. *33. q. 2. c. audivimus. §. quia pro omnibus.* ¶ Ad quem cauſæ Pœnitentiales pertineant. *c. accedentibus. 12. de exceſſ. prælator. item 9. q. 2. c. placuit ut deinceps.*

**Poëtæ** non legendi. *diſt. 37. c. ideò prohibetur. in prin.*

**Pontifex.** *diſtinct. 21. c. cleros. §. Pontifex.*

**Poſſeſsio** adquiritur ex conſvetudine loci, qua modicum terræ loco rei tradendæ datur, vel in extremitate pallii manu apprehendentis ſuſtinetur. *capit. ex literis. 2. de conſuetudine.* Per ſolutionem penſionis res, pro qua penſio ſolvitur, tradita cenſetur. *capit. cùm veniſſet. 9. de reſtitutione ſpoliator.* ¶ Si vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt, datur eo nomine actio: Niſi cùm ob latitantem debitorem creditor in poſſeſſionem bonorum ejus miſſus eſſet, debitor cautionem offerat judicio ſiſti & judicatum ſolvi. *cap. 1. de dolo & contumacia.* Vel: Niſi miſſo tale crimen obiiciatur, quo probato poſſeſſione eſſet privandus. quod tamen reprobatur *c. accedens. 23. de accuſationibus.* ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit. *c. ſine poſſeſſione. 3. de reg. juris.*

pro *poſſeſſore* habetur qui dolo deſiit poſſidere. *c. pro poſſeſſore. 36. d. tit. de regul. juris.* Poſſeſſor malæ fidei ullo tempore non præſcribit. *cap. poſſeſſor. 2. de reg. juris, in 6.*

**Poſterorum** appellatione in pœnis non continentur per fœminas deſcendentes. *c. ubicunque. 4. de pœnis, in 6.*

**Poſtulatio** fit irrita, ſi poſtulatus interdictum non ſervarit. *c. 1. de poſtul.* ¶ Poſtulationis conceſſio fit ex gratia. *cap. bonæ memoriæ. eod. tit.* ¶ Poſtulatio, ſicut electio, eſt examinanda. *c. licet. de translat. epiſcop.* ¶ Majore parte indignum poſtulante, poteſtas eligendi ad minorem devolvitur. *c. gratum gerimus. de poſtul. prælat.* ¶ Poſtulatio communi conſenſu facta, & ſuperiori inſinuata, amplius variari non poteſt. *capit. bonæ memoriæ. eod. tit.* ¶ Poſtulatio vel electio non debet fieri per verba conditionalia vel alternativa. *ca. 2. de elect. in 6.* ¶ Poſtulari debent prælati eccleſiarum, non eligi. *c. ult. de poſtu. prælat.* ¶ Poſtulatio non valet, quæ abſentibus jus eligendi habentibus contemtis fit. *c. bonæ memoriæ. eod. tit.*

**Præbendas** duas non poteſt quis tenere ex diſpenſatione archiepiſcopi. *c. literas. de conceſſ. præb.* ¶ Præbenda non promitti poteſt antequam vacet. *capit. 2. de conceſſ. præbend.* ¶ Præbenda non integretur ſciſſione alterius. *capit. cùm cauſam. de præbend.* ¶ Præbendæ proventum quis habere poteſt, etſi canonicus non ſit. *cap. quia nonnullis. de magiſt.* ¶ Præbendarum multitudo à promotione repellit. *cap. cùm jam dudum. eod. titul.* ¶ Præbenda carere non debet, qui in canonicum receptus eſt. *cap. majoribus. & cap. relatum. de præbend.* ¶ Præbendam vel beneficium dans, quam dare non poteſt, illa evicta, quam poteſt dare tenetur. *c. inter cætera. eodem titulo.* ¶ Præbenda ſecunda recepta, prima vacat. *capit. literas. de conceſſ. præbend.* ¶ Præbenda ultra ſex menſes vacare non debet. *capit. 2. eod. tit.* ¶ De præbenda poteſt abſens per alium inveſtiri. *capit. accedens. eodem titulo.* ¶ Præbendarum proventus recipiunt ſtudentes in Theologia per quinquennium. *cap. fin. de magiſt. & cap. licet. de præbend.* ¶ Præbenda alteri per Papam collata, præripitur epiſcopo poteſtas conferendi illud beneficium. *cap. 1. de conceſſ. præbend.* ¶ Præbendæ & beneficia vacantia in curia Romana, à die vacationis poſt menſem poſſunt conferri per eos, ad quos id onus incumbit, vel abſentibus eis, ab eorum generalibus vicariis. *capit. ſtatutum. de præbend. lib. 6.* ¶ Ex præbenda una poſſunt duæ fieri. *capit. vacante. de præbend.* ¶ Si præbenda alicui ratione reſcripti debeatur, & alteri conferatur, debet ille in canonicum recipi & ſuſtentari, donec beneficium vacet. *capit. ſtatutum. de præbend. lib. 6.* ¶ Præbendarum collatio ad quem pertineat, cùm epiſcopus & capitulum debito tempore non contulerant. *capit. poſtulaſti. de conceſſ. præbend.* ¶ Præbendarum collatio ad capitulum ſede vacante non ſpectat. *cap. illa devotionis. ne ſed. vac.*

**Præcentor.** *capit. cleros. §. præcentor. diſtinct. 21.*

**Prædeſtinatio.** *23. q. 4. c. cùm quiſque. §. eſt & alia. cap. ſicut non. c. obtineri. cap. Nabuchodonoſor. capit. vaſi. item De pœnitent. diſt. 2. c. firmum. c. nullus. c. mirandum. libus. c. ſi enim. §. fin. c. Apoſtolus. c. mirandum. cap. multi. cap. citius. cap. ult. in princip. uſque ad §. charitas. item De pœnitent. diſt. 4. cap. ſi ex bono. c. benedictus. cap. novit Deus. c. in domo. cap. hanc ſocietatem.*

**Prædicans** excommunicatis poteſt ab eis eleemoſynas & victum recipere. *cap. cum voluntate. de ſentent. excommunic.* ¶ Prædicatorum fratrum privilegium & Minorum. *c. nimis. de exceſſ. prælat.* ¶ Prædicatores veſci poſſunt his quæ eis apponuntur. *capit. quam ſit laudabile. de Iuda.* ¶ Prædicationem facere debet epiſcopus vel per ſe, vel per alios. *capit. inter cætera. de offic. ordin.* ¶ Prædicare non licet laico, cujuſcunque ſit ordinis. *capit. ſicut uno. de hæret.* ¶ Prædicare non debent eleemoſynarum quæſtores. *capit. cùm ex eo. de pœnit. & remiſſ.*

**Prælatus** eſſe non poteſt ſecularis, vel regulam non profeſſus. *c. cùm in-ſam. de elect.* ¶ Prælati non committant vices ſuas vel eccleſias, ſub annuo cenſu. *cap. 1. ne præl. vic. ſu.* ¶ Prælati factum non præjudicat eccleſiæ. *c. cum noſtris. de conceß. præbend.* ¶ Prælati non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lati non onerent ſubditos exactionibus, vel pluribus equorum alimentis in viſitatione. *capit. quia plerique. de immunit. eccleſ. & cap. cùm Apoſtolus. de cenſibus.* ¶ Ad prælaturam ſe nemo præſentare debet. *capit. per noſtras. de jur. patr.* ¶ Prælatus plus juris habet in conceſſione eccleſiæ, quàm patronus in præſentatione. *capit. dilectus. de offic. deleg.* ¶ Prælatus eſt procurator rerum eccleſiaſticarum, non dominus. *capit. fraternitatem. de donat.* & rerum eccleſiaſticarum conditionem meliorem facere poteſt, deteriorem neutiquam. *ibid.* ¶ Prælati inferiorum privilegia diminuere poſſunt. *capit. ad petit. de accuſat.* ¶ Prælati judicium ferri candentis ſubire non debent, nec tali purgationi intereſſe, vel authoritatem præſtare. *capit. ex literis. de exceſſ. prælat.* ¶ Prælatus tenetur ſubdito, ad auſteriorem religionem migrare volenti, licentiam dare. *capit. licet quidam. de regul.* ¶ Prælati non debent intereſſe corporali punitioni alicujus. *d. capit. ex literis. de exceſſ. prælat.* ¶ Prælaturam amittat, qui ad ordines promoveri non poteſt. *capit. ut Abbates. de ætat. & qualitat. ordin.*

## Præpoſitus.

*c. quamvis. 9. de verborum ſignific.*

in *Præpoſitum* non eſt ordinandus, niſi presbyter vel diaconus. *diſt. 60. c. nullus.*

## Præſcriptio

non valet abſque bona fide & juſto titulo, maximè rerum eccleſiaſticarum. *capit. quoniam omne. de præſcript. & capit. vigilanti. capit. ſi diligenti. eod.* ¶ Præſcriptio quæ ſine peccato ſervari non poteſt, non valet. *capit. veniens. eodem titulo.* ¶ Præſcriptionem non inducit longa uſurpatio. *capit. cauſam. eodem titulo.* ¶ Præſcriptio nulla contra eccleſiam currit, niſi quadraginta annorum, ſola autem centenaria contra Romanam eccleſiam. *capit. illud. capit. ad audientiam. & capit. de quarta. eodem titul.* ¶ Præſcriptionem elidit interruptio. *eodem cap.* ¶ Præſcriptio non currit contra obedientiam. *capit. cùm non liceat. eodem titul.* ¶ Præſcriptio non currit contra epiſcoporum conſtitutionem, & contra procurationem eis debitam. *capit. accedentes. & capit. cùm ex officij. eodem titulo.* ¶ Præſcriptio non currit tempore ſchiſmatis. *capit. cùm nobis. eodem titulo.* ¶ Super præſcriptione poſſunt teſtes produci. *capit. illud. eod. titulo.* ¶ Laicus non poteſt decimas nec præſcribere, nec detinere. *cap. cauſam. eodem titulo.* ¶ Præſcriptio omnem actionem excludit. *capit. ad aures. eodem titul.* ¶ Præſcribere poteſt abbas jus epiſcopale. *capit. auditis. eod. tit.* ¶ Præſcriptionem interrumpit Synodalis proclamatio. *cap. ſanctorum. eod. tit.* ¶ Præſcriptio non currit tempore hoſtilitatis. *c. ex transmiſſa. eod. tit.*

## Præſumptio

violenta evidentiſſimam probationem requirit. *cap. veniens. 3. in fine. de presbytero non baptizato.* ¶ Semel malus, ſemper præſumitur malus. *cap. ſemel. 8. de reg. juris, in 6.* ¶ Ignorantia præſumitur, niſi probetur ſcientia. *c. præſumitur. 47. de reg. juris.* ¶ Qui contra jura mercatur, bonam fidem non habere præſumitur. *c. qui contra. 82. de reg. juris.* ¶ Præſumitur quilibet bonus, niſi probetur contrarium, & quòd nemo ſit immemor ſuæ ſalutis. *cap. dudum. & capit. cùm in juventute. de præſumpt.* ¶ Præſumptio quandoque purgationem inducit, & qualis. *cap. ſi quis de gradu. de purgat. canon.* ¶ Ex præſumtione violenta poteſt quandoque ſententia ferri, pro veritate enim habetur. *cap. literis. c. nullus dubitat. c. illud quoque. c. tertio loco. de præſumt.*

## Precarii

differentia & precariarum. *cap. ult. de precariis.* ubi dicitur, quòd precarium mutata voluntate concedentis, vel ejus cui concedens alienavit, revocari poteſt: precariæ verò non item. ¶ Solvitur item precarium morte ejus qui precario rogavit. *d. capit. ultim. verſi. ſolvitur quoque.* ¶ Solvi quoque videtur precarium morte concedentis. Sed hæc cauſa reprobatur. *d. c. ult. verſic. non etiam concedentis.*

de *Precariis* eccleſiaſticis qualiter fieri debeant. 10. *quæſt. 2. capit. precariæ à nemine.* ¶ De precariis quolibet quinquennio renovandis cavetur *d. quæſt. 2. c. precario de quinquennio. & capit. 1. de precariis.* Niſi ita factum ſit precarium, ne unquam revocari poſſit. quod tamen reprobatur *cap. de precariis. 2. d. titul. & d. quæſt. 2. capit. de precariis.*

## Presbyteri

& presbyteræ. *diſt. 21. c. cleros. §. presbyter. diſt. 32. cap. ult. diſt. 84. c. ult.* ¶ Presbyter non celebret vaſe ligneo, nec de pane fermentato, nec ſine aqua & vino, & plus apponat de vino quàm de aqua. *capit. literas. & capit. pernicioſus. de celebr. miſſ.* ¶ Presbyter in fraudem eccleſiæ nil de bonis ejus ſuo vel alieno nomine emere poteſt. *capit. presbyter. & capit. inquirendum. de pecul. cler.* ¶ Presbyteris debet condecens beneficium dari. *capit. extirpandæ. de præb.* ¶ Presbyter clericum ſecum habeat, nec ſine eo celebret. *capit. ut quisque. de vit. & honeſt. cleric.* ¶ Presbyteri officium eſt prædicare. *capit. quod Dei timorem. de ſtatu monach.* ¶ Presbyter duobus digitis amiſſis non celebret. *c. presbyter enim. de cler. ægrot.* ¶ Presbyter res eccleſiæ ſine juſta cauſa non pignori det. *cap. 1. de pign.* ¶ Presbyterum interficientis pœna. *cap. 2. de pœnit. & remiſſ.* ¶ Presbyter qui non jejunus celebrarit, beneficio privatur. *c. ſi conſtiterit. de accuſ.*

## Primas

non appellandus eſt univerſalis. *diſtinct. 99. c. nullus.* Primas non appellandus eſt Princeps ſacerdotum vel ſummus. *d. diſt. 99. c. primæ.* ¶ Archiepiſcopi primatibus obedientiam debent, & ab illis ad hos provocatur, non contra. *diſt. 99. in prin. §. ab archiepiſcopis. & c. 1. verſic. ad quos epiſc.*

## de Primicerii

officio circa acolytos, exorciſtas, cantores atque lectores & alia. *diſt. 25. c. 1. §. ad primicerium. c. unico, de officio primicerii.*

## Primitiarum

origo. *cap. 1. §. at verò. de decimis.* ¶ Primitiæ perinde ac decimæ ſacerdotibus ſunt ſolvendæ. *di-*

*ſtinct.* 32. *c.præter hoc.* §. *deinde.* Quantum autem primitiarum nomine ſolvendum. *d.* §. *at Verò. Verſicul. traditionem quoque.* Primitiæ perinde ac decimæ ſunt in diſpoſitione epiſcopi. *d.* §. *deinde. Verſicul. & ut ipſæ.* ¶ Primitiæ inter diaconos & alios clericos dividendæ. *d.c.omnium.* 4. §. *manifeſtum.*

**Primogenitus.** *cap. Ioſeph.* 5. *de Verb. ſignific.*

**Prior** tempore, potior jure. *c.qui prior.* 54. *de reg. juris, in* 6.

de *Prioris* officio. *c.cùm ad.* 6. §. *prior autem. de ſtatu monachorum.*

**Privilegium** perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona. *cap.privilegium.* 7. *& cap.quod alicui.* 74. *de reg. juris, in* 6. ¶ Decet conceſſum à principe beneficium eſſe manſurum. *c.decet.* 16. *cum ca. ſequente. eod. titul.* ¶ Quod ob gratiam alicui conceditur, non eſt in ejus diſpendium retorquendum. *c.quod ob gratiam.* 61. *eod. tit.* ¶ Privilegia ſtricti juris ſunt. *cap.porrò. de privileg.* ¶ Privilegia extenduntur ad ea tantùm quæ in eis continentur. *capit.ex parte. eod. tit.* ¶ Privilegium monaſterio concedi non poteſt, antequam ibi canonica inſtitutio facta fuerit. *capit.ad audientiam. de eccleſ. ædific.* ¶ Privilegiorum generalium explanatio. *capit.ut privilegia de privileg.* ¶ Privilegia poſſunt & laici eccleſiis conferre. *capit.cum laici. de reb. eccleſ. non alien.* ¶ Privilegio ſuo poteſt quis renuntiare. *capit.ſi de terra. de privileg.* ¶ Privilegium per ſubreptionem obtentum non valet. *capit.cùm olim. de ſentent.* ¶ Privilegium ſtatim atque ad notitiam eorum, quibus indulgetur, pervenit, vim habet. *cap.fin de privileg. in* 6. ¶ Privilegium & conſuetudo juri communi derogant. *capit.cùm contingat. de for compet.* ¶ Privilegium lite pendente impetratum non valet, niſi in eo litis mentio fiat. *capit.cauſam.* 2. *de teſtib.* ¶ Privilegium ſine exceptione conceſſum ad præterita & futura extenditur. *capit.quia. de privileg.* ¶ Privilegium, niſi urgente ratione, dari non debet. *capit.ſanè. de privileg.* ¶ Privilegium ſine alterius injuria concedendum eſt. *capit paſtoralis. eod. tit.* ¶ Contra privilegium Papæ ſententia lata non valet. *cap.dudum. eod. tit.* ¶ Privilegio clericali non poteſt renunciari. *capit.ſuborta. de ſent. & re judic.* ¶ De privilegio à Papa conceſſo, ipſemet ſolus judicat. *capit.cùm veniſſent. de judic.* ¶ Privilegium Ciſter. de decimis non ſolvendis qualiter ſe extendat, *vide in c.ex parte* 1. *de decim.* ¶ Privilegio 100. annorum gaudet eccleſia Romana in præſcriptionibus. *c.ad audientiam. de præſcript.*

*Qua ratione privilegium amittatur.*

Privilegium ratione delicti amittitur. *capit. ad abolendam. de hæret.* ¶ Privilegio privatur, qui conceſſa ſibi poteſtate abutitur. *c.tuarum. de privileg.* ¶ Contra privilegium faciens, eo privatur. *c. cùm acceſſiſſent. de conſtit.* ¶ Privilegium non amittitur, etſi intra quinquaginta annos ea non utatur. *capit. ad audientiam. de præſcript.* ¶ Privilegium ſequens primo non præjudicat, niſi ejus mentionem faciat. *capit.dudum. de privileg.* ¶ Clericus per enorme crimen à privilegio cadit. *capit.cùm non ab homine. de judic.* Item temerariè Romanam eccleſiam occupans. *capit.licet. de electione.* Item in hæreſin cadens. *cap.ad abolendam. de hæret.* Item contrahens cum vidua vel corrupta. *capit.Ioannes. de cleric. conjugat.* Item de furto ſuſpectus *cap.*1. *de depoſ.* Item ſi ſtatim repercutit. *c.ſi vero alicujus. de ſent. excommun.* Item ſi admonitus non deponat arma. *cap.in audientia. eod. tit. & c.perpendimus. ibid.* Item turpiter agens cum perſonis quæ exprimuntur. *c.ſi Verò. eod. tit.* Item ratione diſciplinæ caſtigatus. *cap.cum voluntate. eod. titulo.* Item ſi in minoribus ordinibus conſtitutus matrimonium contrahat. *capit.ex parte. de cler. conjug.* Item degradatus. *cap.nimis. de Verbor. ſignific.* Item admonitus ſecularia negotia non poſtponens. *capit. ult. de Vit. & hon. cler.*

**Probatio.** *cap.forum.* 10. §. *probatio. de Verb. ſignif.* ¶ Probatio conſtat ex duobus. *c.forus. de Verb. ſignif.* ¶ Probatio contra legitimam probationem non eſt admittenda. *cap.juravit. de probat.* ¶ Probatio debet, eſſe certa & clara. *ibidem.* ¶ Probatio non exigitur in notoriis. *cap.tua nos. de cohabit. cler.* ¶ Quæ ad probationem ſingula non valent, multa proſunt. *cap. cùm cauſam. de probat.* ¶ Probatio virginitatis per aſpectum, prævalet juramento viri. *cap.propoſuiſti. eod. tit.* ¶ Probatio ex multis præſumptionibus & fama, ſufficiens dicitur. *capit.præterea. de teſtib.* ¶ Actore non probante, reus abſolvitur. *capit.cum eccleſia. de cauſ. poſſeſſ.* ¶ Probationibus æqualibus exiſtentibus, liberatur reus, niſi in cauſa libertatis. *capit.ex literis. de probat.* ¶ Probationi accuſantium conſanguinitatem in matrimonio plus deferendum, quàm defendentium. *capit.juravit. de probation.* ¶ In probationis defectum ſuccedit juramentum. *capit.ſicut conſuetudo. de probat.* ¶ Probatur crimen quandoque per confeſſionem: *ut cap.cùm ad ſedem. de reſtitut. ſpoliat.* quandoque per famam: *ut cap.ſicut. de probat.* quandoque per inſtrumentum: *ut c.*2. *de fid. inſtrum.* ¶ Probationis tempus quare ſit religioſis conceſſum, *vide in c.ad apoſtolicam ſedem. de regul.*

**Proceſſus** de ſimplici & plano qualis ſit. *Clement.* 2. *de Verb. ſignific.* ¶ Proceſſus contra formam juris vel reſcripti non valet. *c.ex parte. de offic. jud. deleg. & c.cum dilecta. de reſcript.*

**Procuratio** viſitationem perſonalem requirit, aliàs peti non poteſt, quæ tamen ſecundùm eccleſiæ facultates, vel conſuetudinem loci ſtatuenda eſt. *capit.cùm apoſtolus. de cenſib.* ¶ Prælati inferiores & ſuperiores, tempore viſitationis abſentes vel præſentes, nec pecuniam, nec munera, ſed ſolam ſuſtentationem recipere debent. *Gregorius X. t. de cenſib. lib.* 6.

*ſib. lib. 6.* ¶ Procuratio debetur archiepiſcopo ab omnibus eccleſiis quas viſitat. *capit. cùm ex offic. ij. de præſcript. & capit. ſopitæ. de cenſibus.* ¶ Petenda non eſt procuratio in ſacris ſeu grangiis monachorum. *capit. ultim. de cenſ.* ¶ Procurationem præſtare tenetur eccleſia epiſcopo viſitandi. *capit. cùm venerabilis. eod. titul.* ¶ Et monachi diœceſano. *capit. venerabili. eod. titul.* nec præſcriptio contra hoc currit. *ibidem.* ¶ In conſtituendis procurationibus requiritur patroni voluntas. *cap. quanto creatori. eod. tit.* ¶ Legatis & nuntiis Papæ ab omnibus debetur procuratio, niſi ſpecialiter ſint exempti. *capit. accedentes. de præſcript. & capit. cum inſtantia. de cenſibus.* ¶ De procuratoribus eccleſiarum noviter converſarum nota formam, *in capit. ſuper eo. de cenſibus.*

**Procurator** in quavis cauſa, in literis mandati clauſulam de rato habere debet. *c. cùm cauſam. de juram. calumn.* ¶ Procuratoris falſi exceptio poſt ſententiam latam non valet. *cap. in noſtra. de procur.* ¶ Procurator ab excommunicatis conſtitutus an valeat, *vide in capit. conſulti. eod. titul.* ¶ Procuratoris confeſſio obeſt domino. *capitul. 1. de poſtul.* ¶ Procuratoris negligentia non debet obeſſe domino. *cap. cùm veniſſent. de reſtitut. in integr.* ¶ Pro procuratoris abſentia non eſt dominus puniendus. *capit. 1. ut lit. non conteſt.* ¶ Procurator illud ſolum poteſt, quod ſibi committitur. *cap. innotuit. de election.* ¶ Procuratores duo in una cauſa conſtitui poſſunt. *cap. in noſtra præſentia. de procurat.* ¶ Procuratorem conſtituere nullus cogitur in gravibus. *capit. querelam. de procurat.* ¶ Procurator non admittitur in cauſa criminali *cap. veniens. de accuſat.* ¶ Propter procuratoris contumaciam non poteſt dominus excommunicari. *capit. 1. ut lit. non conteſt.* ¶ Procuratores prælatorum in conciliis ad negotiorum tractationem ſunt admittendi. *capit. final. de iis quæ fiunt à prælat.* ¶ Procurator excommunicatus non admittitur. *cap. poſt ceſſionem. de probat.* ¶ Procuratorium mandatum revocans in diſpendium adverſarii, condemnatur in expenſis. *capit. auditis. de procur.* ¶ De procuratoribus pluribus datis prior tempore potior jure. *cap. non injuſtè. eodem. titul.* ¶ Procurator in prima inſtantia, appellationis cauſam, niſi velit, proſequi non tenetur. *ibidem.* ¶ Procurator ſecùndus non admittitur, qui primi factum non ratificaverit. *cap. 1. de procur.*

**Profeſſione** in omni ſemper intelligitur Papæ authoritas excepta. *c. Deus qui. de vit. & honeſt. cler.* ¶ Ante profeſſionem exiens liberè redire poteſt ad ſtatum priſtinum. *capit. ſuper eo. de regul. & tranſeunt.* ¶ Profeſſo licet tranſire ad ſuperiorem religionis ſtatum, venia tamen priùs à ſuo prælato impetrata. *cap. ſanè. eod. tit.*

**Promiſſio** non infringitur, cùm in meliora commutatur, *c. pervenit. 2. de jurejuran.* ¶ Promiſſio juramento firmata non tenet, conditione appoſita in forma juramenti non ſervata. *ibidem.* ¶ In promiſſione quamvis firmata juramento, ſuperioris authoritas ſemper excipitur. *capit. venientes eod. titul.* ¶ Promiſſio beneficii, nullo in eccleſia vacante, non valet. *ca. final. de conceſ. præbend.* ¶ Promiſſio eccleſiæ obſequii cauſa eſt ſimoniaca. *cap. cùm eſſent. de ſimon.*

**Promotio** impeditur propter defectum ſcientiæ. *cap. congregato. de election.* ¶ Promovens indignum punitur, ſicut & promotus. *c. nihil eſt. eod. tit.* ¶ Promotionem impedit macula in oculo promovendi. *cap. cùm de rua. de corpor. vitiat.* ¶ Promotus removetur propter homicidium & ſimoniam. *cap. inquiſitionis. de accuſat.*

**Proteſtatio** fit, ne ab altero præjudicium juri ſuo fiat. *cap. ſuborta. de ſentent.* ¶ Factum contra proteſtationem non valet. *cap. cùm acceſſiſſent. de conſtitut. & cap. 1. de iis quæ vi metúsve.*

**Pſalmiſta.** *diſt. 21 cap. cleros. §. lectores.* ¶ Pſalmiſta orario uti non debet. *diſt. 23. c. non oportet.*

**Puberes** unde dicantur, quando dicantur tales, & qualiter per corporis aſpectum dignoſcantur. *cap. puberes. de deſponſ. impub.* & quando poſſint mortaliter peccare. *cap. 1. de delict. pu.*

**Publicato** ſcrutinio, non poſſunt electores ſua vota variare. *c. publicato. de elect.* ¶ Poſt publicationem teſtium poſſunt alii teſtes induci, dum prælatus de crimine inquirit. *capit. cùm clamor. de teſtib.* ¶ Publicatis atteſtationibus, non ſunt iteratò teſtes interrogandi. *c. per tuas. eod. tit.* niſi in favorem matrimonii. *c. conſtitutus. 2. de teſtib.*

**Pueris** non committatur animarum cura. *c. ex ratione. de ætat. & qualit. præfic.* ¶ Pueri reputantur, qui 14. annos agunt. *ca. referente. de delict. puer.*

de **Purgatorio.** *ca. unum §. unde Auguſtinus. uſque ad fin. cap. qualis. c. qui in aliud. diſt. 25. item c. ultim. §. non promittimus tamen, cum ſequentib. de pœnitent. diſtinct. 7.*

**Purgatio** propter infamiam indicenda eſt. *l. cùm oporteat. de accuſat.* ¶ In purgatione deficiens pro convicto habetur. *capit. inter. de purgat. canonic.* ¶ Formam jurandi, in purgatione ſuper ſimonia. *vide in cap. quoties. de ſimon.* ¶ In notoriis non eſt indicenda purgatio, ſed condemnatio facienda. *capit. cùm dilectus. eod. titul.* ¶ Purgatio iudicenda eſt clerico ſuſpecto. *c. ſi quis. de rapt.* ¶ Purgare nemo ſe tenetur, niſi de eo de quo infamatus eſt. *capit. ult. eod. titulo.* ¶ Purgatio indicenda eſt infamato, deficientibus accuſatoribus & teſtibus. *cap. nos inter. eod. titul.* ¶ Compurgatores quales ſint, *c. cum P. de purgat. canon.* & quid jurare debeant. *c. de teſtib. eod. titul.* ¶ Purgatio per ferrum candens & ſimilia interdicuntur. *cap. dilecti filii. de purgat. vulg.* ¶ Purgatores ſunt ſtrictè examinandi, ſicut teſtes. *c. conſtitutus. de*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*purgat. canonic.* ¶ Purgatores ſcire debent vitam & converſationem ipſius purgandi. *cap. cum P. eod. titul.*

Q.

**Quadrageſima** non impedit, quin in ipſa famis neceſſitate liceat carnes comedere. *capitul. 2. de obſervat. jejun.*

ſi **Quadrupes** damnum dederit, datur actio, ut vel damnum ſarciatur, vel quadrupes noxæ dedatur. *capit. ultim. §. quod ſi animal. de injuriis.* ſecus ſi fera beſtia, vel quæ conſuevit nocere, damnum dederit: hanc enim dando dominus non liberatur. *dict. §. quod ſi animal. verſicul. quod tamen ad liberationem.* vel ſi culpa domini, quadrupes damnum dederit. *dict. §. quod ſi animal. verſicul. & quam debueras. item capi. ſi bos. 3. & capit. ſi læſerit. 4. eodem titulo.*

*Quadrupes* quæ nocuit, etiam ordinaria pœna punitur. 15. *q. 1. c. firmiſſimè. §. unde etiam de brutis. §. fin. cum c. ſeq. Mulier.*

R.

**Raptores** ſunt excommunicandi, nec ad pœnitentiam recipiendi, niſi bona ablata reſtituant: pœnitentes tamen in morte in cœmiterio ſunt ſepeliendi. *cap. 1. & 2. de raptor.* ¶ Raptores rerum quæ naufragiorum ſunt, ipſo jure ſunt excommunicati: qui verò quæ navi vehebantur rapuerunt, excommunicandi ſunt. *c. excommunicat. eod. tit.*

**Raſura** debet eſſe in clerico competens. *c. 1. de vit. & honeſt. cler.* ¶ Raſura in literarum vel inſtrumentorum locis ſuſpectis, literas vel inſtrumentum vitiat. *cap. cùm olim. 2. de privileg.* ¶ Raſura in inſtrumento, ipſum non vitiat, ſi per conſequens antecedens intelligi poſſit. *c. ex parte. de fid. inſtrum.*

**Ratione** legis ceſſante, ceſſat lex. 1. *q. 7. ca. quod pro remedio.* & ubi eadem ratio, ibi idem jus conſtituendum eſt: Niſi aliquid contra jus commune ſtatutum vel introductum ſit. hoc enim ad ſimiles caſus non eſt trahendum. *cap. quæ à jure. 28. de regul. juris, in 6.* item Niſi propter neceſſitatem aliquid ſtatutum ſit: nam nec hoc ad ſimiles caſus trahendum. *c. in argumentum. 78. de reg. juris, in 6. 1. q. 7. ca. quod pro remedio. 9. quæſt. 1. cap. ordinationes. §. quamvis. capit. cùm in cunctis. 7. in princip. verſ. ea propter. de elect. cap. in cauſis. 19. in fin. de ſententia. & re jud.*

*Rationes* vim legis habere dicuntur à Gratiano. *diſt. 1. c. conſuetudo. § porrò.*

**Ratum** quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum. *capit. ratum. 9. de regul. juris, in 6.* ¶ Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. *cap. ratihabitionem. 10. de regul. juris.* ¶ Ratihabitio ſubſequens confirmat contractum præcedentem. *cap. acceſſit. de ſponſ. impub.* Ratihabitio confirmat matrimonium, quod ab initio non fuit. *cap. inſuper. qui matrimon. accuſar. poſſ.* ¶ Ratihabitio confirmat religionem. *capit. cùm virum. de regular.* Item ſententiam. *c. cùm ad ſedem. de reſtitut. ſpoliat.* Item confirmat procuratoris tranſactionem, ita ut eam nemo poſtea retractare poſſit. *c. contingit. de tranſact.*

**Recognitio** delicti extra judicium nocet, ſicuti confeſſio. *cap. per inquiſitionem. de elect.*

**Reconcilientur** cœmeteria, in quibus excommunicati ſunt ſepulti, aqua benedicta ſolemniter inſperſa. *cap. conſuevisti. de conſecr. eccleſ.*

**Reconventionis** & exceptionis differentia. *cap. cùm dilectus. 2. de ordine cognitionum.*

**Reconvenire** poteſt reus actorem in eodem judicio: & conventio & reconventio paribus paſſibus ambulare debent. *d. ca. cùm dilectus. 2. §. nos autem diſtinguendum. verſ. quanquam in idem. item cap. 1. de mutuis petitionibus.* Niſi interdicto recuperandæ poſſeſſionis agatur: huic enim reconventio non poteſt opponi. *cap. ultim. de ordine cognit. item c. ad ultimum. 2. de cauſa poſſeſſionis.* fallit etiam ſupradicta regula, ſi excommunicatus reconventionem opponat. *cap. cùm inter. §. fin. de exceptionibus.* tertiò fallit ſi apud alium quam actionis judicem reconventio opponatur. *capit. diſpendia. 3. §. reus quoque. de reſcriptis, in 6.* Quartò, ſi apud arbitros cauſa agatur. *capit. cum dilectus. 6. de arbitris.* ¶ Modus procedendi per reſcriptum conventioni præſcriptus, etiam reconventioni datus intelligitur. *cap. prudentiam. 2. de mutuis petitionib.*

**Regula.** *diſtinct. 3. c. regula. in princip.*

**Religionem** intrans, dummodò ſit ſanus, nil eccleſiæ parochiali tenetur præſtare. *cap. de his. de ſepult.* ¶ Religionis habitum poteſt quis in domo propria ſuſcipere & tenere. *cap. ex parte tua. de converſ. conjug.* ¶ Religionum diverſitas reprobatur, maximè mendicantium. *ca. ne nimia. de religioſ. domib.* ¶ Religionem ingredi non prohibentur conjugati, ante carnalem copulam. *capit. verum. de converſ. conjugat.* ¶ In religione per annum commoratus, nec ad ſæculum redire, nec uxorem ducere poteſt. *capitul. conſuluit. eodem titulo.* ¶ Conjugatus, poſt carnalem copulam religionem ingredi non poteſt, niſi de licentia uxoris ſuæ. *cap. ad apoſtolicam ſedem. de converſ. conjugat.* qui verò ita ſemel ingreſſus eſt, repeti non poteſt. *capit. dudum. eod. tit.* ¶ Impubes religionem ingredi non poteſt, niſi de licentia parentum. *cap. 2. de regular.* nec invitus, vel in ætate non legitima, aliàs à parentibus extrahi poteſt. *cap. 1. eodem titul.* ¶ Religionem intrans ante quatuordecimum annum conſummatum, pœnitere poteſt. *capitul. ad noſtram. eod. titul.* ¶ Religio tenuis quæ dicitur, *capit. & ſi quæſtiones. de Simon.* ¶ Cum religioſis facilius diſpenſatur, quàm cum laicis, quoad ordines. *capit. ex literarum. de apoſtat. & reiter. baptiſ.* ¶ De religione ad religionem magis arctam tranſiri poteſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poteſt. *c. licet. de regula.* ¶ Religionis habitum aſſumens, etſi vidua, etſi in domo propria, reſilire non poteſt amplius. *c. vidua. de regularib.* ¶ Religioſus de religione ad religionem ex levitate non tranſeat, aliàs ad arctiorem tranſire poteſt. *c. Ioannes. eod. tit.* ¶ Religionem intrans, renuntiare poteſt annali probationi. *c. ad apoſtolicam. eod. tit.* ¶ Religioſus ante profeſſionem exiens, quando uxorem ducere poſſit, quando non, *vide in c. conſulti. eod. tit.* ¶ Religionem intrans non habet habitum profeſſorum. *ca. ſtatuimus. eod. tit.* ¶ Religione exiens ad reditum cogendus eſt, & per prælatum revocandus. *c. ult. eod. tit.* ¶ Religionem ingreſſus per metum qui in conſtantem virum cadere poteſt, non obligatur ad religionem. *c. 1. de iis quæ vi metúsve.* ¶ Religioſis interdicitur chirurgia. *ca. tua nos. de homicid.* ¶ Religioſus nec fidejubere, nec mutuum accipere poteſt, ſine conſenſu capituli vel abbatis. *cap. quod quibuſdam. de fidejuſſ.* aliàs conventus ſolvere non tenetur. *ibid.*

**Religioſus** locus, efficitur locus ad hoſpitalitatis uſum deputatus. *c. ad hæc. 4. de religioſ. domib.* ¶ Locus in quem mortuus illatus eſt, religioſus efficitur: Niſi hæreticus eò ſit illatus. *c. quicunque. 2. in prin. verſ. & locus ille. de hæreticis, in 6.*

res ſacra vel **Religioſa** alienari, obligari, vel civilibus uſib. commodari non poteſt. 12. *q. 2. c. nulli. cap. prædia. item de reg. juris, in 6. c. ſemel. 51.*

ante **Relationem** conſultationis exemplum litigatoribus edendum. *c. intimaſti. 68. de appellationib.* ¶ Ne relatione pendente judex pronunciet, vel aliquid innovet. *c. licet. 5. de officio legat. 2. q. 1. c. nomen. verſ. quod nec in negociis.* ¶ Relatione facta & reſponſo accepto, ſententiaque exinde lata, appellatio denegatur. *2. q. 6. c. biduum. §. ſi.*

ad quos ſit **Recurrendum**, ſi ſacræ ſcripturæ authoritas deſit. *diſt. 20. c. ult.*

**Reliquiæ** non debent exponi venales, & antiquæ extra capſam non ſunt oſtendendæ. *c. 2. de reliquiis.* ¶ Reliquiæ de novo inventæ, abſque Papæ approbatione non ſunt venerandæ. *c. 1. eod. tit.*

**Remedium** *c. redintegranda. 3. quæſt. 1. c. redintegranda.*

**Remiſſionis** literas poſſunt epiſcopi concedere: & quantum generales remiſſiones valeant, *vide in c. noſtro. & c. quod autem. de pœnit. & remiſſ.*

**Renuntiare** non videtur, qui deceptus aliud facit. *c. lecta. de renuntiat.* ¶ Renuntians epiſcopatui quando ad illum reſumi poſſit. *c. poſt tranſlationem. eod. tit.* ¶ Renuncians beneficio poteſt ad illud denuò admitti. *capit. veniens. eod. tit.* ¶ Non renuntiat juri ſuo, qui gratiæ ſe committit. *ibidem.* ¶ Renuncians inſtrumentis, liti renuntiaſſe videtur. *capit. cùm pridem. de pac.* ¶ Renunciare poteſt quilibet juri ſuo. *c. ſtatuimus. de regular.* ¶ Renunciare poteſt quis tacitè privilegiis ſuis. *capit. accedentibus. de privileg.* ¶ Renuntians beneficio in manu laici, ipſo jure eo privatur. *c. quod in dubiis. de renunciat.* ¶ Renunciatio benè regentis, non eſt facilè admittenda. *cap. niſi cùm pridem. eod. titul.* ubi ſimul notantur cauſæ renunciationis. ¶ Renunciatione facta, ipſo jure irrita ſunt inſtrumenta. *c. ſanè. eod. tit. & cap. cùm pridem. de pact.* ¶ Archiepiſcopus renuncians, in illo loco pallio uti non poteſt. *c. ad ſupplicationem. de renunciat.* ¶ Renunciare quis poteſt beneficio ſibi conceſſo, ſed non collegio dato. *capit. ſi diligenti. de foro compet.* ¶ Renunciare quis non debet beneficio abſque conſenſu epiſcopi, & quando repetere poſſit renunciationem. *c. admonet. & c. ſanè. de renunciat.* ¶ Renuncians beneficio metu vel vi, illud non perdit. *ca. ad audientiam. de iis quæ vi.* ¶ Renuncians beneficio ſuo coram judice competenti, illud repetere non poteſt. *cap. accepta. de reſtit. ſpol.*

**Repreſſaliæ** dantur, quando generalis rerum retentio, auctoritate principis vel civitatis, pro damni recompenſatione indulgetur. *c. dominus. 23. q. 2.* ¶ Repreſſaliæ de jure canonico & civili prohibentur, unde in repreſſaliis ultra ſortem nihil debet accipi. *cap. unic. lib. 6. de repreſſ.* ¶ Repreſſalias concedentes contra clericos, vel accipientes, ſi ſingulares ſunt perſonæ, excommunicationis, ſi univerſitas, interdicti ſententiam incurrunt, niſi intra menſem retractent. *ibid.*

**Rei vendicatio** non niſi adverſus rei poſſeſſorem competit: Niſi dolo deſierit poſſidere: hic enim pro poſſeſſore habetur. *cap. pro poſſeſſore. 36. de reg. juris.* ¶ Rei vendicatione inſtituta, regulariter quidem ipſa res venit in condemnationem. Niſi res ſit conſecrata: tunc enim æſtimatio ejus venit præſtanda. 14. *q. 6. c. 1. §. fin. cum cap. ſeq. Comperimus.* ¶ Rei vendicatio ibi, ubi res eſt de qua contenditur, competit. *c. ſanè ſi. 3. de foro competenti.* ¶ In rei vendicatione actor rem quam petit, tenetur ſpecificare ac deſignare. *c. ſignificantib. 2. de libelli oblatione.* ¶ In rei vendicatione ſuccumbit actor non probans cauſam ex qua petiit, licet poſt actionem in judicium deductam ex alia cauſa dominium ſit nactus. *c. abbate. 3. de re judicata, in 6.* ¶ In rei vendicatione actor reo ſumptus, quos in rem bona fide fecit, tenetur reſtituere. A qua regula excipitur precium, quo rem comparavit. 16. *q. 3. c. penult. §. univerſas.* ¶ Rei vendicatio longi temporis præſcriptione eliditur. *c. cùm olim. 18. de præſcriptionibus. 16. q. 3. c. placuit ut quicunque. §. præſcriptionum.*

**Reſidentiam** non faciens canonicus admonitus, nec appellationem ob hoc factam proſequens, privetur præbenda. *capit. pervenit. de appellat.* ¶ Reſidens intelligitur, qui jura eccleſiæ ſuæ proſequitur. *capit. cùm dilectus. de cler. non reſid.* ¶ Reſidere nolens, admonitus, beneficio privetur. *c. ex parte. eodem titulo.* ¶ Reſidens dicitur, qui in ſervitio eſt Papæ, vel epiſcopi, vel juſta de cauſa abeſt ex



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

licentia. c.ad audientiam. & c.relatum. eod. tit. ¶ Ad reſidentiam compelli poſſunt clerici per ſuos prælatos. c.cùm ad hoc. eod. tit. ¶ Reſidens ſtudii cauſa, quantum recipere debeat, vide in ca. licet. de præb. ¶ Reſidere debet quilibet per ſe, non per alium. c.conquerente. eod. tit. ¶ Non reſidens, poſt citationem, per ſex menſes eſt expectandus. cap. tuæ. eod. tit. ¶ Non reſidens, etſi Cardinalis, eccleſia privandus. c.2. eod. tit.

**Reſponſa** Prudentum. vide ſuprà in litera O. Opiniones.

**Reſtituere** in integrum, ad quem ſpectat, vide in c.cauſa. de reſt. in integr. ¶ Reſtitutio fieri non debet, antequam citetur reus, ſi contumax non eſt. c.quoniam frequenter. ut lit. non conteſt. ¶ Reſtituenda eſt poſſeſſio cum omnibus quæ interim percipi potuiſſent. cap. gravis. de reſtitut. ſpol. Spoliatis per ſententiam iniquam bona reſtituenda ſunt. c.ex inſinuatione. de procur. ¶ Reſtitutio prius facienda eſt in cauſa poſſeſſionis, ante litis ingreſſum. c.1. & 2. de reſtitut. ſpoliat. ¶ Reſtitutio in ſpiritualibus peti poteſt. capi. cùm veniſſent. de reſtitut. in integr. ¶ Reſtituendus eſt prædo ſecundùm juris rigorem, & de reſtitutione prius agendum, quàm de canonica inſtitutione. c.literis. de reſtit. ſpoliat. ¶ Reſtitutionem poteſt petere eccleſia, etiam contra latam ſententiam. c.ex literis. de reſtitut. in integr. ¶ Reſtituta uxore, debent omnia ejus bona ſimul reſtitui. c.accedens. 2. ut lit non conteſtat. ¶ Reſtitutionem petenti non poteſt adverſarius crimen opponere. cap. item cùm quis. de reſtitut. ſpoliat. ¶ Reſtitutionem petens quid probare debeat. c.olim. 4. eod. tit. ¶ Ad reſtitutionem non eſt cogendus qui non poteſt. c.cùm tu. de uſur. ¶ In reſtitutione matrimonii, neceſſe eſt probare jus matrimonii, & poſſeſſionem corporalem per carnalem copulam. cap. ex parte. de reſtitut. ſpoliat. ¶ Reſtitutionem matrimonii impedit adulterium publicum. capit. ſignificaſti. de divortiis. ¶ Reſtitutio denegatur mulieri volenti cohabitare viro, cum contumelia creatoris. capit. gaudemus. eodem titulo. ¶ Reſtitutionem mulieris quæ impediant, vide in cap. literas. & capit. ex tranſmiſſa. de reſti. ſpoliat. ¶ Reſtitutionem petere non poteſt, poſſeſſionem de jure non habens. c.ex parte. de reſt. ſpoli. ¶ Reſtitutio favorabilis eſt in cauſa matrimonii. cap. ex literis. de in integr. reſtitut. ¶ Reſtitui poteſt eccleſia contra aliam eccleſiam. capit. auditis. eod. tit. ¶ Reſtituere quis tenetur omnia quæ medio tempore percepit, ſi adverſarius ſuum jus probaverit. c.ſuſcitata. eod. tit.

**Res** cum ſuo onere tranſit. cap. cùm non ſit in homine. de decim. ¶ Res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur. c.1. de reg. jur. ¶ Non ſermoni res, ſed rei ſermo eſt ſubjectus. c.intelligentia. de verbor. ſignific.

**Revocatio** mandati non valet, priusquam in cauſa ſit concluſum. c.auditis. de procurat. ¶ Revocationi æquivalet certa principis ſcientia. cap. paſtoralis. de offic. delegat. ¶ Revocatio procuratoris non valet, niſi de ea judici conſtet. cap. ex parte. de reſcript. ¶ Revocari poteſt illicitum mandatum, per ſuperiorem. c.quinta vallis. de jurejur.

**Reus.** c.10. §. reus. de verb. ſignif. ¶ Non debet actori licere, quod reo non permittitur. c.non licet. 32. d. tit. l. non debet. 41. ff. eod. tit. ¶ Reus condemnatur in expenſis, actore ex decreto primo in poſſeſſionem miſſo, etiam lite pendente. ca. 1. de ſequ. ¶ Reus ſi poſt litem conteſtatam non comparuerit, ad ſententiam definitivam procedatur. ca. prout. de dol. ¶ Reus contumax poteſt adhuc à judice citari ſemel. ibid. ¶ Reus, actore non probante, abſolvitur. c.accedentibus. de privileg. ¶ Reus abſolvitur, ubi obſcura ſunt partium jura. c.inter. de fid. inſtrum.

**Reſtitutio** in integrum partibus præſentibus petenda ac decernenda. c. cùm ex literis. 5. §. tandem deliberatio. de in integr. reſt. ¶ Non totius temporis reſtitutio facienda, ſed ejus tantùm, quando ſe læſum probat. Clement. 1. in fin. de in integr. reſt. ¶ In integrum reſtitutus meliorationes adverſario reſtituere debet. c.1. in fin. de in integr. reſtitut.

## S.

**Sacerdos.** diſt. 21. cap. cleros. §. ſacerdos. ¶ Sacerdos, qualiter ſe circa confeſſum habere debeat, vide in capit. omnis. de pœnit. & remiſſ. ¶ Sacerdotis filiam carnalem ducere non poteſt baptizatus ab eo c.ult. de cogn. ſpirit. ¶ Sacerdos cum virgine matrimonium contrahens, poſt pœnitentiam, diſpenſationem obtinere poteſt. c.ſanè. de cleric. conjug. ¶ Sacerdos advocatus eſſe non debet. ca. cùm ſacerdotis. de poſtulat. ¶ Contra ſacerdotem fornicantem qualiter eſt procedendum. capit. 2. de purgat. canon. ¶ Sacerdos conſanguineam ſuam in domo non habeat, & ſuſpecti poſt trinam denunciationem excommunicentur. capit. 1. & 2. de cohabit. cler. ¶ Sacerdotis confeſſionem revelantis pœna. capitul. omnis. de pœnitent. & remiſſ. ¶ Sacerdos hominem caſu interficiens non eſt doponendus. cap. interfeciſti. de homicid. ¶ Sacerdos puerum diſciplinæ cauſa percutiens, ita ut ictu moriatur, deponendus eſt. cap. presbyterum. eod. tit. ¶ Sacerdotii incapax eſt bigamus. cap. 1. de bigam. ¶ Sacerdos non habeat officium interdictum, vel ſimile. c.ſacerdotibus. ne cleric. vel monach. ¶ Sacerdoti infamato purgatio indicitur. c.ſignificaſti. de adulter.

**Sabbathis** carnes comedere licet ſecundùm morem patriæ. c.conſilium. de obſervat. jejun.

**Sacrum** quod eſt vel ſemel Deo dicatum, non eſt ad uſus humanos ulterius transferendum. c.ſemel. 51. de reg. jur. in 6.

**Sacramentum.** 3. q. 1. c.multi. §. ſacramentum. & De ratione nominis. d. c.multi. §. ſunt autem ſacramenta. verſ. quæ ob id ſacramenta. uſque ad verſ. quæ ideò fructuoſa. item d. diſt. 2. cap. qui manducant. §. iſta ideò dicuntur ſacramenta. ¶ Definitio ſacramenti. 1. q. 1. cap. multi ſecularium. §. ſacramentum. de conſecrat. diſt. 2. c.ſacrificium. Declaratur.

*ratur. d. diſt. 2. c. ſignum.* ¶ Diviſio ſacramentorum in ſacramenta neceſſitatis & dignitatis. *1. capit. remiſſionem. §. ſed notandum eſt.* *Species ſacramentorum. d. q. 1. capit. multi ſecularium. §. ſunt autem ſacramenta.* ¶ Sacramenta liberè ſunt conferenda, abſque ullius præmii exactione. *c. ad apoſtolicam. & c. cùm in eccleſiæ. de ſimon.* ¶ Sacramenta collata ab excommunicato, in excommunicatione vim habent, licet talis conferens peccet. *cap. ſi celebrat. de cler. excommunic.* ¶ Si ſacramentum eſt prætermiſſum, cautè ſupplendum eſt. *cap. 1. de ſacram. non iter.* ¶ Sacrum trahit ad ſe non ſacrum. *c. quod in dubiis. de conſecrat. eccleſ.* ¶ Sacra non debent laico pignori dari, niſi in neceſſitate. *c. 1. de pignor.*

**Sacrarium** ingredi prohibentur ſubdiaconi & miniſtri non ſacrati. *diſt. 23. c. non oportet ſubdiaconos. & c. non oportet in ſacratos.*

**Sacrificium.** *c. multi. §. ſacrificium. de Verbor. ſignific.*

*Sacrilegium quibus modis committatur.*

**Sacrilegium** eſt quicquid in *ſacratis* Deo rebus & epiſcopis injuſtè agitur, pro ſacrilegio reputatur. *capit. quæ multotiens. 7. de reg. jur. 12. q. 2. c. nulli. c. prædia. 13. q. 2. c. qui oblationes. in fine. 17. q. 4. c. qui rapit. cap. ſi quis contumax. §. ſacrilegium ergo. c. quiſquis. §. ſacrilegium. uſque ad finem.* etiam ſi eam privatã è loco ſacro quis ſurripuerit. *d. c. ſi quis contumax. §. ſacrilegium ergo. Verſic. Vel non ſacrum. & d. c. quiſquis. §. ſimiliter ſacrilegium. & §. fin.* quod fallit, ſi ſacrum è loco privato ſurripuerit. *23. q. 4. c. quid ergo. §. fin.* ¶ Si res eccleſiæ Alienat, vel alienationi conſentit: ſacrilegium committit. *17. q. 4. c. omnes eccleſiæ.* ¶ Si eccleſiam non permittat ordinari vel Conſecrari, ſacrilegium committit. *1. q. 1. c. nullus. §. qui autem. cum c. ſequente.* ¶ Si de judicio Imperatoris vel Papæ Dubitat, ſacrilegium committit. *dict. §. committunt etiam. Verſi. aut qui de principali. §. fin. cum c. ſequ.* ¶ Si quis Legata eccleſiæ retineat, ſacrilegium committit. *13. q. 2. c. qui oblationes. in fin. 17. q. 4. c. ſacrilegium.* ¶ Si divinam Legem non obſervat, vel in articulis fidei errat, ſacrilegium committit. *17. q. 4. c. ſi quis ſuadente. §. committunt etiam.* ¶ Si Sacerdotes inſequitur ſacrilegium committit. *d. q. 4. cap. ſicut qui. c. ſi quis contumax. §. dicitur etiam. c. quiſquis. §. 1. Verſ. ſeu qui injuriam. cap. ſi quis deinceps. c. ſi quis ſuadente. in prin.* ¶ Sacrilegium committitur, ſi laicus jura eccleſiaſtica Vſurpaverit. *c. conqueſtus. 16. de foro competenti.*

**Sacriſta** & de hujus officio. *c. unico. de officio ſacriſtæ.*

**de Salario** & mercede magiſtris ac doctoribus artium liberalium decernendo. *c. 1. c. quia nonnullis. 4. & c. ult. §. fi. de magiſt.*

**Salitor.** *Vigeſima ſexta, quæſtione tertia, cap. 1. §. ſalitores.*

**Sapientia.** *de pœnitent. diſtinct. 2. capit. ſapiens.*

**Satisfactum.** *c. ex parte. 23. de Verbor. ſignificat.*

**Scandalum** non debet bonum faciendum impedire. *capit. niſi. de renunciat.* ¶ Ob ſcandalum ea quandoque ſunt omittenda, quæ pro rigore juris ſunt ſtatuta. *c. ſuper quodam. de ſtatu monach.*

**Scholares** canonici plenè recipiant fructus præbendarum ſuarum. *ca. ſuper ſpecula. de magiſtr.* ¶ Scholares in univerſitate poſſunt ſtatuta facere, & citare, & contumaces punire. *c. ex literis. de conſtitut.* Item poſſunt conſtituere procuratorem in curia Papæ. *cap. quia in cauſis. de procurat.*

**Secundum.** *ca. abbate. 25. de Verborum ſignificat.*

**Sede** vacante, nil debet innovari vel mutari. *c. 1. ne ſed. Vacant.*

**Senatuſconſulti** definitio. *diſt. 2. ca. ſenatuſconſultum.*

**Sententia** injuſta judicem potius lædit quàm eum in quem temerè fertur. *11. q. 3 ca. nolite. §. fin.* ¶ De ſententia non præcipitanda. *11. q. 3. c. ſummopere.* ¶ Sententia ab ipſo judice ſedente recitanda. *capit. ultim. §. fin. de re judicata. in 6.* fallit in epiſcopo judice. *d. cap. ult. in prin.* ¶ De ſententia in plurali, non ſingulari numero proferenda. *capit. cùm ab uno. 4. d. tit.* ¶ De ſententia ex ſcripto recitanda. *2. q. 1. c. in primis. §. ſed & de perſonis. Verſ. ſi ſcriptis judicatum. & §. fin. cum c. ſequente. c. legum.* Niſi epiſcopus in cauſa clerici ſententiam ferat. *11. q. 1. c. ſi quis cum clerico.*

**Sepultura** eſt eligenda apud loca magis religioſa. *c. 3. de ſepult.* ¶ Sepulturam debet quis eligere in loco parentum ſuorum. *capit. 1. de ſepult* ¶ Sepulturam licet eligere propriam vel alienam. *capit. eodem titulo.* ¶ Sepultura negatur torneamentariis. *ibidem.* ¶ Sepulturam eligens, parochiæ rationem habere debet. *cap. 2. de ſepult.* ¶ Sepulturam eligere poteſt uxor ſicut vir. *capit. de uxore. eodem titulo.* ¶ Sepulturam filio minori poteſt eligere pater. *ib.* ¶ De ſepulturis hoſpitalariorum, *cap. in noſtra præſentia. eod. tit.* ¶ Sepelire non licet clerico raptorem, nec in mortali peccato decedentem. *ca. 2. de raptor.* ¶ Sepultura conceditur clericis interdictum ſervantibus. *capit. quod in te. de pœnit. & remiſſ.* Item facinoroſo pœnitenti. *cap. ult. in fin. eod.* ¶ In ſepulturis non eſt danda portio canonica, ſi ad fabricam & ad luminaria quædam data ſint. *c. ex parte. 3. de Verbor. ſignif.* ¶ Pro ſepultura nil dandum eſt. *c. abolendæ. eod. tit.*

**Sequeſtratio** fit rei ſervandæ cauſa. *c. 1. eod. tit.* Item ſequeſtrationem bonorum impetrare poteſt mulier, propter inopiam viri. *capit. per Veſtras. de donation.* Item ſi etiam propter contumaciam abſentis ſuſpecti poſſeſſoris. *capit. ex literis. de dol. & contum.* ¶ Sequeſtratio injuſta revocatur. *capit. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* ¶ Sequeſtrantur fructus lite pendente. *c. 2. de ſequeſtr. fruct.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Si Servus** Iudæi Chriſtianus fieri deſideret, per hoc liber efficitur. *diſtinction. 54. c. nulla. §. fin. cum cc. ſequent. uſque ad c. ſi ſervus abſente.* ❡ Si Servus epiſcopus ſit factus, per hoc liber efficitur. *diſt. 54. c. ſi ſervus ſciente. §. epiſcopalis.* ❡ Servus non ordinetur invito domino, aliàs deponitur & domino reſtituitur. *c. 1. 2. & 5. de ſerv. non ordin.* ❡ Servus eccleſiæ quomodo poteſt manumitti, *vide in c. epiſcopi. eod. tit.* ❡ Servi & libertæ filius, liber eſt. *c. dilectus filius. de ſerv. non ordin.* ❡ Servus matrimonium contrahere poteſt, domino ſuo invito. *cap. propoſuit. de conjug. ſerv.* ❡ Servus fugitivus per fraudem ordinatus deponitur. *c. de ſervorum. de ſerv. non ordin.* ❡ Servus ad miniſtrandum domino in ſacerdotali ordine conſtitutus, ſi renunciat officio, deponatur. *c. nullus. eod. tit.*

**de Schiſmaticis** Iacobo, Petro & Ioanne de Columna. *capit. unico. de ſchiſmaticis, in 6.*

**Sigillo** novo non utantur niſi collegiati. *cap. dilecta. de exceſſ. prælat.* ❡ Sigillum non probat, niſi ſit authenticum. *cap. 2. de fid. inſtrum.* ❡ Sigillum capituli dicitur authenticum. *c. 3. de probat.* Item ſigillum principis. *c. cùm dilectus. de fid. inſtrum.* ❡ Ex ſigillis veritas privilegiorum, vel falſitas dignoſcitur. *ibid.* ❡ Sigillo authentico debet ſententia excommunicationis corroborari. *c. cùm medicinalis. de ſentent. excommunic.* ❡ Sigilla falſa conficientium vel fingentium pœna. *cap. 3. de crimin. falſi. c. cùm olim. de offic. judic. deleg.*

**Simonia.** *1. q. 7. c. ult. in prin.* ❡ ejus definitio. *1. q. 1. ca. qui ſtudet.* Ex hoc canone Simonia definitur ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi ſpiritualia. ❡ Eſt autem Simonia dicta à Simone mago. *24. q. 3. c. pen. in prin.* Simoniam verò eſſe hæreſin, patet ex *d. ca. ult. in pr. 1. q. 1. c. ventum. §. fin. cum c. ſeq. c. cùm omnis. c. eos qui. c. placuit. §. ex illa.* Concordat item propoſitæ cauſæ *1. q. 1. c. erga Simoniacos. & c. nunquam. & 1. q. 3. c. ea quæ. item extravagans. com. 2. de Simonia. extravag. com. 1. de ſentent. excom.* Objicitur *1. q. 1. c. placuit. §. item opponitur.* Species ſeu exempla hujus cauſæ exponuntur *c. non ſatis. 8. & c. cùm in eccleſia. 9. de Simonia.* qui Signa rebus alienis imponunt, coercendi. *16. q. 6. c. 1.*

### *Quid ſit Simonia, & quomodo committatur.*

Simonia eſt pactio circa ſpiritualia vel eis annexa. *capit. quæſitum. de rerum permut.* ut promovere negotium, ſpe beneficii eccleſiaſtici promiſſi. *cap. cùm eſſent. de ſimon.* item, docere pro mercede, cùm ſalarium ab eccleſia conſtitutum habeat. *r. t. de magiſt.* item pro conſecratione aliquid ultra procurationem accipere. *capitul. cùm ſit. de ſimon.* item, ubicunque ſpirituale pro temporali venditur. *cap. in tantum. eod. tit.* ❡ Simonia eſt aliquid pro ſepulturis recipere, vel pro exequiis, inthronizatione, vel quocunque ſacramento. *cap. cùm in eccleſia. eod. tit.* Item per gratiam vel favorem publicè peccantem non corrigere, vel denunciare. *capit. nemo. eodem titul.* Item promittere beneficium electori. *capitul. de hoc. eod. tit.* Item eccleſiam emere vel redimere. *capit. querelam. eod. tit.* Item pœnitentem indignum propter favorem aut gratiam reconciliare, vel pœnitentem ex odio repellere. *capit. nemo. eod. tit.* Item homagium petere pro beneficio. *capit. ex diligenti. eod. tit.* Item pro eccleſiaſtico miniſterio aliquid petere. *capit. 1. eod. tit.* ❡ Simonia eſt omne impenſum pro quolibet obſequio in ordinatione. *cap. 1. eod.* Item ementes & vendentes eccleſiarum adminiſtrationem Simoniam committunt. *cap. conſuluit. eod. tit.* ❡ Simonia eſt aliquem pro pretio abſolvere. *c. ad aures. eod. tit.* ❡ Simonia ſola intentione committi poteſt. *capitul. tua nos. de ſimon.* ❡ Simoniam quæ munera, & quando inducant, *vide in cap. dilectus filius. eod. titul.* ❡ In ſimonia gratia, favor, vel odium loco pretii ſuccedunt. *c. cùm eſſent. eod. tit.* ❡ In ſimoniaco contractu tantum valet remittere, quantum dare. *ca. veniens. de teſtib.* ❡ Simoniacus eſt, qui de bonis ſuis præbendam conſtituit, ut ad eam canonicus recipiatur. *c. tua nos. de ſimon.* ❡ Simoniacus eſt recipiens pecuniam pro eo ad quod tenetur officio. *ca. dilectus filius. de ſimon.* ❡ Simonia eſt temporalia dare, ſpiritualia lucrandi cauſa. *ca. tua nos. eod. tit.* ❡ Simonia non eſt dare ſua eccleſiæ, & poſtea petere ut recipiatur in ea, niſi corrupta ſit intentio & dantis & recipientis. *ibidem.* ❡ Simoniacus non dicitur epiſcopus, qui jura epiſcopalia pro annua penſione alteri cedit, maximè ubi Papæ confirmatio accedit. *cap. conſtitutus. de religioſ. domib.* ❡ Simonia non eſt, ſi clericus poſſeſſor vexationem redimit. *capit. dilectus filius. de ſimon.*

### *Eorum qui Simoniam committunt pœna.*

Simoniacus convictus perpetuò eſt deponendus. *capitul. de hoc. eodem titul.* Debet purgatio indici de ſimonia ſuſpecto, in qua ſi defecerit, beneficio privetur. *capit. inſinuatum. eod. tit.* ❡ Similiter beneficio & officio privetur, munus aliquod recipiens pro chriſmate. *capit. non ſatis. eodem titulo.* ❡ Simoniacè ordinatus miſſam cantare non poteſt. *capitul. 4. eodem titulo.* ❡ Contra ſimoniacum admittitur teſtis ſervus & criminoſus. *c. tanta. eodem titulo.* ❡ Quæ ſit pœna intrantis & recipientis in eccleſia quendam ſimoniacè, *vide in capit. dilectus filius. eod. tit.* ❡ Per ſimoniam aliquem beneficio privans deponatur. *c. qui alium. eod. tit.* ❡ Contra ſimoniacum poteſt agi per certa ſigna. *c. ſicut ſimoniaca. eod. tit.* ❡ Simoniacus de ſimonia teſtificari non poteſt. *c. ſi dominus. de ſimon.* ❡ Simoniacè religionem ſcienter intrans, locum illum deſerat, & arctiorem ſuſcipiat. *c. de regular. eod. tit.* ❡ Simoniacè promoti, quamvis parvuli per parentes

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

mentes ignoranter beneficium adepti, illud reſignare tenentur. *c. per tuas. 2. eod. tit.* ¶ Circa ſimoniacè accuſatum quæ attendenda. *ibidem.* ¶ Simoniaca promiſſio, promittentem non obligat. *cap. hoc autem. eod. tit.* ¶ Cum ſimoniaco aliquando poteſt diſpenſari. *c. per tuas. 2. eod. tit.* ¶ Simoniam ex ſola intentione committens, non tenetur renuntiare, vel reſtituere. *cap. mandato. eod. tit.*

**Solvitur** eo genere quodque, quo colligatum eſt. *c. 1. de reg. jur.*

**Solutio** proficit debitori ad liberationem & exceptionem. Niſi alii quàm creditori ſolutum ſit. *c. ea te. 22. de jurejurando.* item niſi aliud pro alio ſolvatur vel præſtetur. *cap. cum aliquib. 6. de re judicata.* ¶ Solutio præterea proficit debitori, ſi cauſa de qua judicatum eſt, & quæ per ſententiam eſt finita, rurſus deducatur in judicium: nam obſtat rei judicatæ exceptio, etiam ſi cùm antea apud eccleſiaſticum judicem actum eſſet, nunc apud civilem judicem agatur: vel contrà. *cap. ult. de excep. in 6.* quod an ſemper verum ſit, *vide 11. quæſt. 1. capit. quicunque.* fallit ſupradicta regula, ſi ex alia cauſa nunc agatur, quàm actum eſt antea. *c. ult. de cauſa poſſeſſionis. c. cùm olim. 14. de privilegiis.* Niſi in rem agatur. *capit. abbate. 3. de re judicata. in 6. Approbatur ibidem. §. ſecus autem.* fallit ſecundò, ſi cauſa ob quam in priore judicio reus fuit abſolutus, in poſteriore judicio ceſſet. *capit. adverſario. 13. de exceptionibus. Clement. ult. de appellation.* ¶ Tertiò fallit ſi contra alium in judicio priore actum eſt, quàm contra quem nunc agitur. *cap. cùm olim. 7. de cauſa poſſeſſionis.* quod ita eſt, niſi prior & poſterior conventus ſint litis conſortes. *2. q. 6. capit. ei qui appellat. §. quandoque.* Quartò fallit ſi alius antea egerit, quàm qui nunc agit. *capit. cùm ſuper. 17. de re judicata. cap. inter dilectos. 8. §. fin. in fine. de donationibus. cap. 1. §. per præfatam. de jure patronat. in 6.* proficit tamen prior ſolutio, ſi cùm poſteriori actori actio primùm competeret, is alium antea agere paſſus ſit. *c. quamvis. 25. de re judic.* ut etiam ſi poſterior actor ſit ſucceſſor ejus qui antea egit. *dict. capit. 25. in fine.* Quintò fallit ſi alia res petatur nunc, quàm antea eſt petita. *capit. dilectus. 18. de offic. ordinarii. c. cùm olim. 7. de cauſa poſſeſſionis.* ſi pro Solutione debiti pignoribus cavere debitor ſit paratus, per hoc exceptione non defenditur. *capit. cum aliquibus. 6. de re judicata.* ¶ Solvere non tenetur eccleſia debita pro ea non contracta. *capit. 2. de ſolut.* ¶ Ad ſolutionem debiti pro eccleſia ab anteceſſore contracti, tenetur ſucceſſor. *c. 1. eod. titul.* ¶ Solutionem debiti neganti incumbit probatio. *cap. final. eod. tit.* ¶ Ad ſolutionem expenſarum tenetur, qui diem non ſervat. *c. cùm dilecti. de dolo & contum.*

**Sorores** duæ poſſunt duobus fratribus copulari. *capit. quod ſuper. de conſanguinit. & affin.*

**Sortilegus.** *26. quæſt. 2. cap. 1. §. fin. cum c. ſequente. c. hi qui de paganis. c. non exemplo. q. 5. in prin. c. ſortes. c. pervenit. c. a epiſcopi. in prin. & q. 7. c. non obſervetis. verſic. & ſortes. item de ſortilegiis. c. 1.* Definitio ſortilegorum. *26. q. 1. in prin. cum c. ſequente. item q. 3. c. 1. §. ſortilegi.*

**Speciale** præceptum plus valet quàm generale. *c. ſi adverſus nos. de hæret.*

ad **Spectacula** ne die ſolenni, prætermiſſo eccleſiæ conventu eatur. *de conſe. diſt. 1. c. qui die ſolenni.*

**Spiritus** ſanctus procedit à Patre & Filio. *cap. unico. de ſumma trinitate. in 6. de conſecrat. diſtinct. 5. cap. de ſpiritu. & capit. ult.* An & quatenus permaneat vel recedat Spiritus ſanctus. *de pœn. diſt. 2. c. quærendum. cap. poteſt diſcurſus.*

**Spiritualia** pro temporalibus commutari non poſſunt. *cap. exhibita. de rer. permut.* ¶ De ſpiritualibus poteſt in arbitros compromitti. *c. niſi. de præb.* ¶ In ſpiritualibus non ex legum diſtinctione, ſed ex æquitate canonum proceditur. *c. literas. de juram. calumn.* ¶ In cauſis ſpiritualibus non recipitur juramentum calumniæ. *ibidem.*

**Spoliantes** naufragos incidunt in canonem. *ca. excommunicationi. de rapt.*

*Spoliatus* conveniri non poteſt, antequam reſtituatur. *2. q. 6. c. ult. §. appellatore.*

**Sponſalia.** *30. quæſt. 5. c. noſtrates.* ¶ Dividuntur in ſponſalia de præſenti & de futuro. *cap. ſi inter virum. 31. de ſponſalibus.* ¶ Sponſalia de futuro ſolvuntur per ſponſalia ſequentia de præſenti. *capit. 1. de ſponſ. duor.* ¶ Sponſalia dicuntur matrimonium conſummatum, ſi carnalis copula intervenerit. *capit. veniens. de ſponſal.* ¶ Sponſalia de futuro ſolvit lepra, vel alia deformatio ſimilis. *capitul. quemadmodum. de jurejur.* ¶ Sponſalia quando inducant publicæ honeſtatis juſtitiam, *vide in cap. literas. de deſponſ. impub.* ¶ Sponſalia de præſenti diſſolvi non poſſunt. *capit. 1. & 2. de ſponſ. duorum.* ¶ Sponſalia ante ſeptennium ritè contrahi non poſſunt. *capit. ad diſſolvendum. de deſponſ. impub.* ¶ Sponſalia per vim contracta, etſi ſponſa fuerit in domum ſponſi deducta, non valent. *capitul. ex literis. eod. titul.* ¶ Sponſam fratris nemo, etiam fratre mortuo, habere poteſt, propter publicæ honeſtatis juſtitiam. *capitul. ad audientiam. de ſponſal.* ¶ Sponſa ſponſum vagabundum ſequi non tenetur, nec eum diu expectare. *capit. de illis. eod. tit.* ¶ Sponſa de præſenti, vivente ſponſo, aliam ducere non poteſt, niſi prior religionem intret. *capit. 2. de ſponſ. duorum.* ¶ Sponſa duorum dicitur, quæ cum uno per verba de futuro contrahit, cum altero per verba de præſenti. *cap. 1. eod. tit.* ¶ Sponſa duorum, lite pendente, cum neutro contrahere poteſt, donec quæſtio decidatur. *cap. tua fraternitas. eod. titul.* ¶ Sponſalibus contractis inter puberem & impuberem, pubes per verba de præſenti conſentiens diſſentire amplius non poteſt, ſed impubes, cùm pubes factus erit, poterit diſſentire.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cap. de illis. de deſponſ. impub.* ¶ Sponſalia ſunt, & non matrimonium, quæ ante annos legitimos fiunt. *cap. tua nobis. eodem tit.* ¶ Sponſalia de præſenti contrahens, ad conſummationem eſt cogendus. *capitul. ex literis. eodem titulo.* ¶ Sponſalia de futuro qui contraxerunt, poſſunt mutuo diſſenſu ſeparari. *cap. præterea. de ſponſalibus.* ¶ Sponſalia ſub honeſta conditione contracta, non valent ante conditionis eventum. *cap. de illis. de condit. apposit.* ¶ Sponſalia contrahi poſſunt inter abſentes per perſonam interpoſitam. *cap. veniens. qui cler. vel vov.* ¶ Qui ſponſalia contraxit cum puella in cunabulis exiſtente, ea mortua matrem ducere non prohibetur. *c. literas. de deſponſ. impub.* ¶ Sponſalia qua ætate diſſolvantur, vel conſummentur, *vide in cap. atteſtationes. eod. tit.* ¶ Sponſaliorum probatio viro incumbit. *c. 1. de clandeſtin. deſponſ.* ¶ Sponſalibus conditio inhoneſta appoſita, quę contra ſubſtantiam matrimonii fit, ea rumpit & diſſolvit. *ca. ult. de condit. appoſit.* ¶ Ad ſponſalia conſummanda hortandus quis potius eſt quàm cogendus. *cap. requiſivit. de ſponſal.*

*Sponſaliorum* & Nuptiarum promiſcuus uſus: ideò 27. *q.* 2. Gratianus diſſerit, an ſponſalia conjugii appellatione contineantur, ſeu an ſponſus & ſponſa conjuges rectè dicantur? cujus quæſtionis partem quidem affirmativam primùm probat argumentis & authoritatibus. *dict. quæſtion. 2. in prin. cap. ſufficiat. §. cùm ergo. cap. beata. §. fin. cap. conjuges. cap. conjunx. cap. omne itaque. cap. qui deſponſatam. in prin. & §. 1. item cap. ſi quis deſponſaverit. §. fin.* Deinde partem negativam defendit, ſponſalia videlicet conjugii appellatione non contineri, & ſponſum ſponſamque conjuges non rectè dici. *dict. §. fin. cum ſequentibus. & d. q. 2. c. decreta. §. 1. ca. quod autem. §. unde apparet. §. item ſi ſponſa. c. ſi quis ſponſam. §. 1. c. ſtatutum. §. apparet.* Poſtremò Gratianus hanc canonum contrarietatem conciliare conatur, diſtinctione facta inter conjugium initiatum & ratum: initiatum appellans, cui carnalis copula non intervenerit: ratum appellans, cui copula iſta intervenerit. *dict. cap. ſtatutum. §. quomodo. & d. q. 2. c. cùm initiatur.*

**Sportularum** nomine clerici judicantes nihil pro ſuis ſententiis accipere debent. *capit. cùm ab omni.* 10. *de vita & honeſtate clericorum.* Taxatio expenſarum pro literis cancellariæ dandarum. *extravagan. Ioann. XXII. unica. de ſententia excommunicationis.*

**Statuta** eccleſiæ variari poſſunt pro tempore. *capit. non debes. de conſanguin. & affinit.* ¶ Statuta laicorum ſuper rebus eccleſiaſticis non valent, niſi ab eccleſia confirmentur: & ſtatuentes contra eccleſiam ſunt excommunicandi, niſi ſtatuta revocent. *capit. noverit. de ſentent. excommunic.*

Ex **Stipulatione** pœnali ſi non fiat quod ſub pœna promiſſum eſt, actio datur ad pœnam petendam. Niſi matrimonium ſub pœna ſit promiſſum. *cap. gemma.* 29. *de ſponſalibus.* Item niſi pro parte præſtitum ſit, quod ſub pœna promiſſum eſt; hoc enim caſu pœnalis ſtipulatio non niſi pro reliqua parte, non in ſolidum committitur. *c. ſuam. 9. de pœnis.*

**Subdelegatus** à Principe ſolus alteri cauſam ſubdelegare poteſt. *c. cùm cauſam. de appell.* ¶ A ſubdelegato ſi fuerit appellatum, delegatus procedere poterit, ſi aliquid juriſdictionis ſibi retinuerit. *c. ſuper quæſtionum. de offic. deleg.*

**Subdiaconi**, *diſt. 21. c. cleros. §. hypodiaconos.* ¶ Subdiaconus non debet eſſe minor viginti annis. *diſt. 77. ca. ſubdiaconus.* ¶ Calicem & patenam ad altare de manu diaconis tradit, urceolum quoque & aquamanile & manutergium tenet, &c. *diſt. 25. cap. 1. § ad ſubdiaconum. diſt. 23. c. 1. §. deſervientes.* ¶ Subdiaconus & diaconus ſimili gaudent privilegio. *capit. miramur. de ſerv. non ordin.* ¶ Subdiaconus à Papa ordinatus, privilegium habet. *cap. cùm in diſtrib. de tempor. ordin.* ¶ Subdiaconus poteſt eligi in epiſcopum, & cura animarum ei committi poteſt. *cap. à multis. & cap. præterea. de ætat. ordin.*

**Succentor.** *diſtinction. 21. capit. cleros. §. ſuccentor.*

**Succeſſor** præſtat factum prædeceſſoris, niſi pernicioſum ſit: tunc enim mutat. 63. *diſtinct. cap. quia ſancta. §. verum.* ¶ Nemo plus juris ad alium transfert, quàm ipſe habuit. *cap. nemo poteſt. 79. de regulis juris. in 6.* ¶ Succeſſor uti debet jure ſui actoris. *cap. is qui. in ti-tul.* ſecus ſi manifeſta ſit iniquitas. 100. *diſt. c. novit.* ¶ Succeſſor juſtam habet ignorantiæ cauſam. *cap. cùm quis. 14. de reg. jur. in 6.*

**Suffraganeus**, archiepiſcopi delegationem invitus recipere non tenetur. *c. paſtoralis. de offic. ordin.*

**Sui** clerici. *cap. ſicut. 5. de verborum ſignificatione. in 6.*

**Superſtitio** eſt, quidquid Inſtitutum eſt per homines ad facienda & colenda idola, vel ad colendam ſicut Deum, creaturam. 26. *q.* 2. *c. illud.*

**Suſpenſus** nec eligi nec eligere poteſt. *ca. cùm dilectus. de conſuet.* nec beneficium conferre. *c. ſi celebrat. de cler. excommunic.* ¶ Si celebret, privatus officio & beneficio. *c. cler. eod. tit.*

*Suſpenſionis cauſæ.*

Quicunque eccleſiam pro alienis debitis obligat, ſuſpenditur. *ca. ſi quorundam. de ſolut.* ¶ Suſpenſus eſt quicunque in mortali peccato exiſtit. *capit. quæſitum. de cohabit. cleric.* ¶ Iudex eccleſiaſticus, qui ſine ſcriptis ſententiam excommunicationis profert, per menſem ſuſpenditur ab ingreſſu eccleſiæ: idem de eo qui ſententiam ex gratia vel favore in detrimentum alterius partis profert, *c. 1. de ſent. & re judic. lib. 6.* ¶ Clericus qui clandeſtinis matrimoniis præeſt vel interest, per triennium ſuſpendi debet. *c. cùm inhibitio. de*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tio. de clandeſt. deſponſ.* ¶ Literas capituli qui corrupit, ab officio & beneficio ſuſpendi debet. *c. tam literis. de teſtibus.* ¶ Sacerdos concubinarius, cùm in judicio per ſententiam vel propriam confeſſionem condemnatur, ſuſpenditur. *c. 6. de cohabit. cleric.* ¶ Suſpenſus celebrans eſt deponendus. *c. Veritatis. de dol. & contum.* ¶ Epiſcopus, clericum alterius diœceſis ordinans ſine literis dimiſſoriis, per annum ſuſpenditur. *c. nullus. de tempor. ordin. in 6.* & clerici epiſcoporum ſic ſuſpenſorum, poſſunt ſine licentia eorum à vicinis epiſcopis canonicè ordinari. *ibidem.* ¶ Prælati qui eccleſias, vel bona immobilia eccleſiarum dominio laicorum ſubjiciunt, eos inſtituendo vel advocatos vel patronos, per triennium ſuſpenduntur; Laici verò, qui ad hoc prælatos aliàsve perſonas per vim compulerunt, cujuſcunque conditionis ſint, excommunicationem incurrunt, & nihilominus ipſum factum ipſo jure nullum eſt. *Gregorius in cap. hoc conſultiſſimo. de rebus eccleſi. non alien. lib. 6.* ¶ In ſuſpenſionis abſolutione, juramentum de ſtando mandatis eccleſiæ requiritur, ut & in excommunicatione. *c. Venerabili. de ſentent. excommun.*

in **Suſpicionem** fidelis homo facilè venire non debet. 11. *qu.* 3. *c. abſit.* ¶ Suſpecto non debet cauſa committi, nec committit Papa ex certa ſcientia. *cap. cauſam. de offic. deleg. & c. cùm inter priorem. de except.* ¶ Propter ſuſpicionem, etiam injuſtam, poteſt dominus mandatum revocare. *cap. ex parte. de reſcrip.* ¶ Ex ſuſpicione poteſt uxor accuſari de adulterio. *cap. maritus. de adult.* ¶ Suſpicionis cauſa non coram ſuſpecto judice, ſed coram arbitris eſt probanda. *cap. ſecundò requiris. de appell.* ¶ Suſpecti judicis cauſa coram quo probanda ſit, *Vide in c. ſuſpicionis. de offic. deleg.* ¶ Suſpicio ſola, licet vehemens non condemnat. *c. literas. de præſumt.*

de **Symbolo** prædicando. *de conſ. diſt. 4. c. ſymbolum.*

T.

**Tabellionatus** officio uti non debent clerici in ſacris ordinibus conſtituti. *capit. ſicut. ne cleric. vel monach.* ¶ Tabellionatus officium *Vide in capi. quemadmodum contra falſam. de probat.*

**Taciturnitas** bona & mala. 43. *diſt. ca. in mandatis.*

**Tempore** prior eſt jure prior. *cap. quia diverſitatem. de conceſſ. præben.* ¶ Temporis curſus crimen probat, nec currit tempus, niſi à tempore notitiæ. *c. excommunicamus. 1. de hæretic.*

**Tentatio** multiplex: Dei, hominis & diaboli. *de pœnit. diſt. 2. §. opponitur. & §. econtrario.*

**Tergiverſatio** eſt deceptio, & ſine tergiverſatione notorium dicitur, quod nulla arte celari poteſt. *c. cùm in partibus. de Verbor. ſignific.*

**Teſtamentum** unde dictum, definitur. 13. *q.* 2. *c. placuit. §. Vel ut quidam. Verſ. unde & teſtam.* ¶ Teſtamentum pupillare paterni teſtamenti pars eſt. *c. 1. §. fin. in fine. de teſtamentis. in 6.* ¶ Teſtatoris privata diſpoſitio, generalem canonis conſtitutionem non mutare poteſt. *capitul. requiſiviſti. de teſtament.* ¶ Teſtamentum multis modis dicitur. *capit. cùm Marthæ. de celebrat. Miſſ.* ¶ Teſtamentum morte confirmatur. *ibid.* ¶ Relictum teſtamento epiſcopo, præſumitur intuitu eccleſiæ relictum, niſi à propinquo, aut ſpeciatim intuitu perſonæ datum ſit. *capitul. requiſiviſti. de teſtament.* ¶ In teſtamenti diſpoſitione & executione conſuetudo terrarum eſt obſervanda. *capitul. Raynutius. de teſtament.* Teſtator poteſt ſolutioni legatorum pœnam imponere. *ibidem.* ¶ Teſtamento legata ab hæredibus ſunt præſtanda, niſi ſit alius executor. *ibidem.* ¶ Teſtamentum legitimum impediens, excommunicandus eſt. *cap. ſi hæredes. eod. tit. & cap. penultim. eodem.* ¶ Teſtatoris vota obſervanda, ubi nec fraus nec dolus intervenit. *capit. requiſiviſti. eodem titulo.* ¶ De indiſtinctè eccleſiæ relictis epiſcopus canonicam portionem ſumere debet. *ibidem.* quæ verò ſit ea canonica portio, *Vide in capit. ex parte 3. de Verbor. ſignificat.* ¶ Teſtamentum in fraudem eccleſiæ non valet. *capit. de his. de teſtament.* ¶ Compellendi ſunt per epiſcopos executores, ut voluntatem teſtatoris exequantur, & ſi noluerint, vel negligentes in executione ſint, epiſcopus ipſe exequatur. *c. tua nobis. & capit. Ioannes. de teſtament.* ¶ Qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitionem committit, non videtur decedere inteſtatus. *cap. cùm tibi. de teſtam.* ¶ Abbatiſſa teſtamentum de rebus eccleſiæ condere non poteſt. *cap. 2. de reb. eccleſ. non alien.* ¶ Alienatus mente teſtamentum condere non poteſt. *cap. ult. de ſucceſſ. ab inteſt.* ¶ Teſtari non poteſt clericus de bonis mobilibus vel immobilibus eccleſiæ, ſed eleemoſynas mediocres dare ei permittitur: de propriis verò liberè teſtatur. *cap. relatum. de teſtament.* ¶ Teſtamentum, duorum vel trium teſtimonio probatur. *ibidem.* ¶ In teſtamenti cauſa non ſecundùm leges, ſed ſecundùm canones eſt judicandum. *cap. relatum. de teſtam.*

**Teſtamenti** Veteris & Novi differentia. 31. *quæſt. 1. cap. ſi quis fuerit. §. ſed in Veteri.*

**Teſtis.** *cap. forum. 10. §. teſtes. de Verborum ſignificatione.* ¶ Teſtes ad teſtimonium ferendum cogi poſſunt. *t. t. de teſtibus cogend.* ¶ Ad probationem tamen criminis nemo invitus cogitur. *capit. delictorum. eod. titul.* ¶ Teſtis ex intervallo dictum mutare non poteſt. *capit. per tuas. de probat.* ¶ Poſt teſtium renunciationem, & publicationem teſtimoniorum peremptoria exceptio probari & opponi poteſt. *cap. ſeries. de teſtibus.* ¶ Formam juramenti quod teſtes præſtare debent, *Vide in c. quoties. de teſtibus.* ¶ Teſtes poſſunt ſuper novis articulis produci, atteſtationibus licet publicatis. *capitul. fraternitatis. eod. tit.* ¶ Teſtis ſemel in cauſa jurare debet. *ca. præterea. de teſtib. cog.* ¶ Teſtes

idonei

idonei iterum recipi poſſunt. *c. præſentata. eodem tit.* ¶ Teſti non creditur niſi jurato. *capit. nuper nobis. eod. tit.* ¶ Teſtes etiam abſente judice ſumuntur. *capit. ſignificavit. de offic. jud. ordin.* ¶ Teſtium receptio in cauſa matrimoniali, & ante & poſt litem conteſtatam valet. *cap. accedens. 2. ut lit. non conteſtat.* ¶ Tertia teſtium productio concedenda eſt, ſed quarta non facilè admittenda, niſi cum juris ſolennitate. *capit. in cauſis. de teſtibus.* ¶ Teſtem impediens ne teſtimonium dicat, excommunicetur. *capit. conſtitutus. eod. tit.* ¶ Teſtes producuntur extra judicium quandoque ad perpetuam rei memoriam. *ca. Albericus. de teſtib.* ¶ Teſtes examinari & audiri poſſunt in alia provincia, quàm ubi litigatur, & per alios quàm per judices ipſos. *capitul. cùm olim. eod. tit.* ¶ Teſtium reprobatio mutua, tertiam iterationem non excedat. *cap. licet. 3. eod. tit.* ¶ Teſtium productio quarta quando peti, & quando concedi poſſit, *vide in cap. penult. eod. tit.* ¶ Teſtium juramentum poteſt à partibus remitti. *cap. tuis quæſtionib. eod. tit.* ¶ Teſtium dicta diſcordantia judex, quatenus fieri poteſt, concordare debet, eorumque dicta in benigniorem partem interpretari. *capit. cùm tu. de teſtibus.* ¶ Teſtes iteratò examinare poteſt judex ex officio. *ca. cùm clamor. eod. tit.* ¶ Teſtes nomine inſtrumentorum continentur. *ca. cùm Ioannes. de fid. inſtrum.* ¶ Secundùm teſtium dicta judicandum eſt. *c. tertio loco. de probat.* ¶ Teſtes partibus præſentibus producantur, niſi alterutra pars contumaciter abſit. *c. in nomine. eod. tit.*

## *Qui & quales ad teſtimonium dicendum admitti debeant, quidq; in iis obſervandum.*

Teſtes qui dicantur idonei, *vide in cap. forus. de verbor. ſignific.* ¶ In teſtibus quæ ſint circumſtantiæ inquirendæ, *vide in cap. cùm cauſam. de teſtibus.* ¶ Teſtes ſuper poſitionibus ſunt diligenter examinandi. *c. 1. de teſtibus. in 6.* ¶ In cauſa denunciationis vel correctionis, principalis perſona teſtis legitimi loco habetur. *capit. in omni negotio. de teſtibus.* ¶ Teſtes debent infamia, ſuſpicione, & omni denique macula carere. *cap. 1. de except.* ¶ Conſanguinei teſtes requiruntur ad probationem conſanguinitatis, hique aliis omnibus præferuntur. *cap. quoties. de teſtib.* ¶ Teſtis non poteſt eſſe actor & procurator in eadem cauſa. *c. inſuper. eod. tit.* ¶ Teſtium non multitudo, ſed qualitas conſideranda, & teſtium authoritas multitudini præfertur. *ibidem.* ¶ Teſtium numerus, ubi non exigitur certus, duo vel tres ſufficiunt. *ca. licet univerſis. de teſtibus.* & teſtibus ejuſdem honeſtatis exiſtentibus, prævalet numerus. *ibidem.* ¶ Teſtium juratorum tantûm valet teſtimonium. *cap. præterea. de teſtib.* ¶ Teſtes qui perjurii ſuſpecti ſunt, non audiri debent. *c. in literis. de teſtibus.* ¶ Teſtis unus ad condemnationem ſolus non ſufficit. *c. veniens. eod. tit.* ¶ Teſtes miraculorum, qualiter examinandi. *c. venerabili. eod. tit.* ¶ Teſtes jejuni deponere debent. *c. 1. de teſtib.* ¶ Teſtis poteſt eſſe clericus in cauſa eccleſiaſtica, & religioſus in cauſa eccleſiæ ſuæ. *c. cùm nuncius. eod. tit.* ¶ Teſtes plures quàm mater & filia requiruntur ad matrimonii probationem. *c. ſuper eo. eod. tit.* ¶ Teſtis poteſt eſſe judex delegatus in cauſa ſibi commiſſa, dummodò officium judicandi deponat. *capit. dilecto fil. eod. tit.* ¶ Teſtis minus legitimus in odioſa exceptione admittitur. *c. tam literis. eod. tit.* ¶ Teſtes admitti poſſunt in cauſa matrimoniali ſuper uno articulo, teſtationibus publicatis. *c. ex revo. eod. tit.* ¶ Teſtis idoneus non dicitur, cui criminalis objectio fieri poteſt. *capit. 1. eod. tit.* ¶ Religioſus in eccleſiæ ſuæ cauſa teſtis eſſe poteſt, modò patronus ejus non ſit. *capit. inſuper. de teſtib.*

## *Quibus de cauſis teſtes reprobentur.*

Teſtes quibus de cauſis reprobentur, *vide in ca. ſi quis teſtium. & ca. ex parte. de teſtib.* ¶ Teſtis in uno judicio receptus, non facit fidem in alio, niſi inter eaſdem perſonas. *capit. conſtitutus. de teſtibus.* ¶ Teſtis ſibi contradicens reprobatur. *c. licet. de probat.* ¶ Teſtes in probatione ſingulares reprobantur. *c. cùm dilectus. de elect.* ¶ Teſtes familiares ad matrimonii diruptionem non admittuntur. *c. in literis. de teſtib. & atteſt.* ¶ Teſtis in mea cauſa eſſe non poteſt is, cujus teſtimonium in alia cauſa reprobavi. *c. inſuper. de teſtib.* ¶ Teſtes quibus crimen objicitur, à teſtimonii dictione removentur. *c. ſuper eo. de teſtib.* ¶ Teſtis cui in modum exceptionis crimen objicitur, aliquâ pœnâ affici non debet, ſed tantùm à teſtimonio repelli. *ca. 1. de except.* ¶ Teſtis varians & vacillans repellitur. *c. cùm eccleſia. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* ¶ Qui contra teſtes aliquid opponit, publicatis atteſtationibus, de malitia jurare debet. *capit. præſentium. de teſt.* ¶ Teſtis eſſe non poteſt quis criminis, ejuſdem criminis accuſatus. *c. veniens. eod. tit.* ¶ Teſtimonium de auditu in cauſa matrimonii non valet. *cap. licet ex quadam. eod. tit.* ¶ Iudæus in cauſa Chriſtiani teſtis eſſe nō poteſt, non econtrà. *c. Iudæi. de teſtibus.* ¶ Teſtes qui teſtificanda didicerunt, reprobantur, niſi in cauſa matrimoniali. *c. conſtitutus. & c. cùm in tua. eod. tit.* ¶ Laicus in criminali cauſa contra clericum teſtimonium perhibere non poteſt, accuſat tamen pro ſua vel ſuorum injuria. *c. de cætero. de teſtibus.* ¶ Socius criminis, in criminali cauſa non admittitur tanquam teſtis. *c. ſicut nobis. eod. tit.* ¶ Si crimen teſtibus objiciatur, & judex nihilominus ſecundùm eorum dicta ſententiam ferat, revocanda ſententia. *cap. ex parte. A. eod. tit.* ¶ In cauſa teſtis is idoneus non eſt, qui conſimilem cauſam habet. *capit. per ſonas. eod. tit.* ¶ Conſpiratores ad teſtimonium dicendum non admittuntur. *capit. cùm P. & A. de ſentent. & capit. ſuborta. & capit. per tuas. 2. de ſimon.* ¶ Teſtimonio unius prævalet fama. *ca. ſuper eo. de conſang. & affin.* ¶ Ad teſtimonium dicendum non admittuntur inimici capitales. *c. licet Hely. de ſimon.*

de Theologiæ ſtudioſis ad ſcholas tranſmittendis. *capitul. ultim. de magiſtris.*

**Theſaurarii** officium. *diſt.25. cap.1. §. ad theſaurarium.*

**Timor** Dei. 11. *quæſt.3. c. qui omnipotentem.*

**Tonſuram** primam poteſt abbas dare monacho ſuo. *ca. cùm contingat. de ætat. & qualit.* ¶ Tonſuram geſtare non tenetur clericus uxoratus. *capit. Ioannes. de cleric. conjug.* ¶ Tonſura non privilegiat uxoratos. *c. cùm decorem. eod. titul.*

de **Torneamentis** non exercendis. *ca. 1. in prin. de torneamentis.* Mutatur ac tollitur hoc *extravag. Ioan. XXII. unica. eod. tit.*

in **Toto** & pars continetur, & in eo quod plus eſt continetur minus. *c. plus ſemper. 35. & c. in toto. 8. de reg. jur. in 6.*

**Traditio** Rei præſumitur ex ſolutione penſionis. *c. cùm veniſſet. 9. de Reſtitut. ſpoliat.*

**Tranſactio** non minorem autoritatem, quàm res judicata obtinet, omnemque diſputationem cauſæ principalis tollit exceptionis ope. *c. 1. de tranſactionibus.* Niſi de beneficio eccleſiaſtico accepta pecunia ſit tranſactum. *c. cùm pridem. 4. de pactis.* item niſi de cauſa matrimoniali ſit tranſactum. *c. ultim. verſi. exceptis nimirum. de tranſactionib.* aliàs non reſcinditur, etiamſi tranſigentem ſtatim pœnituerit. *c. quod ſemel. 21. de regul. jur. in 6.* quod ſi adverſa quoque pars fidem tranſactioni non præſtet, & altera eam ſervat, non tenetur. *c. fruſtra. 75. de reg. jur. in 6.* ¶ Tranſactio dicitur amicabilis compoſitio. *c. ex. literis. & c. ſequenti. de tranſact.* ¶ Tranſactio in matrimoniali cauſa locum non habet. *c. ex parte. eod. tit.* ¶ Tranſactio ſuper ſubjectione ſpirituali non valet, niſi in beneficiis eccleſiaſticis. *c. præterea. & cap. ſuper eo. eod. tit.* ¶ Tranſactio in ſpiritualibus, quæ fit mediante pecunia, non valet, ſed ea per compoſitionem amicam ſecundùm jus fieri debet. *c. conſtitutus. cap. præterea. & cap. de cætero. eod. titul.* ¶ Tranſactio in decimis locum non habet. *cap. veniens. eod. titul.* ¶ Tranſactio quæ juri non eſt contraria, ab epiſcopo rata habetur. *c. de cætero. eod. titul.* ¶ Tranſactione facta, omnia priora inſtrumenta caſſantur, & prævalet inſtrumentum tranſactionis. *cap. 1. eod. tit.* ¶ Tranſactio fieri non debet ſuper eccleſiaſtico beneficio: quia ſpeciem continet ſimoniæ talis tranſactio. *c. conſtitutus. de tranſact.* ¶ Tranſacto ſuper decimis inter perſonas eccleſiaſticas valet, ſi fiat authoritate diœceſani. *c. ſtatuimus. eod. titul.* ¶ Tranſigere non poteſt prælatus ſine literis capituli. *cap. contingit. eod. tit.* ¶ Per tranſactionem non poteſt nova penſio eccleſiæ imponi per partium pactionem, ſine vitio ſimoniæ. *c. præterea. & cap. 1. de tranſact.*

**Treugæ** quando ſervandæ, & circa quas perſonas: item ipſas frangentium pœna. *cap. 1. de treug.*

**Tributum** etiam licitè ab eccleſia datur, ſed intuitu pacis. *23. q. 1. c. quid.*

**Tutela** Triplex. *16. q. 1. c. generaliter.* ¶ A tutela & cura excuſantur clerici & monachi. *diſt. 88. c. ult. 16. q. 1. c. generaliter. 21. q. 3. c. Cyprian.* ¶ Pubertate pupilli finitur tutela. Cui tamen contradicit. *c. puberes. 3. de deſponſat. impub.*

*Tutor* tenetur defendere pupillum, & judicium nomine ejus ſuſcipere. 12. *q. 1. c. 1.* Niſi tutor eſſe deſierit. *c. ex parte. 67. de appellat.*

## V.

**Vacante** ſede, ſtatus ejus mutari non debet. *c. 1. ne ſede vac.* ¶ Vacante imperio, ejus vicem ſupplet eccleſia, & ad eam appellari poteſt. *capit. licet. de for. compet.* ¶ Vacantium eccleſiarum cuſtodia ad archidiaconum ſpectat. *cap. ut archidiaconus. de offic. archidiac.* ¶ Vacare non debet eccleſia regularis vel cathedralis ultra tres menſes. *c. ne pro defectu. de elect.* ¶ Non vacans præbenda nemini promitti debet. *c. relatum. de conceſſ. præbend.* ¶ Vacante ſede, nulla præſcriptio currit. *capit. illa. ne ſede vac.* ¶ Vacante ſede, atteſtationes contra ſedis ſtatum receptæ non valent. *c. fin. eod. tit.* ¶ Vacante beneficio ultra id tempus quo conferendi poteſtas ad epiſcopum devolvitur, Papa conferendi illud jus habet, vel legatus ejus. *c. 2. de conceſſ. præbend.* ¶ Vacantem epiſcopatum conferre non poteſt archiepiſcopus, ſed quidem minora beneficia. *cap. dilectus filius. eod. titulo.* ¶ Vacante ſede, poteſt capitulum ſupplere vices epiſcopi, in quibus epiſcopo non præjudicatur. *capit. his quæ. & capit. cùm olim. de majorit. & obed.* ¶ Vacante ſede metropolitana, poteſt capitulum ſuffraganeum confirmare. *ibid.*

**Vanitatem** & ſenſus obſcuritatem deducit omnis ſcientia, quæ ad tropologiam non confertur. 37. *diſtinction. capit. nonne.*

**Vaſallus** vaſalli coram vaſallo conveniendus eſt, & non coram domino principali. *capit. ex tranſmiſſa. de for. compet.* ¶ Vaſallus feudum ſine conſenſu domini alienare non poteſt. *c. quæ in eccleſiarum. de conſtit.*

**Vates.** *diſtinctione vigeſima prima, capit. cleros. §. vates.*

**Vectigal** novum non poteſt epiſcopus imponere monaſterio. *c. ſcientes. 3. & c. innovamus. 10. de cenſibus.*

**Velum** de manu ſacerdotis dari poteſt. *cap. conſuluit. qui cleric. vel vov. contr. poſſ.*

**Venatio** quæ clericis permiſſa. 76. *diſtinct. capitul. Eſau. de conſecrat. diſt. 5. c. nunquam.*

**Vendendi** carius emendique ſtudium, maximè clericis prohibetur. 14. *quæſt. 4. c. canonum.*

Si *Venditor* deceptus ſit ultra dimidium juſti precii, valet quidem venditio, ſed venditori datur actio, ut reſtituto precio rem recipiat. *capitul. cum dilection. 3. & capitul. cum cauſa. 6. de emptione & venditione.* Niſi emptor offerat quod juſto precio deeſt. *dicto capitul. 3.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*& diſt.cap.6.& d.diſt.1.repl.1.* ¶ Venditor cogi poteſt, ne carius vendat merces ſuas tranſeuntibus, quàm in mercato vendere poſſit. *cap.1.de emptione & venditione.* ¶ Venditor vitium rei in vendendo indicare tenetur: aliâs empti actione vel redhibitoria tenetur. Niſi emptor vicium ſcivit. *capitul. eum qui certus.* 31. *de regulis juris, in 6.*

Re *Vendita* evicta, emptor regreſſum habet adverſus venditorem de præſtanda evictione. quod fallit, ſi emptor conventus non denunciavit venditori, ut defenſioni rei adeſſet. *cap. ult. in prin. de emp. & vend.* item fallit ſi emptor contumaciter abfuit tempore ſententiæ latæ. *dict.c.ult.verſ. vel contumaciter.* Tertiò ſi per injuriam judicis emptor victus ſit. *dict.cap. ult. verſ. ſeu per injuriam.*

*Venditio* celebrata intelligitur, ſi precium receptum ſit, vel fides de eo habita, licet res nondum ſit tradita. *c.inrantum.de ſimon.* ¶ Tranſeuntibus nil carius vendendum quàm incolis. *c.2. de empt. & vend.* ¶ Venditare minus dimidio pretio, in optione emptoris eſt, venditionem reſcindere, vel pretium juſtum ſupplere. *c.cùm dilecti.eod.tit. & c.cum cauſa.eod.tit.* ¶ Vendita res eccleſiaſtica revocari debet. *c.ad noſtram.de reb. eccleſ. non alien.* ¶ Venditor tribus caſibus emptori non tenetur de evictione. *cap.ſi venditori.de empt. & vendit.* ¶ Vendi vel venales exponi non debent reliquiæ ſanctorum. *c.1.de reliquiis.*

**Veniæ** facilitas incentivum præſtat delinquendi. 23. *quæſt.4.cap.eſt injuſta, in fin. & cap.ſi ea.cum ſeq.36.quæſt.9.capit. loci.86. diſt.c.inferiorum.*

**Verba** cum effectu ſunt accipienda. *ca.relatum. de cleric. non reſid.* & ex intentione proferentis ſunt intelligenda. *c.ſecundò requiris.de appellat.*

**Veritas** non eſt omittenda propter ſcandalum evitandum. *c. qui ſcandalizaverit.3. de reg. jur.*

**à Veritate** Dei exit, qui à fide & charitate abit. 25. *q.3.c.cùm aliquis.*

**Veſtis** quæ non propter neceſſitatem, ſed propter venuſtatem accipitur, elationis habet calumniam. 21. *q.4.c.1.*

**Vidua.** *diſtinct.34.cap. vidua.cap.presbyteri.§.vidua.*

**de Vi** publica & privata accuſari poteſt, ſi quis alicui vim fecerit: hoc judicio accuſari poteſt. quod fallit ſi magiſtratus alicui vim fecerit. 23.*q.5.c.non eſt.c.qui malos.& ca.judex.* item ſi juſſu magiſtratus vim fecerit. 23.*q.4.c.duo iſta.§.fin.cap.cum ſequente.* ¶ Vim faciens ab ejus loci magiſtratu puniendus eſt, in quo crimen commiſit. *c.1.de raptoribus.* ¶ Ex vi facta in litem juratur taxatione à judice facta. *cap. ultim. de his quæ vi metúsve.* ¶ Vim inferentis pœna eccleſiaſtica, excommunicatio. *d.c.1.& c.excommunicationi.3.eod.tit.item* 23. *q.8. cap. ſi quis membrorum. & cap.peſſimam.* De pœna hujus criminis Lombardica & ſeculari. 12. *quæſt.2. cap. cùm devotiſſimam.cap.ſi ſeculi.*

**Vicarii** officium *vide in cap. ad audientiam.de offic.vicar.* ¶ Vicarius à paſtore ſecundo removeri non poteſt. *c. ad hæc ſuperna.eod.tit.* ¶ Vicarius non poteſt ſibi ipſi conſtituere vicarium. *c.clericos.eod.tit.* ¶ Vicarii reſidere debent, & ſacerdotes eſſe. *c.ex parte.eod.titul.* ¶ Vicarius Papæ non habet poteſtatem extra urbem. *c.tua. eod.tit.* ¶ Vicarius Papæ obediat, ne privetur beneficio. *c.illud. de exceſſ.prælat.* ¶ Vicarius epiſcopi quam poteſtatem habeat, *vide in capit. petitio. de procur.* ¶ Vicarius animarum curam in eccleſia recipiens, vicariatus officio renunciaſſe videtur. *c.1. de offic. vicar.* ¶ Vicarium ſucceſſor removere non poteſt, nec ejus reditus minuere. *c.ad hæc.eod.tit.* ¶ Vicarius Papæ plus juris non habet, quàm ſibi committitur. *c.ſuam nobis eod. titul.* ¶ Vicarius prælati excommunicati, non eſt propterea excommunicatus. *capit. quem de ſentent. excommunic.* ¶ Vicariatus plures quis habere non poteſt. *capitul. provideat.de offic. vicar.*

**Vitiatus** enormiter ad ordinem promoveri non poteſt: & qui presbyter fieri non poteſt, in prælatum vel epiſcopum multò minus eligi poteſt. *cap.1. & cap.expoſuiſti.& c.cùm de tua.de corpor. vitiat.*

**Viduas** tenetur eccleſia defendere. *c.ex parte. de for.comp.*

**Viri** verbo ſtandum eſt, dicentis ſe uxorem cognoviſſe, licet illa neget. *ca.cùm continebatur.de deſponſ.impub.*

**Viſitare** non debent epiſcopi, Prædicatores & Minores. *cap. nimis iniqua. de exceſſ. prælat.* ¶ Viſitare poteſt archiepiſcopus ordinario jure provinciam ſuam, & procurationem petere. *c.Romana. de cenſib. in 6.*

**Unctionem** ſacram ſolus ſacerdos conferre poteſt. *c. quæſivit. de verb.ſignific.* ¶ De unctione ſacra, ejus effectu & ſpeciebus, *vide c.1.de ſacr.unct.*

**Uniri** poteſt unum monaſterium alteri. *c.a.2. de religioſ. dom.*

**Unitas** fidei ubi eſt, ibi nihil contrarium infert diverſitas. 7. *quæſtion.1.capitul. nihil.*

**Univerſitati** debitum, non debetur ſingulis ex univerſitate. *c.cùm clerici.19. de verb.ſignif.*

**Voluntas.** 15. *quæſtion.1.in prin.§. eſt autem voluntas.*

**Votum** non infringitur, cùm in melius mutatur. *capitul. perveniſt. de jurejur.* ¶ Vovens ex timore non obligatur. *cap. veniens.qui cleric. vel vov.* ¶ In voto tria attendenda. *capit.magnæ devotionis.de vot.* ¶ Votum dementis non obligat. *cap.ſicut tenor.de regul.* ¶ In redemptione voti peregrinationis attendenda eſt perſona & locus. *capit. quod ſuper his. eodem titulo.* ¶ Epiſcopi votum peregrinationis exequi non poſſunt, ſine licentia Papæ. *capitul. magna. de vot.* ¶ In voto peregrinationis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

nis diſpenſare poteſt Epiſcopus, excepto voto tranſmarino. *capit. 1. & c. non eſt. de Vot.* ¶ Votum caſtitatis uxor, marito invito, facere non poteſt. *capit. cariſſimus. de converſ. conjug.* ¶ Votum in pueritia factum non obligat. *capit. Venientis. de Vot.* ¶ Vovens temporale, abſolvitur per præſtationem ſpiritualis. *c. ſcripturæ. eod. titul.* ¶ Epiſcopus ſine conſenſu capituli, nec capitulum ſine conſenſu epiſcopi votum facere poteſt. *capit. magnæ devotionis. eod. tit.* ¶ Votum religionis vovens, & tempus ſtatutum non obſervans, transgreſſor eſt, nec epiſcopus fieri poteſt. *cap. per tuas. eod. tit.* ¶ Votum ſimplex, matrimonium contrahendum impedit, ſed contractum non dirimit. *capit. meminimus. qui cleric. vel vo.* ¶ Votum tranſmarinum poteſt vovere vir, etiam uxore invita. *capit. ex multa. de Vot.* ¶ Votum defuncti poteſt ſuperſtes implere. *capitul. licet. de Vot. & Vot. red.* ¶ Prælatus poteſt votum ultramarinum emittere, & vigeſimam proventuum eccleſiæ expendere. *capitul. final. eodem titulo.* ¶ Votum religionis vovens, ad illius præſtationem compellendus eſt. *capitul. porrectum. de regular.* ¶ In voti præjudicium non ſtatur juramento. *capitul. Vidua. de regular.* ¶ Votum peregrinationis poteſt quis per alium exequi. *capitul. licet. de Vot. & Vot. redempt.* ¶ Voti reus non habetur, qui ægrotus jejunium frangit. *capitul. quod non eſt. de regul. jur.* ¶ Votum religionis non valet, invito alterutro conjuge. *capitul. quidam intra. de converſ. conjug.* ¶ Votum conjugatorum religionem intrantium coram epiſcopo fieri debet, aliàs non valet. *c. 1. eod. tit.*

**Uſuræ** debentur ex mora quod fallit ſi non reus, ſed alius moram fecerit: nam reo alterius mora non nocet. *capit. mora. 25. de regulis juris, in 6.* item fallit ſi reus interpellatus exceptione ſe tueri potuit. *c. non eſt. 60. eod. tit.*

*Vſurarii* utriuſque teſtamenti pagina damnantur. *capit. quia in omnibus. 3. Verſicul. & qualiter. cap. ſuper eo. 4. in princip. de uſuris.* quia omnis negociatio eſt prohibita. *capit. ejiciens. in princip. diſtinct. 88.* Objectio ponitur & ſolvitur. *d. capit. ejiciens. §. dicit aliquis.* ¶ Vſurarius raptori æquiparatur. *decimaquarta quæſtione. 4. capit. ſi quis uſuram. cap. quid dicam. capit. ultim. Verſicul. ſine ferro.*

### *Uſurarius ex quibus cauſis quis accuſari poßit, vel non.*

Si Vſuras quis exerceat. *cap. 1. in princip. de uſuris in 6. capit. 2. de Vita & honeſtate cleric.* ¶ Si quis Annonam vel Vinum emat, ut pluris vendat. *14. quæſtion. 4. capit. quicunque.* Niſi cùm tempus traditionis rei emptæ eſſet dilatum, veriſimiliter dubitetur, utrum plus vel minus tempore traditionis res ſit valitura. *dict. capitul. ultim. §. ille quoque.* Si Fructus pignoris creditor pro pecunia credita loco uſurarum percipiat. *capit. 1. de uſuris.* quod fallit ſi beneficium eccleſiaſticum hoc modo à laico redimatur. *dict. capitul. 1. Verſicul. niſi fortè eccleſiæ beneficium.* item ſi dominus à vaſallo feudum pignori acceperit, remiſſis ei ſervitiis. *capitul. 1. de feudis. capitul. conqueſtus. 8. in fine. de uſuris.* Tertiò ſi pro dote maritus pignus accepit. *capit. ſalubriter. 16. dict. titul.* ¶ Si quis Plus juſto precio rem ſuam vendiderit ob dilatam precii ſolutionem. *dict. capit. 10. Verſ. & an negociator pœna conſimili. item capit. in civitate. 6. eod. titul.* Niſi aliàs non erat rem diſtracturus. *c. ultim. §. fin. de uſuris.* ¶ Si Parabolam juramenti non aliter concedit, quàm emolumentum aliquod inde percipiat. *capit. 10. Verſicul. & utrum eodem reatu. de uſuris.* ¶ Si quid ultra Sortem recipiatur. *capitul. conſuluit. 10. de uſuris. 14. quæſtion. 3. in princip. cum ſequentibus. quæſt. 4. capit. ſi quis clericus. in fine. & cap. nullus.*

*Vſurarius* clericus deponitur. *cap. 1. §. quòd ſi poſt. & cap. præterea. 7. de uſuris. 14. quæſt. 4. cap. 1. capitul. ſi quis oblitus. cap. quoniam.* ¶ Vſurarius Teſtamentum facere prohibetur. *capit. quanquam. 2. §. final. de uſuris, in 6.* ¶ Vt uſurarii peregrini expellantur, nec domus illis locetur. *capitul. 1. §. & quia de uſuris, in 6.* ¶ De hæredibus uſurarii defuncti. *capitul. tua nos. 9. de uſuris.* ¶ Vſurarii ad uſuras reſtituendas compelli debent. *capitul. cùm tu. de uſuris.* etiamſi debitor creditori juraverit, ſe non petiturum. *capitul. ad noſtram. de jurejurand.* ¶ Vſurarius contractus quando æſtimetur, *vide in capit. in civitate. & capitul. conqueſtus. de uſur.* ¶ Contra uſuras conſtitutio facta ad præterita trahitur, & ultra ſortem nil peti poteſt. *capitul. cùm tu. & capit. naviganti. de uſuris.* ¶ Vſurariorum pæna habetur *in cap. quia in omnibus. eod. tit.* ¶ Appellanti uſurario deferendum non eſt. *c. quàm perniciosum. eod. tit.* ¶ In uſuræ crimine non poteſt diſpenſari. *c. ſuper eo. eod. tit.* ¶ Contra uſurarium poteſt hæres, ſicut & dominus, agere. *c. illo vos. de pig.* ¶ Vſura non eſt, beneficium eccleſiaſticum pecunia redimere. *c. 1. de uſur.* ¶ Vſura eſt, rerum hypothecatarum fructus in ſortem non computare. *c. quoniam. eod. titul.* ¶ Vſuras reſtituere compelluntur etiam Iudæi. *cap. quantò amplius. eod. tit.* ¶ Contra uſurarium poteſt procedi, deficiente accuſatione, ex ſola fama. *c. cùm in diœceſi. eod. tit.* ¶ Vſurariis publicis nemo domos locet. *cap. 1. de uſur. in 6.* ¶ Vſurarius publicus, quomodocunque pœniteat, ſepeliri non debet, ſi quatenus poterit, præſentibus non ſtatim uſuras reſtituat, pro abſentibus verò aliqui fide digni ejus parochiæ, ordinario vel ejus vicario ſic obligentur, ut illis actio acquiratur ſuper reſtitutione facienda. *c. quanquam. eod. tit.* nec religioſi ejuſmodi uſurariorum teſtamentis intereſſe, vel eorum confeſſionem audiri, nec abſolvere debent, niſi ſatisfaciant quatenus poterunt pro modo facultatum. *c. ult. eod. tit.*

**Uſus** non debet tolli per abuſum. *14. q. 5. c. neque enim.* qui non Vtitur partis, aut malè utitur, alienum poſſidere videtur. *14. q. 4. c. quid dicam. §. hæc. utique.*

**Uſucapione** quoq; rerum dominia adquiruntur. *16. q. 2. c. placuit. §. poteſt.*

Qui

### *Qui Uſucapere non poßint.*

Qui ſciens rem alienam Poſſederit, rem non uſucapit. 34. *q.* 1. *c. ſi virgo. verſ. ſicut in jure. & c. ult. de præſcr.* etiamſi triginta annorum præſcriptio objiciatur. *c. vigilanti.* 5. *c. ſi diligenti.* 17. §. *ſi verò dicatur. & c. ult. de præſcriptionibus. c. poſſeſſor.* 2. *de reg. jur. in* 6. ¶ qui non ſuo, ſed alieno nomine Poſſederit. *c. ſi diligenti.* 17. *in pr. de præſcriptionib.* ¶ ſi Poſſeſſor medio tempore vel poſt impletam uſucapionem privilegium contrarium uſucapioni petierit. *c. veniens.* 19. *de præſcr.* ¶ ſi is qui rem uſucepit, poſtea eam rem poſſidere deſierit: ſi mala fide qui præſcripſit, poſſederit. *dict. capi. placuit ut.* §. *quòd ſi mala. verſic. ſi verò aliquo.*

### *Quæ Uſucapere non liceat.*

¶ res Eccleſiæ uſucapi non poteſt. 16. *q.* 3. *c. licet. c placuit ut.* §. *poteſt etiam.* ¶ res Fiſci vel Imperatoris uſucapi nequit. 16. *q.* 3. *c. penultim.* §. *univerſas.* in rebus non Poſſeſſis non procedit uſucapio. *cap. cùm olim.* 18. *in fine. de præſcriptionib.*

### *Quemadmodum Uſucapio impediatur.*

¶ ſi Cauſa falſa vel nulla poſſeſſionis fuerit. *c.* 1. *de præſcript. in* 6. *c.* 1. *de reg. jur. in* 6. Niſi jus commune, vel præſumptio ſit pro poſſidente. *d. c.* 1. *de præſcript. in* 6. item niſi tempus ſit triginta annorum quo poſſedit, vel immemoriale. *d. c.* 1. *in fin. & d. c. placuit ut.* §. *ſi autem nullo titulo.* ¶ ſine Poſſeſſione. *c. ſine poſſeßione.* 3. *de præſcript. in* 6. veluti etiam, ſi non per legitimum tempus poſſederit. quod fallit ſi acceſſione utatur ſui authoris. 16. *qu.* 3. *c. placuit ut.* §. *quòd ſi ab eo.* Niſi ab eo cauſam poſſidendi non habeat poſſeſſor, vel ipſe mala fide poſſideat. *d. c. placuit ut:* §. *quòd ſi mala. verſi. nec ſibi proderit.* ¶ ſi Poſſeſſio fuerit interrupta, & res medio tempore non poſſeſſa, non uſucapitur. *d. c. placuit ut.* §. *hæc de præſcript. decennii.* Niſi à tempore poſſeſſionis recuperatæ triginta anni exceſſerint. *d.* §. *hæc de præſcription. verſ. quòd ſi per.*

**Uſusfructus** in iis rebus quæ uſu conſumuntur, conſtitui non poteſt. *extravag. Ioann. XXII. ad conditorem.* 3. §. *quod autem quoad res. de verborum ſignific.* ¶ De cautione ab uſufructuario præſtanda. *c. ult. de pignorib.* ¶ Vſusfructus eſt jus utendi fruendi rebus alienis ſalva earum ſubſtantia. *c. ult. de pign.* ¶ Vſufructuarius cautionem dare tenetur de rebus immobilibus, quæ uſu non conſumuntur. *c. ult. eod. tit.* eamq; dare debet ad arbitrium boni viri, primò de rebus honeſtè fruendis, ſecundò etiam de eiſdem reſtituendis termino elapſo. *ibid.*

**Utile** non debet per inutile vitiari. *c. utile.* 37. *de reg. jur. in* 6.

**Uxor** ex quibus cauſis non ſit dimittenda. 32. *q.* 5. *c. ſi uxorem.*

*Vxoris* & Viri paria Iura quoad caſtitatem. 32. *q.* 4. *c. nemo. & c. nec.*

*Vxorem* cognoſcens libidinis cauſa, & immoderato affectu, peccat. 32 *q.* 4. *c. origo. & c. liberor.*

*Vxorem* in adulterio deprehenſam, an liceat occidere. 33. *q.* 2. *c. interfectores. cum ſequente.*

*Vxores* duas ſimul habens de facto, bigamus eſt, & infamis. *c. debitum. de bigam.* ¶ Vxores plures ſemper fuit illicitum habere. *ca. gaudemus de divort.* ¶ Vxor quæ credens virum mortuum religionem ingreſſa eſt, eo redeunte marito eſt reſtituenda, nec eo poſtmodum moriente ad religionem cogenda eſt. *c. placet. de converſ. conjug.* ¶ Vir uxori reſtitui debet, ſi illo religionem ingreſſo illa non continet. *c. præterea. de converſ. conjug.* ¶ Vxor dimitti non debet ſine judicio eccleſiæ. *ca. tul. duo. de deſponſ. impub.* ¶ Vxor viro ante diffinitivam ſententiam non eſt reſtituenda, ſi odium capitale timeatur. *c. ex tranſmiſſa. de reſpol.* ¶ Vxoratus beneficio & officio privetur in minoribus ordinibus conſtitutus. *capitul. quod à te. de cler. conjugat.* ¶ Vxor non debet privari dote propter maleficium viri. *capitul. ex literis. de pignor.* ¶ Vxore ſene & caſtitatem vovente, poteſt vir cum ejus licentia religionem ingredi, illa in ſeculo remanente. *capitul. cùm ſis. de converſ. conjug. & cap. ſanè. de converſ. conjug.* ¶ Vxor reſtituenda eſt viro religionem egredienti. *capit. accedens. de converſ. conjugat.* ¶ Vxorem fornicationis cauſa dimittens, aut contineat, aut ei reconcilietur. *capitul. ex literis. de divort.* ¶ Vxorem infidelem repudians, ſi convertitur, non ducat aliam illa vivente. *cap. gaudemus. de divort.* ¶ Vxor ante viri reditum alteri nubere non poteſt, niſi de viri morte conſtet. *cap. in præſentia. & cap. dominus. de ſponſal.* ¶ Vxorem propter hæreſin relinquens eam cogitur recipere, ſi reſtitutionem petat. *cap. quantò. de divort.* ¶ Vxor petens reſtitutionem repellitur, ſi notoriè fornicata eſt, & maritus continuit: quòd ſi non continuit maritus, ſed cum alia adulterium commiſit, eam quamvis fornicata ſit, recipere cogitur. *capitul. ſignificaſti. de divort.* ¶ Vxor eccleſiæ judicio à viro ſeparata religionem ingredi poteſt. *capit. mulier. de converſ. conjug.* ¶ Vxor vivente viro teſtari poteſt. *c. judicante. de teſtam.* ¶ Vxor in mortem viri machinata, ei poſtea nubere non poteſt. *c. ſi qua. de divort.* ¶ Vir religionem ingreſſus, non eſt uxori adulteræ reſtituendus. *c. veniens. de converſ. conjug.* ¶ Vxore habitum religionis aſſumente, poteſt vir in epiſcopum conſecrari. *c. ſanè. de converſ. conjug.* ¶ Vxoris votum non tenet, niſi vir ſimiliter voveat. *c. ſanè. eod. tit.* ¶ Sed vir uxore conſentiente votum religionis vovens ad ejus obſervationem tenetur. *c. ex parte. & c. charißimus, eod. tit.* ¶ Vxoratus privilegiis clericorum gaudere non debet, nec beneficium eccleſiaſticum habere. *cap. Ioannes. & c. cùm decursu. de converſ. conjug.*

Z.

**Zelus** Indiſcretus reprobatur. 24. *quæſt.* 3. *non in perpetuum.*

**Zonas** de auro vel argento non portent clerici. *c. cler. de vit. & honeſt. cler.*

F I N I S.

SEPTIMUS

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN